DISSENSIONES DOMINORUM

SIVE

CONTROVERSIAE VETERUM IURIS ROMANI INTERPRETUM

QUI

GLOSSATORES VOCANTUR.

EDIDIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

GUSTAVUS HAENEL

LIPSIENSIS.

INSUNT

ANONYMI VETUS COLLECTIO, ROGERII DISSENSIONES DOMINORUM, CODICIS CHISIANI COLLECTIO, HUGOLINI DIVERSITATES SIVE DISSENSIONES DOMINORUM SUPER TOTO CORPORE IURIS CIVILIS; QUIBUS ADCEDUNT EXCERPTA E ROGERII SUMMA CODICIS, HUGOLINI DISTINCTIONIBUS ET QUAESTIONUM COLLECTIONIBUS. OMNIA PRAETER ROGERII DISSENSIONES NUNC PRIMUM E CODICIBUS EDITA ET INDICIBUS RERUM, GLOSSATORUM, LEGUM, GLOSSARUM INSTRUCTA.

LIPSIAE, MDCCCXXXIV.

SUMTIBUS I. C. HINRICHSII.

Glossatorum scripta ut nunc ederem, dilata veterum iuris fontium editione, id maxime caussae fuit, quod ex copiis in itinere meo comparatis primum ea, quae inter se non cohaererent, edere aut alio modo cum doctis communicare, deinde vero ad reliquas collectiones transire constitueram. Ita aliis viris doctis utenda concessi, quae iis prodesse possent, ut *Illustri Heimbachio* librum VI. Basilicorum e Coisliniano codice descriptum et aliis alia, ipse vero *Catalogos librorum manuscriptorum ineditos* et *Dissensionum Collectiones* in lucem emittere decrevi. Sequentur deinceps *Constitutionum* ab imperatoribus ante Iustinianum promulgatarum *Codices* et *Breviarium Alaricianum*, quorum librorum ea cognatio est, ut qui illos tractaverit, etiam ad Breviarii editionem paratus adcedat.

Quod vero glossatorum scripta edo, neminem fore arbitror, qui in malam partem interpretetur. Etsi enim sunt, qui illos renascentis iuris Romani auctores contemnant eosque meras ineptias protulisse audacter adfirment, tamen isti glossatorum scripta non modo non legisse, verum ne inspexisse quidem videntur, quum si unius Azonis Summam et praecipue Lecturam Codicis leviter tantum gustassent, aequius fortasse iudicium fecissent. Debemus enim in illis non solum acumen ingenii, verum etiam animi constantiam admirari, qui omnibus fere subsidiis, quibus nostra aetate instructi sumus, destituti ex ingentis molis voluminibus, saepissime corrupte scriptis, disiecta doctrinae membra conquirebant atque ordinabant et quae inter se pugnare viderentur, tam perite conciliabant, ut etiamnunc in iure controverso

multas eorum opiniones, quamquam auctorum nomen reticentes, teneamus et in foro sequi non dedignemur. Omnino illi iuris libros, quos possidebant, tam diligenter tractabant, ut eos memoria tenerent, tam docte et iucunde interpretabantur, ut incredibilis nobilissimorum ex omnibus Europae partibus iuvenum multitudo ad illorum scholas concurreret, quibus rebus tantam erant auctoritatem consequuti, ut de gravissimis caussis, qui summam rerum illo tempore tenebant, ad eos referrent. Itaque glossatores semper colui, quum nitor et summa in excolendis operibus manus magis videri debeat temporibus quam ipsis defuisse, ut veteris quae dicitur scholae picturas magni habeo, etsi nunc eadem res adcuratius ad artis regulas pingi potest. Adiuvat praeterea glossatorum lectio historiae studium.. Multae enim opiniones multaeque controversiae etiamnunc agitatae iam in glossatorum scriptis leguntur. Neque video, cur glossatores non commemoremus. Nam si iuris interpretes iurisconsultorum saeculi XVI. et sequentis temporis opiniones enarrant, quidni ad fontes ipsos recedamus et demonstremus, quis glossatorum primus hanc illamve opinionem protulerit aut controversiam moverit, quid alii glossatores de eadem re senserint, quomodo discipuli has diversas opiniones ex Italia in patriam quisque suam transtulerint ibique divulgaverint? Hanc rationem si sequimur, multi errores corrigi possunt, maxime eorum, qui non sapiunt ultra glossam Accursianam, saepe summa incuria scriptam neque maiore diligentia editam. Quidquid est, non inutile fore putavi, si iuris controversi e glossatorum scriptis ab ipsis glossatoribus collecti editionem pararem et ita, quum paene omnia nunc primum in lucem prodeant, hanc quoque iurisprudentiae partem dilatarem.

Iam vero dicendum est de ipsis, quas profero, Dissensionum Collectionibus, cuius rei quadripartita erit disputatio; primum enim singularum collectionum investigabo conditionem, patriam, auctorem, aetatem; deinde explicabo, quem usum adferant ad cognoscenda sigla et scripta glossatorum et complura alia, quae ad librorum iuris civilis historiam pertinnent; tum librorum, quos adhibui, manuscriptorum formam describam; denique de ratione atque ordine exponam, quem in edendo hoc libro sequutus sum.

Collectio igitur primo loco a me posita et propter aetatem, qua reliquas Dissensionum Collectiones antecedit, *Vetus* adpellata, in duobus exstat codicibus [1]), altero Regiae Bibliothecae Parisiensis 4534., altero Bibliothecae Regalis Collegii Hispanorum, quod Bononiae est, 73, 4. In utroque codice auctoris nomen excidit, quaestiones autem nullo certo consilio, etsi eadem serie scriptae, dispositae sunt et dogmatice [2]), ut dicere solemus, non exegetice [3]) tractantur, praemisso tamen plerumque singulis quaestionibus nomine glossatoris, qui primus videtur controversiam movisse. Irnerii et Quattuor tantum Doctorum controversias de variis iuris capitibus enarrari ex aetate libelli, quae infra definietur, colligitur; num vero omnes eodem tempore collectae et conscriptae sint, dubium videtur, quum collectio tribus partibus constet, quarum prima (§. 1—30), excepta §pho 23., ubi Iacobus commemoratur, Bulgari tantum et Martini, clarissimorum sua aetate glossatorum, controversias complectitur, altera (§. 31—71) Iacobi potis-

1) *v. Savigny*, Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter, Heidelberg 1829. 8. T. V. p. 223 sqq. 2) *v. Savigny* l. c. p. 227. 3) Exegetice tamen exponuntur §§. 31, 36, 42, 43, 46, 48, 54, 69, 72, 73, 79.

simum opiniones a Bulgaro et Martino plerumque dissentientis [4]), in tertia denique (§. 72—89) eiusdem Martini et Bulgari controversiae tamquam adpendicis loco adiiciuntur [5]).

Sed ut multa utriusque codicis collectioni communia esse ex iis, quae modo dixi, adparet, ita non desunt, quibus codices ipsi discrepant. Etenim inscriptio: *Incipiunt diversitates dominorum in iure* in solo codice Bononiensi est, praefatio autem et §phus prima codici Parisiensi debentur. In reliquis codicis Bononiensis collectio auctior est Parisiensi. Solet enim codicis Bononiensis scriptor singulis quaestionibus lemmata praeponere et diligenter commemorare leges, quae controversiae ansam praebuerunt aut ad eam componendam conferunt; contra in codice Parisiensi lemmata plane omittuntur, ex sexaginta quaestionibus, quibus codex Parisiensis constat, triginta [6]) tantum leges additas habent, pleraeque denique quaestiones paucioribus [7]) verbis quam in Bononiensi codice explicantur, ut mittam, §phum 6. codicis Bononiensis in Parisiensi deesse, quum id fortasse librarii negligentia acciderit. Quae differentia me in hanc opinionem inducit, ut Parisiensem collectionem ut contractiorem aetate priorem esse putem, Bononiensem autem ex hac descriptam et a scriptore amplificatam.

---

4) In nonnullis tantum §phis *Iacobi* nomen deest et commemorantur aut *Martinus* et *Alii* (§. 35, 37, 44, 55, 60, 68), aut *Bulgarus* et *Martinus* (§. 61), aut *Bulgarus* et *Hugo* (§. 65), aut omnino omittuntur nomina glossatorum (§. 42, 43, 62). 5) Praeter quinque §phos, quibus controversiae inter *Martinum* et *Alios* continentur (§. 73, 79, 87, 88, 89) et §. 85, in qua *Iacobus* et *Alii* a *Martino* dissentiunt. 6) §. 2, 4—30, 33, 50. 7) Veluti §. 2, 4, 8, 9, 14, 18, 32, 38, 41, 46, 47, 51, 53.

De patria collectionis non potest esse dubitatio. Etenim verbum *guastum* et nomen *Guarnerii* [8]) Italiam esse indicant, et qui commemorantur glossatores ad unum omnes Itali sunt. Neque credibile est, hominem in remota ab Italia regione illorum doctorum controversias conscripsisse, aut Rogerium, qui hac collectione usus est, eam a peregrino accepisse. Quas ob caussas Vetus Collectio sine dubio in Italia scripta est, fortasse Bononiae, ubi renascente iuris Romani studio glossatores isti singulari doctrinae laude docuerunt.

Ad aetatem Veteris Collectionis quod adtinet, iam vidimus, praeter Irnerium Quattuor Doctores tantum commemorari, quos medio saeculo XII. praecipue floruisse constat. Quodsi post illud tempus auctor vixisset, certe etiam suae aetatis doctorum controversias recepisset, ut fecerunt Chisianae Collectionis scriptor et Hugolinus. Usus est etiam Rogerius hac collectione, quem ante annum saeculi XII. sexagesimum secundum, opusculum suum scripsisse verisimile est. His omnibus pensitatis Veterem Collectionem medio saeculo XII. scriptam esse colligitur.

Constat autem Vetus Collectio 89 §phis, neque quidquam deesse ex Rogerio, apud quem idem qui in Vetere Collectione paragraphorum numerus est, perspicitur, neque obstat, quod ille quinque §phos (34, 43, 44, 46, 48) habet, quae in Vetere Collectione desunt; sunt enim omnes praeter §. 34. a secunda manu Rogeriano opusculo adscriptae. Contra Rogerius Veteris Collectionis §phum 22. omisit, et praeterea duas §phos (58, 59) in unam conflavit. Itaque par est utriusque operis magnitudo, praestat-

8) Vid. §. 24 et 48 (p. 34, not. *y*).

que ea res integritatem Veteris Collectionis, quum si pluribus §phis constitisset, Rogerius has quoque non dubitasset exscribere.

Venio iam ad II. collectionem, quam ex sola editione principe, anno 1537. repetita et nostra aetate ab Hauboldo emendatius edita, cognovi, codice, qui eam contineret, in bibliothecis, quas adii, non reperto. Invenerat Nicolaus Rhodius, quemadmodum ipse refert in epistola ad Albertum Brandenburgensem, Archiepiscopum Moguntinum, quae praemissa est editioni principi, codicem hoc opusculum cum aliis libellis 9) comprehendentem Moguntiae in foro, ubi res adtritae venire solent. Magnum se in describendo atque restituendo hoc libello situ paene consumto laborem inpendisse, ipse gloriatur in illa epistola 10), etsi festinantius eum in hoc negotio ver-

---

9) Cf. Index librorum, qui est post Praefationem. 10) Praestat ipsum Rhodium audire loquentem, qui ita ad Albertum: *Maguntiae tuae etiam hoc memini libentius quod et in ea Placentinus noster una cum Rogerio iam pridem a me sint reperti. Siquidem cum inter deambulandum in foro ubi res variae attritae quidem et obsoletae plerumque solent venire, forte fortuna incidissem in hos libellos situ fere iam obsitos, ex non vulgari tamen bibliotheca, quantum ex venditore poteram aestimare quondam acceptos, atqui apertos eos protinus, ut fit, a capite usque ad calcem iterum atque iterum revolvens, tandem video Placentini libellum prae se ferre titulum:* d e v a r i e t a t e a c t i o n u m, *Rogerii vero compendium, quod erat illius appendix,* d e d i v e r s i s p r a e s c r i p t i o n i b u s *esse inscriptum; gaudebam mecum, recordans illius Caeciliani apud Tullium in Tusculanis quaestionibus: saepe esse etiam sub pallio sordido sapientiam, libellos igitur illos licet attritos et situ pene consumptos, dignos tamen visos, qui aliquando in lucem aederentur, e vestigio redimo, redemptos in musaeum meum transporto. Caeterum quantum laboris in hisce duobus autoribus postea tum describendis tum restituendis a me sit exhaustum, facile poterunt iudicare hi, qui aliquando in id genus rebus periculum fecerunt. Nec vero operae pretium nunc esse censeo, singulis recensendo immorari* et cet.

satum esse, ex satis larga manifestorum errorum copia cognosci potest [11]).

Opusculum inscriptum fuisse *de Dissensionibus Dominorum*, ipse declarat primus eius editor, Nicolaus Rhodius [12]), quam inscriptionem in editionibus, quas curavit, parum feliciter cum hac commutavit: *Rogerii de quorumdam veterum Iurisconsultorum antinomicis sententiis adprime utilis enarratio*.

Rogerio hunc libellum, qualis ex codice Moguntino editus est, tribuendum esse, ex praefatione perspicitur, neque audiendus est Sartius [13]), qui sub Rogerii nomine Aegidium, prorsus ignotum Iurisconsultum latere existimat, Rogerii autem nomen a primo editore aut in mendoso codice repertum, aut ex antiquae scripturae inperitia pro Aegidii nomine substitutum esse, unius ille catalogi Cervottiani au-

---

11) *Hauboldus*, Rogerii Beneventani de Dissensionibus Dominorum etc. opusculum. Lips. 1821. 8. p. XIX. *Wenckius*, Magister Vacarius etc. Lips. 1820. 8. p. 158. 12) „*Iam vero in Rogerio nihil, quod ad titulorum dispositionem spectat, a me est immutatum, nisi titulus de antinomicis sententiis quorumdam veterum Iurisconsultorum, quem is suo stilo reddidit de dissensionibus dominorum*". *Hauboldus* l. c. p. XVIII, not. *a*. *Wenckius* l. c. p. 155, 158, not. *u*. 13) In vita Rogerii §. 10. T. I. P. I. num. XI. p. 59.: *Sed quid est, quod Diversitates Dominorum in indiculo librorum, qui fuerant Cervotti Accursii, tribuuntur magistro Aegidio? Et quis tandem hic magister Aegidius? Ignotus est antiquissimus hic Iurisconsultus, quisquis ille fuerit, qui eum libellum edidit olim vulgatissimum. Ac mihi sane verisimilius est, eius libelli auctorem fuisse Aegidium, quem habebat Cervotti liber, quam Rogerium, cui tribuitur a Nicolao Rhodio. Quis enim mendum suspicetur in catalogo librorum Cervotti, qui anno 1273. scriptus est, quum eos libros Cervottus Guilielmo fratri vendidisset? At Nicolaus Rhodius facile mendosum codicem reperire potuit; vel ob imperitiam antiquae scripturae Rogerium pro Aegidio incautis lectoribus obtrudere.* De hac re fuse disputaverunt *Hauboldus* l. c. p. XIII. et XV., *v. Savigny* l. c. T. V. p. 232. De Cervottiano catalogo cf. *v. Savigny* l. c. T. III. p. 556 sq. T. V. p. 294 sq.

ctoritate nisus, ubi liber ita inscriptus commemoratur: *Diversitates dominorum sunt M. Aegidii.* Sed quamvis Rogerius se opusculi auctorem esse profiteatur, tamen tantum abest, ut eum ipsum veterum Bononiensium doctorum diversas de iuris locis opiniones collegisse, disposuisse et primum edidisse existimandum sit, ut Veterem Collectionem in usum suum convertisse et alienae industriae fructum tamquam suum edidisse [14]) deprehendatur. Manifestum est enim ex hac utriusque opusculi editione, Rogeriano opusculo non comprehendi nisi Veterem Collectionem, neque vel novis quaestionibus auctam, vel controversiarum aut legum explicandarum ratione [14a]) mutatam, vel aliorum glossatorum sententiis ornatam, quum neque plures neque alii quam in Vetere Collectione glossatores commemorentur. Rogerium autem Veterem Collectionem adhibuisse, non Veteris Collectionis auctorem Rogerium, non solum ex praefatione intelligitur, in qua Rogerius amplissimis verbis de opera sua loquitur: „*ego Rogerius — quam fieri potest brevissime colligere studebo*", quum Veteris Collectionis auctor nomen suum plane reticuerit, verum etiam ex totius Rogeriani opusculi ratione et mutata quaestionum serie, ut quae primam Veteris Collectionis partem efficiunt §phi, eas Rogerius fere omnes in medio opusculo posuerit, inconsiderate mutato anonymi consilio, Bulgari et Martini, celebratissimorum illo tempore glossatorum, opiniones primo loco recte ponentis. Lemmata etiam, quae in codice Bononiensi exstare dixi, Rogerius quaestionibus ipsis plerumque intexuit, quasdam formulas praemittens [15]),

14) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 226. 14[a]) Exegetice quaestiones exponuntur §. 1, 4, 6, 15, 17, 23, 24, 34, 40, 45, 47, 76, 82. 15) Eiusmodi sunt: *Contrarii sunt, Diversa quoque sentiunt, Non bene*

quibus novam speciem obtinerent, ut etiam exercitatissimum talium rerum investigatorem vera operis indoles et natura primo adspectu fugiat. Iam vero illa lemmata codici Bononiensi tam clare et aperte adposita sunt, ut huius collectionis auctor nullo modo possit in furti suspicionem venire. Huc adcedit, quod multae quaestiones in Vetere Collectione paucis explicatae apud Rogerium et legibus et verbis amplificatae sunt, veluti §. 27., ut non primum editarum, sed repetitarum speciem prae se ferant; praeterea totum Rogerianum opus deforme est partim lacunis, partim negligenti sententiarum expositione, partim mendis manifestis, qualia evitant, qui novum ipsi opus moliuntur, non qui alienos agros depascunt [16]).

Constat Rogerianum opusculum 92 §phis, quarum quinque (34, 43, 44, 46, 48) ipse solus habet, quamquam praeter §phum 34., quam Rogerius ex fonte ignoto deprompsit, propter apertam a ceteris §phis discrepantiam, quum quaestiones leviter tantum adtingant, sententias glossatorum omittant, non a Rogerio profectae, sed a secunda manu opusculo ad-

---

conveniunt, *Dissidet*, *Dissentiunt*, *Varii sunt*, *Non consentiunt*, *Variant sententiis*, *Non sunt eiusdem sententiae*, *Pugnant invicem*, *Discordes sunt*, *Controversia est*, *Contraria sentiunt*, *Nec in eamdem adcedunt sententiam*, *Dispares sunt sententiis*, *Discordant*, *Interest nonnihil inter illorum sententias*, *Diversarum sunt sententiarum*, *Certant in eo*, *Diversi sunt*, *Nec in eo consonant etc.*

16) Excidit ap. Rogerium §. 22. Veteris Coll.; in aliis quaestionibus multa omittuntur (§. 2, 12, 18, 22, 26, 27, 29, 30, 33, 37, 53, 78, 84, 89), aut inverso ordine leguntur (§. 31), aut inepte scripta sunt (§. 22, 31, 67 et compluribus aliis), aut glossatores omittuntur, quos Vetus Coll. nominat (veluti §. 41. *Martinus*, *Bulgarus*, *Hugo*; §. 20, 26. *Martinus*, *Iacobus*; §. 19, 31. *Bulgarus*, *Martinus*; §. 27, 28, 33, 60. *Bulgarus*; §. 36. *Hugo*; §. 21. *Iacobus*; §. 10, 18, 40, 49, 50. *Martinus*). In duabus §phis (29, 40) Rogerius *Bulgari* mentionem facit in Vetere Coll. omissi.

scriptae et ab inperito quodam librario, qui glossas §phis 20, 42, 47. subiunxit, quaestionibus videntur inculcatae esse.

De aetate libelli disputaverunt Wenckius [17]) et Hauboldus [18]), quorum ille intra annum 1127. et 1158. eum scriptum esse iudicat propter Authenticam Friderici I. *Sacramenta puberum*, cuius in §pho 37. nulla fit mentio, hic verbo *Hodie*, quo in §pho 4. transitur ad contrariam sententiam, aetatem prodi existimat, et §pho 86. motus terminum, ultra quem procedi nequeat, in Decretalibus Gregorii IX. ponit. Sed ex eo solo, quod Authentica omissa est, argumentum duci non posse ostenderunt Hauboldus [19]) et de Savigný [20]), neque magis probanda est Hauboldi ratio, quum ille locus §phi 4., ut nunc ex Hugolino intelligitur, depravatus sit [21]) et Rogerius iam ante Placentinum vita excesserit [22]). Si igitur probata sunt, quae supra de aetate Veteris Collectionis deque Rogerii furto, qui eam exscripsit, disputavi, hoc opusculum ante annum 1150. non est scriptum. Contra libellus, praesertim cum Summa Codicis ab eodem Icto edita comparatus, tironis esse videtur, non hominis provectioris aetatis et doctrinae laude conspicui. Quum autem Rogerius anno 1162. tantam iuris peritiae laudem adeptus esset, ut in gravissimis caussis tractandis et agendis consuleretur, sequitur, ut tempus, quo illud opusculum scriptum est, intra annum 1150. et 1162. interiectum sit.

Tertiam collectionem inveni Romae in codice Bibliothecae Chisianae a duobus scriptam, ut duae

17) l. c. p. 157, not. s. et p. 160, not. z. 18) l. c. p. XVI sq. 19) l. c. p. XVII. 20) l. c. T. IV. p. 169, not. 199. T. V. p. 228, not. 31. 21) Vet. Coll. §. 34 (p. 24, not. g). 22) v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 175.

sint collectionis partes, quarum prior in §pho 140. desinit, posterior, ut scriptura arguit, a secunda manu adiecta est. Utriusque partis auctor incertus est. Fuit, quum ego Pillium esse crederem propter vv. §phi 163.: „*Ego contra. Dico enim*“, pro quibus tamquam auctoris verbis Hugolinus, eamdem quaestionem §pho 292. repetens, substituit: „*Pillius contra, et dicit*“. Sed quo minus in hac sententia permanerem, praeter quam quod constanter Pillius tertia persona commemoratur inpediverunt §. 165. et §. 166., in quarum priore auctor Pillii sententiam sequitur, in posteriore inprobat[23]), denique etiam illud, quod §phus 163. adpendicis est.

Mutilum autem esse opusculum quum totius codicis Chisiani, fragmenta tantum veterum Iurisconsultorum exhibentis, tum ipsius libri conditio docet, inscriptione et exordio destituti. Sed etiam in reliquis partibus lacunae sunt, veluti in §pho 149., ubi v. *eod.* indicat, aut hanc quaestionem non perfectam esse, aut aliam, quae nunc deest, antecessisse[24]). Similiter vv. §phi 136.: „*Item differunt in eod.*“ cum praecedentibus non cohaerent. Neque via ac ratione progreditur auctor in controversiis enarrandis, eo exponendi genere usus, quod dogmaticum adpellant, a quo in paucis tantum §phis recessum est[25]).

Complures quaestiones mendis depravatae sunt[26]), aut non perficiuntur, contrariis sententiis omissis[27]),

---

23) §. 165.: *Pi.* (*Pillius*) et *Ego* contra. §. 166.: *Pi.* (*Pillius*). *Ego* autem dico. 24) Vid. *Hug.* §. 7. 25) §. 1, 2, 4, 8, 12, 13, 15, 20, 21, 28, 33, 35, 37, 41, 48, 51, 54, 58, 60, 72, 88, 108, 110, 113, 116, 123, 125, 134, 135, 136, 138, 155, 163. 26) §. 13, 16, 20, 36, 38, 54, 56, 62, 91—94, 102, 113, 116, 134, 139, 144, al. 27) §. 25, 26, 97, 106, 115, 116, 121.

cui tamen rei Hugolinus plerumque medetur, aliae praeter modum producuntur[28]), aliae leviter tractantur[29]), aut bis exhibentur[30]), neque desunt §phi, quibus duae et amplius quaestiones exponuntur[31]).

Quae leges aut ansam praebuerunt controversiarum, aut a glossatoribus probandi caussa adlatae sunt, praeter paucas §phos, ubi desunt[32]), diligenter commemorantur. Neque minorem curam adhibuit auctor in proferendis glossatorum inter se obloquentium nominibus, quamquam non est exiguus numerus §phorum, in quibus universe tantum loquitur verbis usus: *Alii*, *Quidam*, aut plane nullius glossatoris mentionem facit[33]), aut denique uno alterove loco suam ipse sententiam declarare videtur[34]).

Quod ad fontes collectionis adtinet, ex Vetere Collectione et Rogerio quinque §phi integrae depromtae sunt[35]), quattuordecim argumentum tantum suppeditaverunt[36]), praeter quas et nonnullas alias, in quibus Placentini quaedam opiniones, iam in eiusdem Summa Codicis exstantes[37]), exhibentur, nulla est, cuius fons indicari possit.

Ex iuris Romani interpretibus commemorantur Aldricus, Arriani, Arrianus, Cornutus, Cyprianus, Guido, Irnerius, Otto Papiensis, Rogerius, Wilhelmus

---

28) §. 46, 72, 73, 78, 83, 116, 121, 137, 140, al. 29) §. 3, 4, 19, 24, 29, 32, 143, 148, 149—151, 153, 161, 162, 165, 167. 30) Cf. §. 15 et 104. 31) §. 73, 110, 124, 140. 32) §. 25, 27, 29, 30, 32, 34, 52, 53, 68, 86, 119, 146, 148, 150, 151, 162, 165, 167. 33) §. 4, 18, 25, 26, 30, 35, 42, 63, 89, 91, 97, 104, 106, 107, 111, 115, 116, 117, 119, 121, 125, 130, 133, 147. 34) Veluti §. 9, 43 (Respondc), §. 41 (Respondeo), §. 152 (Ego autem distinguo), §. 163, 165 (Ego contra), §. 164, 166 (Ego autem dico), §. 167 (Mihi placet). 35) §. 55, 74, 122, 170, 171. 36) §. 2, 43, 44, 49, 58, 59, 66, 98, 100, 110, 114, 118, 126, 139. 37) §. 11, 17, 46, 61, 79, al.

de Cabriano, inprimis autem Albericus, Bulgarus, Hugo, Iacobus, Ioannes Bassianus, Martinus, Pillius, Placentinus, quorum nonnulli, veluti Albericus, Cyprianus, Ioannes Bassianus, Pillius, circiter ultimos saeculi XII. viginti annos vixisse dicuntur.

Vidimus, in aliquot quaestionibus Placentini quasdam sententias proponi, quae iam in eiusdem Summa Codicis reperiuntur: Cacciavillanus, quem Hugolinus habet, omittitur: nullum inest vestigium Azonis, Icti ab aequalibus suis celebratissimi et iam primis saeculi XIII. annis ius civile incredibili audientium frequentia publice docentis; quae res me inducit, ut Azonem eo tempore, quo collectio facta est, doctrinae laude nondum floruisse putem, qui si floruisset, non poterat omitti [38]). Quae omnia fidem faciunt, Collectionem Chisianam exeunte saeculo XII. scriptam esse. Neque multo post adpendix videtur adiecta esse.

De patria collectionis certi quid dici non potest, quamquam qui eam in Italia scriptam esse dicat, a vero non multum aberraverit et ob exempla ex illa regione ducta, et quod qui commemorantur glossatores, quantum sciri potest, omnes Itali fuerunt, denique etiam ob urbem, in qua codex hanc collectionem suppeditans repertus est, quod quamvis in aliis libris leve aut plane nullum originis indicium sit, tamen in hoc unico istius collectionis codice non omnino negligendum est.

Quod refert *Sartius*, se vidisse codicem membranaceum bibliothecae Chisianae, quo *Dissensiones doctorum in quibusdam iuris civilis sententiis* continerentur, quaeri potest, num iste codex idem sit atque

38) Ita Hugolinus frequentissime Azonis mentionem facit.

is, quo ego usus sum[39]); quae quaestio etsi bibliothecae tantum ratione habita, in qua uterque codex repertus est, praeter necessitatem mota esse videtur, tamen nequaquam supervacanea est. Multa enim obstant, quo minus uterque codex pro uno eodemque habeatur, ex quibus, ne longus sim, commemorare satis est, inscriptionem: *Dissensiones doctorum in quibusdam iuris civilis sententiis* pariter ac §phum, quam Sartius speciminis caussa exhibet[40]), in codice meo plane deesse, praeterea etiam Ioannis de Blanasco librum de Actionibus, quem Sartius in codice isto se vidisse dicit, a meo codice prorsus abesse, hunc vero multa opuscula comprehendere, quae in Sartii codice, quum ab eo non nominentur, sine dubio non exstiterunt. Verisimile ergo est, duos diversos in bibliotheca Chisiana codices fuisse, Sartianum et meum, quorum ille absconditus latet et fortasse in monasterio S. Gregorii, cui Sartius praefuit, post eius obitum remansit, hic in eadem bibliotheca adhuc servatur. Neque credendum est, hunc codicem iniuria temporum mutilatum et nonnulla, quae Sartius viderat, nunc deperdita esse; nam tegumentum codicis satis vetustum est et ita comparatum, ut nullum praebeat indicium, quidquam codici recentiore tempore detractum esse[41]).

---

39) Cf. *Hauboldus* l. c. p. 41, §. 14. et Vet. Coll. §. 33 (p. 23, not. *d*), Rog. §. 3 (p. 75, not. *q*), ubi specimen Codicis Chisiani a Sartio reperti exhibetur. 40) Cf. not. 39. 41) Notandus est error, in quem incidit *Hauboldus* l. c. p. XIII., ubi haec: „*Alterum libellum, Dissensiones Doctorum etc., in quo Martinus et eius filius laudantur, Sartius refert se vidisse in codice membranaceo alius bibliothecae Bononiensis, puta Chisianae*". Sed numquam audivi, bibliothecam Chisianam Bononiae fuisse, neque Blumius, diligentissimus harum rerum perscrutator, in praeclaro opere, quod inscribitur Iter Italicum, omnes bibliothecas, quae ubique in Italia fuerunt, enarrans, tale quid refert. Unde vero Hauboldus illud

Omnium amplissima collectio, constans illa 470 §phis, quarta est, facta ab Hugolino et ita inscripta: *Diversitates sive Dissensiones Dominorum super toto Corpore Iuris Civilis* 42). Etenim Hugolinum in his Dissensionibus colligendis operam posuisse, et ex codice Parisiensi adparet, ubi inscriptioni additur: *per dominum Hugolinum*, et si quis forte huic soli codici fidem habendam esse neget, alia eiusdem Icti opera demonstrant, veluti Quaestiones insolubiles et Distinctiones, quae in codicibus fere cum Dissensionum collectione iunctae sunt 43). Iam vero Distinctionum, quas Hugolinum scripsisse constat, et Dissensionum tantus est consensus, ut non solum nonnullae Dissensionum §phi iisdem fere verbis in Distinctionibus legantur 44), verum etiam complures quaestiones in Distinctionibus enarratae etiam in Dissensionibus, quamquam plerumque in duas pluresve §phos divisae 45) exstent, ut mittam, a glossa sententiam, quam Dissensionum auctor in nonnullis §phis pronuntiare videtur, *H.*, id est Hugolino tribui 46).

---

desumserit, nescio, quum Sartius haec tantummodo dicat: „*Eum vidi in Codice membranaceo manu exarato bibliothecae Chisianae, ad quam mihi aditus patuit beneficio amplissimi Cardinalis Flavii Chisii, huius mei Gregoriani Monasterii Abbatis Commendatarii*". Illud autem monasterium S. Gregorii situm est Romae in monte Coelio, et Flavius Chisius à Sartio hic laudatus ille ipse est, qui Romae prope SS. Apostolos bibliothecam rarissimis libris instructam possedit (Blume l. c. T. III. p. 188.). Constat ergo, codicem illum non ex Bononiensi quadam bibliotheca Chisiana, quae numquam exstitit, petitum esse, sed ex illa, quae Romae in palatio Chisiano adservatur.
42) Singulae quaestiones nonnumquam *Diversitates* adpellantur. Vid. §. 81, 95, 108, 124, 355. 43) In Cod. Stuttg. Quaestiones insolubiles desunt; is vero mutilus est. 44) Cf. §. 276. (*Nam iste filius aut erat suus etc.*) cum Dist. CV. (*Nam aut erat suus etc.*), §. 316. cum Dist. CXXXI. 45) Veluti Dist. XC. in §phum 251, 252. 46) Cf. gloss. v. *Res* L. 3. C. Ubi in rem actio et §. 143.; gloss. v. *Teneatur* L. 1. C. de Inoff. test. et §. 146.; gloss. v. *Vacuam* L. 11. C. Unde vi et §. 350. Est etiam notabilis §. 116. propter vv.

Adparet ex inscriptione, Hugolinum controversias de toto iuris civilis Corpore exceptis Novellis in hoc libro digerere voluisse, qua de caussa tres collectionis partes distinguuntur, quarum prima (§. 1—366) continet glossatorum controversias de prioribus novem Codicis Iustinianei libris, secunda (§. 367—445) de Digestorum locis, tertia denique (§. 446—470) Institutiones. Omnia eodem ordine disposita sunt, quo tituli et leges in Codice, Digestis et Institutionibus, praeter nonnullas §phos, incuria fortasse librariorum alieno loco positas [47]).

Ceterum non omnes controversias de quaque lege a veteribus iuris romani interpretibus agitatas ab Hugolino in hoc opere collectas et digestas esse, et ex nonnullis Codicis libris, qui paucis §phis absolvuntur [48]), intelligitur, et ex secunda parte, cuius 79 §phi non multo plures quaestiones continent, quarum longe maiorem numerum fuisse quisque scit, qui leviter tantum

---

haec est quaestio similis illi, *quam supra tractavimus*, quibus Hugolinus se iam alibi idem quaesivisse significat, Quaestiones insolubiles intelligens, quarum XXVII. eamdem comprehendit quaestionem (cf. p. 346, not. *bb*). Simul haec vv. indicant, Quaestiones insolubiles ante Dissensiones factas esse, quocum convenit, quod in codicibus mss. Quaestiones illae Dissensiones antecedunt.
47) Huc pertinent §. 2 (4), 3 (5), 13 (14), 21 (23), 41 (43), 169, 170 (171), 173, 174 (175), 202, 203 (204, 205), 211 (212), 217 (220), 298, 299 (300), 358, 359 (360), 371 — 373 (374), 440 — 444 (381), 445 (420), 461 (462). Post §phos uncis inclusas §phi proxime antecedentes ponendae sunt. Inter §phos vero contra omnem plane libri rationem positas referendae sunt §. 163 — 166., quae Tit. D. de Her. pet. explanantes mediis de Codice controversiis interpositae sunt, et §phis 383, 385—387. repetuntur; neque aptiore loco legitur controversia de Auth. *Hoc* C. de Pignor. inter §. 422. et 424. inculcata, interponenda illa post §. 351.; similiter positae sunt §. 469, 470. in extremis de Institutionibus controversiis, quarum prior post §. 366., posterior post §. 420. debebat collocari. 48) Ita primus Codicis Lib. quinque §phis, quintus duodecim §phis, nonus quattuor §phis.

glossam inspexerit. Sunt tamen nonnulli tituli de industria fuse expositi, inprimis qui sunt de iudiciis, de iureiurando propter calumniam, de in integrum restitutionibus, de possessione, de praescriptione.

Omnes controversiae ex iure privato desumtae sunt, nullae ex iure publico. Exponendi genus id est, quod exegeticum dicitur: ut singulis §phis lex, de qua glossatores disputaverunt, praeponatur et haud raro ipsa legis ambigua verba subiungantur, adpositis glossatorum de lege in utramque partem disputantium sententiis.

Recepit Hugolinus superiores Dissensionum Collectiones, Veterem, Rogerianam, Chisianam; desunt tamen Rogerianae Collectionis tres §phi[49]), Chisianae septem[50]). Receptas §phos plerumque amplificavit sententiis glossatorum recentiorum, inprimis Azonis, et aliis adcessionibus praeter paucas §phos ab eo contractas, veluti Codicis Chisiani §phum 101., cuius extremam partem plane omisit[51]). Nonnullae priorum collectionum §phi apud Hugolinum efficiunt plures[52]), contra duae Codicis Chisiani §phi (100 et 160) in unam (§. 351) conflatae sunt[53]).

In recipiendis illarum collectionum quaestionibus Hugolinum non eam quam deberet diligentiam adhibuisse, iam luculenter demonstravit Illustrissimus de Savigny[54]). Ac profecto multis locis id confirmari potest. Retinuit enim e §pho 36. Rogerii v. *ut*, pro quo legendum est *V.* (Hugo), et e §pho 39. Chisianae Collectio-

49) §. 43, 44, 48, quod has §phos a recentiore manu Rogeriano opusculo adscriptas esse probat. 50) §. 31, 32, 133, 145, 146, 148, 167. 51) Cf. p. 199, not. *r*. 52) Rog. §. 29 (Hug. §. 364, 366); Cod. Chis. §. 87 (Hug. §. 446—448); §. 124 (Hug. §. 312, 313); §. 140 (Hug. §. 464—467). 53) Vid. p. 197, not. *n*. 54) l. c. T. V. p. 229, not. 34.

nis v. *Sive* pro *si non* [55]); aliae §phi et in Codice Chisiano et apud Hugolinum mendis depravatae sunt [56]), nonnullas Chisianae Collectionis §phos, in quibus vel controversiae vel glossatorum nulla facta est mentio, repetiit [57]), alias, in quibus leges falso indicatae aut plane omissae sunt, neque correxit [58]), neque legibus adscriptis auxit [59]), complures denique in prioribus collectionibus semel tantum exstantes bis posuit [60]). Neque sibi constitit in quaestionibus, quarum fontem ignoramus, inter quas, praeter illas, quae non tantum argumento [61]), sed etiam verbis fere iisdem [62]) repetantur, hoc tamen discrimine, ut in posterioribus §phis alii quam in prioribus glossatores [63]) aut etiam novi, antea non commemorati, ponantur [64]), eae maxime referendae sunt, in quibus aut controversiae nullum exstat vestigium [65]), aut dissentientium glossatorum opiniones ne verbo quidem indicantur [66]), aut idem glossator in eadem re sibi obloquitur vel sine ratione saepius nominatur [67]), aut exordium omissum est [68]). Quibus denique adnumerandae sunt §phi, quae praeter modum fuse [69]) atque minus dilucide [70]) scriptae sunt aut

55) Cf. p. 52, not. *m.* p. 145, not. *c.* 56) Hug. §. 331, 421. 57) Cod. Chis. §. 97 (Hug. §. 8), 115 (Hug. §. 412) et al. 58) Cod. Chis. §. 99 (Hug. §. 333).: *L.* 10. *C. de Pign. act. Nec debitores;* leg. *Nec creditores.* Cod. Chis. §. 22 (Hug. 454).: *D. de Leg. I. Si quis adfirmaverit;* leg. *L. Si quis a filio.* 59) Cod. Chis. §. 86 (Hug. §. 310). 60) Vet. Coll. §. 34 (Hug. §. 161, 384). Cod. Chis. §. 168 (Hug. §. 174, 417). 61) Hug. §. 11, 12, 355, 369; 335 et 390; 110 et 197. et al. 62) Cf. §. 29 et 248; §. 50 et 379; §. 51 et 380; §. 52 et 381; §. 53 et 378; §. 160 et 386; §. 161 et 384; §. 163 et 383; §. 164 et 385; §. 165 et 388; §. 166 et 387, 315; §. 173 et 392; §. 174 et 417; §. 175 et 468; §. 179 et 393; §. 204 et 396, 397; §. 205 et 398; §. 207 et 423. 63) Veluti §. 51. *W.* (380 *U*), §. 52. *Ulpianus* (381 *P.*), §. 53. *W.* (378 *Y*). 64) §. 423. commemorantur *Hugo*, *Arrianus*, *Martinus*, *Azo*, qui desunt §. 207. 65) §. 31, 66, 81, 155, 157, 361, 457 etc. 66) §. 209, 272. 67) §. 71, 82, 429. 68) §. 457, 470. 69) §. 5, 21, 68, 86, 116, 125, 146, 169, 180, 204, 211, 219, 262, 266, 316, 360,

ita, ut glossatores aut omnino non[71]) aut non nominatim verbis: *Alii*, *Quidam* significentur[72]). Quod autem nonnumquam §phorum inscriptiones exciderunt, duae, tres et amplius controversiae eadem §pho comprehenduntur[73]), librariorum incuriae, non Hugoline videtur tribuendum esse. Etsi igitur Hugolinus inconstantiae et negligentiae, maxime in secunda et tertia operis parte aliquoties accusandus est, tamen multae §phi tam cogitate scriptae sunt, controversiae diligenter commemoratis glossatoribus tam clare et perspicue expositae, leges vero tam adcurate prolatae, ut aetatis ratione habita hoc opus boni et prudentis scriptoris, quippe qui iam Distinctionibus suis industriae laudem sibi comparavisset, specimen existimandum sit statuendumque videatur, eum in ipso negotio interpellatum et inpeditum fuisse, quo minus librum ad finem perduceret et extremum perpoliendi laborem adhiberet.

Collectionis Chisianae glossatores etiam in hac Hugolini Collectione omnes commemorantur, Cornuto excepto, pro quo apud Hugolinum Corvinius ponitur; adcedunt Azo, Bononienses, Cacciavillanus, Martinus filius, Odericus, Vacarius. Henricus de Baila et Ubertus de Bobio dubitari potest, an revera in hac collectione nominati fuerint, quum eos solus Cantabrigiensis codex in locis dubiae fidei habeat, semel etiam Ubertus de Bobio in quaestione margini huius codicis a recentiore manu adscripta inveniatur[74]). Neque minus illi loci suspecti sunt, in quibus Hugolinus Al-

---

379, 441. 70) §. 147, 262, 316, 331, 399, 440, 441, 444, 455, 461—467. 71) §. 155, 157. et al. 72) §. 112, 113, 117, 130, 133, 151, 156, 177, 184, 210, 232, 272, 311, 318, 319, 340, pr., 382 et complures aliae. 73) §. 71, 72, 124, 256, 275, 330, 340, 355, 357, 369, 377, 387, 406, 411, 428, 444. et al. 74) Vid. pag. 369, not. *n*. p. 126, not. *k*, p. 288.

berti Papiensis mentionem facit [75]. Omnium saepissime commemorantur Quattuor Doctores, Placentinus, Ioannes Bassianus, Azo.

Interdum Hugolinus suam sententiam videtur aperire modo verbo *secundum*, quo uni alterive glossatori, inprimis Azoni, Ioanni, Placentino, adstipulatur [76], modo aliis formulis, caute tamen interpretandis illis, quum eas plerumque ex fontibus [77], quibus usus est, veluti e Collectione Chisiana [78] et Ioannis Bassiani, praeceptoris sui, scriptis aut praelectionibus hausisse videatur.

De aetate operis subtiliter, ut solet, disseruit Illustrissimus de Savigny [79], qui primis viginti quinque saeculi XIII. annis illud conscriptum esse existimat, quod et veteres Decretalium collectiones nonnumquam et recentiores glossatores satis frequenter commemorentur. Quae sententia tantum abest, ut mihi inprobetur, ut maxime verisimilis fiat reputanti, nonnullas Dissensionum §phos ex Azonis Summa et Lectura Codicis descriptas esse [80], eiusdem Icti Distinctiones et Summam Codicis in §pho 25, 79, 90. commemorari, denique quaestiones esse, in quibus Hugolinus dicit, *se audivisse*

---

75) §. 69 (p. 311, not. *f*), 269 (p. 442, not. *u*), 314 (p. 467, not. *qq*). 76) Cf. §. 4, 7, 12, 14, 15, 16, 17, 20, 23, 24, 43, 51, 52, 57, 59, 64, 65, 66, 68, 70, 102, 116, 194, 252. et complures aliae. 77) *Et non puto eum male dicere* §. 142.; *Puto* §. 373.; *Sed Nos* (*Ego*) *contra* §. 176, 180, 181, 227.; *Mihi non placet* §. 254, 470.; *Notavi, notavimus* §. 86, 183, 211.; *Mihi* (*Nobis*) *videtur* §. 86, 88, 350, 369, 441.; *Ego consentio* §. 314.; *Respondeo, respondemus, responde, respondendum est* §. 3, 24, 30, 32, 124, 133, 146, 169, 171, 183, 336, 373.; *Nos fatemur* §. 336.; *Ignoro* §. 63.; *Intelligas, intellige* §. 4, 183.; *Pro Me facit* §. 146.; *Ego autem credo, puto, intelligo* §. 4, 5, 6, 30, 46, 72, 85, 130, 261, 373.; *Dico, dicimus, dic, dicas, diximus* §. 43, 63, 68, 80, 100, 112, 124, 133, 138, 143, 158, 210, 211, 225, 232, 350, 373, 435, 470. 78) Cod. Chis. §. 9 (Hug. §. 26), 43 (Hug. §. 368), 164 (Hug. §. 86), 166 (Hug. §. 75). 79) l. c. T. V. p. 229. 80) §. 18 (p. 264, not. *oo*); 260 (p. 430, not. *h*); 336 (p. 481, not. *aa*).

Azonem dicentem[81]). Iam vero, quum Azonem demum primis saeculi XIII. annis floruisse constet, praeterea etiam Cacciavillani ante hoc tempus ius docentis nullam notitiam habeamus, omnis, si qua esse poterat, dubitatio de aetate operis, quam Illustrissimus de Savigny posuit, removetur. Huc adcedit, quod §pho 114. ex quarta Decretalium collectione constitutio quaedam ab Innocentio III. in concilio Lateranensi anno 1216. edita profertur, Decretales autem Gregorii IX. non commemorantur. Quae res facit, ut has Dissensiones post annum 1216. et ante Gregorii IX. Decretalium collectionem conscriptas esse oporteat.

Quod autem Dissensionum Collectiones ad cognoscendam glossatorum historiam conferre dixi, etsi a Vetere Collectione et Rogerio pro libellorum tenuitate non multum exspectari potest, tamen quae legenti mihi in mentem venerunt, paucis hic explicanda sunt.

Sigla, quibus nomina glossatorum significantur, eadem sunt, quae illius aetatis scriptores adhibebant: qua de caussa a me posita non sunt. Iacobus et in Veteris Collectionis codicibus et in primis Rogerii editionibus constanter scribitur *Ia.* aut *Iac.*, numquam *I.*; Bulgarus autem et Martinus interdum indicantur syllabis *Mar.* et *Bul.*, nonnumquam etiam eorum nomina integra proferuntur[82]). Irnerium in utraque collectione bis tantum nominari mirum est, non aeque mi-

81) §. 15 (p. 260, not. b), 293 (p. 457). Non obstat §. 383.: *Audivi dominum Pillium in cathedram constitutum dicentem et adserentem.* Pillium enim a. 1207. adhuc vixisse, Illustrissimus de Savigny certis argumentis probavit. Neque hanc aetatis coniecturam infirmant Albertus Papiensis et Ubertus de Bobio, Hugolini fere aequales, propter caussas, quas modo exposui. 82) Maxime in codice Bononiensi.

rum est, quod Authenticarum Irnerii apud Rogerium numquam, semel tantum in Veteris Collectionis §pho 1., ubi Authentica *Quo iure* commemoratur, mentio facta est, quum hoc Authenticas Irnerii Codici Iustinianeo illo tempore nondum interpositas fuisse indicet; quod vero Hugo in Vetere Collectione bis tantum (§. 65, 72), apud Rogerium ne semel quidem nominatur, id cum paucitate testimoniorum congruit, quae de Hugonis vita et scriptis habemus.

Quinam sint illi *Alii*, *Quidam*, *Ceteri*, quorum sententiae praeter Irnerium et Quattuor Doctores satis frequenter commemorantur, frustra quaesivi et etiamnunc me nescire fateor, nisi forte intelligendi sunt minus insignes Icti, post Irnerium usque ad scriptoris aetatem Bononiae ius civile docentes, quorum nomina e monumentis historiae evanuerunt.

Irnerius et Martinus a Veteris Collectionis auctore, Martini fortasse discipulo, *domini* adpellantur, quod verbum Rogerius, Bulgari discipulus, delevit, ubicumque in Vetere Collectione Martino adtribuitur [83]. Inter Martinum et Bulgarum magnam de compluribus iuris civilis locis sententiarum diversitatem fuisse, et aliunde constat et ex his collectionibus perspicitur, qua de caussa memorabilis est §. 72. Veteris Collectionis, ubi illi Icti in eadem sententia concinunt, Rogerius autem, hoc quasi aegre ferens, eorum nominibus verba: *et fere Omnes* substituit.

Veteris Collectionis auctori omnes Corporis iuris civilis partes notas fuisse, ex eo adparet, quod omnes

83) Vet. Coll. §. 37, 38.

adhibuit, quamquam Infortiato[84]) et Novellis[85]) raro, Codicis autem libris extraordinariis numquam usus est. Iuris canonici nulla ratio habita est, nam qui sacri canones §pho 64. adferuntur, ii ex Novella 83., illo loco exscripta, desumti sunt. Idem de Rogerio valet.

Leges glossatorum more adferuntur, et Novellae quidem in Vetere Collectione additis interdum Collationum numeris, a Rogerio deletis[86]), quas leges aliter atque in nostris editionibus proferri non mirabitur, qui librorum Iustiniani recensionem illo tempore nondum perfectam et librariorum etiam negligentiae multa tribuenda esse meminerit. Glossa semel tantum in Vetere Collectione (§. 48) commemoratur, ubi Iacobus Irnerii clausula usus esse dicitur, nam quae *glossa II.* in margine codicis Bononiensis a recentiore manu adscripta legitur, ad eamdem Irnerii clausulam referenda est. Item glossas apud Rogerium in §phis 20, 42, 47. a secunda manu adpositas esse, iam supra dixi.

Ampliora subsidia inveniuntur in Chisiana Collectione. Et primum quidem glossatorum sigla, quae ibi ponuntur, etsi ea fere sunt, quibus uti vulgo solebant, non alienum est paucis explicare. Aldricus, qui in §pho 47. *magister* adpellatur, *Aldri.* aut *Aldric.*[87]), ne cum *Alb.* (Alberico) confundatur, scribitur, semel (§. 159) integro nomine. *Guillermus* pro *Wilhelmus de Cabriano* mendosa videtur esse scriptura. Irnerius scribitur *Yr.*,

---

84) Vet. Coll. §. 41, 55, 80, 82, 86, 88. Rog. §. 12, 25, 83, 85, 89, 91. *Ex Tribus Partibus* una lex profertur, L. 4. D. de Dotis coll. (37, 7.). Cf. Vet. Coll. §. 80. Rog. §. 83. 85) Nov. 9. (Rog. §. 36); Nov. 18, c. 6. (Vet. Coll. §. 78. Rog. §. 81); Nov. 22. (Vet. Coll. §. 5. Rog. §. 54); Nov. 34, c. 1. (Vet. Coll. §. 64. Rog. §. 35); Nov. 53, c. 4. (Vet. Coll. §. 37. Rog. §. 8); Nov. 83. (Vet. Coll. §. 64. Rog. §. 53); Nov. 111. (Vet. Coll. §. 65. Rog. §. 36); Nov. 117, c. 2. (Rog. §. 34). 86) Cf. not. 85. 87) Coll. Chis. §. 46, 47, 57, 136.

etiam *Garnerius* (§. 160) et *I.*, quo siglo numquam *Iacobus* significatur[88]), qui ab Irnerio adcuratius discernitur compendiis *Iac.*, *Ia.*, *Iacob.*, in §pho 9. autem, ubi una cum Irnerio commemoratur, *Iacobus* scribitur. Ioannis Bassiani siglum non solum *Io.*, *Io. B.*, *Iob.* est, sed etiam *Ib.*, *Io. ba.*[89]). Placentinus et Pillius diligenter distinguuntur.

Reperiuntur inter Ictos hic nominatos Arrianus quidam (§. 99, 118) et Summi Arriani (§. 124, 136), de quibus, licet apud Hugolinum quoque exstent, non minus quam de Cornuto (§. 118) frustra glossatorum scripta consului[89*]). Sunt praeterea §phi, quae in eadem sententia glossatores, qui apud Hugolinum desunt, aut alios quam glossa[90]) et Hugolinus, habent, in

---

88) §. 9., ubi *I.* et *Iacobus*, sed Hugolinus *Y.* pro *I.* habet (p. 130, not. *b*); cf. praeterea §. 29 (p. 141, not. *b*) et de siglo Yr. §. 163 (p. 243, not. *h*). 89) *Ib.* §. 43, 47, 54, 73, 75, 79, 101, 105, 131, 138.; *Jo. B.* §. 163.; *Io. ba.* §. 11, 44, 45, 48, 50. 89*) De Guidone cf. p. 233, not. *x*. 90) Glossatores, qui in Coll. Chis. exstant, apud Hugolinum desunt: *Albericus* Cod. Chis. §. 2 (Hug. §. 107), 24 (Hug. §. 318), 27 (Hug. §. 62), 56 (Hug. §. 301), 69 (Hug. §. 59), 88 (Hug. §. 182), 94 (Hug. §. 311), 95 (Hug. §. 184), 127 (Hug. §. 195), 137 (Hug. 237); *Aldricus* Cod. Chis. §. 57 (Hug. §. 423); *Arrianus* Cod. Chis. §. 99 (Hug. §. 332); *Bulgarus* Cod. Chis. §. 57 (Hug. §. 423), 77 (Hug. §. 304); 78 (Hug. §. 468), 96 (Hug. §. 187), 127 (Hug. §. 195); *Cyprianus* Cod. Chis. §. 96 (Hug. §. 187); *Hugo* Cod. Chis. §. 9 (Hug. §. 26), 12 (Hug. §. 32), 36 (Hug. §. 299), 37 (Hug. §. 298), 40 (Hug. §. 126), 96 (Hug. §. 187), 156 (Hug. §. 284); *Iacobus* Cod. Chis. §. 143 (Hug. §. 193); *Ioannes Bassianus* Cod. Chis. §. 37. (Hug. §. 298), 43 (Hug. §. 368), 56 (Hug. §. 301); *Martinus* Cod. Chis. §. 96 (Hug. §. 187); *Pillius* Cod. Chis. §. 43 (Hug. §. 368), 98 (Hug. §. 225 et §. 411), 143 (Hug. §. 193), 168 (Hug. §. 174 et 417); *Placentinus* Cod. Chis. §. 46 (Hug. §. 362), 80 (Hug. §. 177), 105 (Hug. §. 339); *Rogerius* §. 78 (Hug. §. 468), 96 (Hug. §. 187); *Wilhelmus de Cabriano* Cod. Chis. §. 52 (Hug. §. 382), 103 (Hug. §. 432), 134 (Hug. §. 199), 143 (Hug. §. 193). Glossa nonnumquam alios glossatores ponit pro iis, quos Cod. Chis. habet, veluti *Ioannem* pro *Iacobo* (Cod. Chis. §. 1, p. 125, not. *a*. §. 7, p. 129, not. *x*. §. 8, p. 129, not. *z*. §. 158, p. 240, not. *x*); *Martinum* pro *Ioanne* (Cod. Chis. §. 53, p. 159, not. *t*); *Pillium* pro *Placentino*

aliis Hugolinus eisdem glossatoribus sententiam illi, quam in Codice Chisiano amplectuntur, contrariam, praecedentem aut subsequentem tribuit, quod utrum iure an errore factum sit, quum pleraque glossatorum scripta adhuc lateant aut interierint, edita autem incredibili mendorum multitudine depravata sint, vel diligentissima investigatione vix explorari poterit. Quae res demonstrat, in proferendis glossatorum sententiis caute agendum neque eorum auctoritate nisi omnibus locis perspectis examinatisque utendum esse.

Ex glossatorum scriptis nominantur *Brocarda* (§. 45), qualia ante Azonem Pillius scripsit, fortasse etiam opusculum quoddam indicatur §pho 43., ubi *L.* 4, §. 4. *D. Si quis caut.* (2, 11.) *cum suis concordantiis* adfertur. Glossa, cuius rarus est usus, *notula antiqua* ad-

---

(Cod. Chis. §. 34, p. 142, not. *o*); praeterea glossa in compluribus quaestionibus glossatores profert, qui desunt in Cod. Chis., veluti *Albericum* (Cod. Chis. §. 108, p. 203, not. *qq*. §. 136, p. 228, not. *f*. §. 161, p. 242, not. *f*); *Bulgarum* (Cod. Chis. §. 43, p. 149, not. *i*. §. 83, p. 184, not. *x*. §. 110, p. 205, not. *u*. §. 132, p. 222, not. *hh*. §. 150, p. 238, not. *rr*); *Hugonem* (Cod. Chis. §. 17, p. 136, not. *a*); *Iacobum* (Cod. Chis. §. 108, p. 203, not. *qq*); *Ioannem Bassianum* (Cod. Chis. §. 19, p. 137, not. *d*. §. 22, p. 139, not. *p*. §. 37, p. 144. §. 39, p. 145, not. *a*. §. 107, p. 202, not. *l*. §. 108 p. 203, not. *o*. §. 117, p. 210, not. *f*. §. 121, p. 215, not. *nn*. §. 137, p. 231, not. *l*); *Irnerium* Cod. Chis. §. 71, p. 170, not. *a*. §. 78, p. 179, not. *n*. §. 89, p. 190, not. *p*. §. 95, p. 192, not. *z*. §. 117, p. 210, not. *f*. §. 122, p. 52, not. *m*. §. 123, p. 215, not. *nn*. §. 125, p. 218, not. *v*. §. 134, p. 224, not. *nn*. §. 136, p. 227, not. *a*); *Martinum* (Cod. Chis. §. 7, p. 129, not. *u*. §. 43, p. 149, not. *i*. §. 46, p. 154, not. *v*. §. 90, p. 190, not. *r*. §. 103, p. 200, not. *z*. §. 119, p. 213, not. *ii*. §. 121, p. 215, not. *nn*. §. 169, p. 246, not. *q*); *Pillium* (Cod. Chis. §. 161, p. 242, not. *f*); *Placentinum* (Cod. Chis. §. 53, p. 159, not. *t*. §. 86, p. 186, not. *gg*. §. 119, p. 213, not. *ii*); *Rogerium* (Cod. Chis. §. 19, p. 137, not. *d*. §. 110 p. 205. not. *u*); *Wilhelmum de Cabriano* (Cod. Chis. §. 101, p. 199, not. *r*). De Hugolino cf. *Infra*, not. 107. *Ioannem* pro *Iacobo* in glossa poni etiam ex Vet. Coll. §. 46, not. *h*. §. 50, not. *i*. §. 51, not. *p*. adparet; de *Irnerio* pro *Martino* cf. Coll. §. 46, not. *h*.

pellatur; memorabiles etiam sunt §phi 39, 48, 58, 136., ubi de Authenticis quaeritur, quarum una, Authentica *Qua in provincia*, titulo C. de Iurisd. omn. iud. adscribitur (§. 48).

Usus est auctor omnibus Corporis Iuris partibus, neque libri Codicis extraordinarii plane omissi sunt *). Novellarum collectio duobus locis (§. 13, 36) *Corpus Authenticarum* adpellatur. Decreti autem et veterum Decretalium nulla mentio facta est. Ceterum leges eodem modo quo in Vetere Collectione et apud Rogerium proferuntur.

Superest, ut eadem ratione de Hugolini Collectione disseram.

G., quod siglum Distinctio XLV. habet, aut *Ir.*, ut in glossa saepius legitur, in Dissensionibus numquam ponitur, ubi quaedam Irnerii opinio profertur, cuius perpetuum siglum *Y.* est, nonnumquam etiam *I.* [91]), Irnerium illud, non Iacobum significans. Etenim Iacobus constanter *Ia.*, *Iac.*, *Iaco.*, etiam *Iacobus* scribitur, ut ab Irnerio discernatur [92]). *Yr.* pro Irnerio habendum esse, ex nonnullis §phis perspicuum fit [93]), neque haerendum est in siglo *hr.* (Henricus de Baila), quod semel in codice Cantabrigiensi inventum corruptelae videtur deberi [94]). Hugonem cum Irnerio confundi [95]), etsi mirum esse videtur, tamen ex siglis

---

*) §. 141. 91) Hug. §. 17 (p. 262, not. *g*), 115 (p. 150, not. *o*), 377 (p. 507, not. *s*). 92) §. 4, 10 (p. 39, not. *n*), 26 (p. 130, not. *b*), 115 (p. 150, not. *o*), 138, 159, 243 (p. 211, not. *h*), 292 (p. 243, not. *h*), 315, 377, 378 (p. 294, not. *kk*), ubi *Y.*, *I.* et *Ia.*, *Iac.* 93) §. 94, 119: Yr., sed Cod. Cantabr.: Y.; §. 34, 283, 351 (p. 242, not. *e*): *Y.*, sed Cod. Cantabr. et Par.: *Yr.*; §. 21: Y. (Cod. Bamb.: *Yr.*) et *Yr.*; §. 206 (p. 184, not. *qq* et *r*): *Yr.*, Cod. Cantabr.: *Y.*, glossa et Odofredus: *Ir.* 94) §. 140 (p. 369, not. *n*). 95) §. 390.: *V.* (Hugo) alias *Yr.* (p. 521, not. *b*). Etiam sigl. *Ir.* et *Io.* exempla exstant, cf. p. 520, not. *a*.

V. (Hugo) et *Y.* (Irnerius) explicari potest, quae quum librarius non distincte scripta invenisset, facillime potuerunt commutari[96]. Eadem caussa perturbationis est siglorum Wilhelmi de Cabriano et Hugonis, quum librarii siglum *V.* (U) pro *W.*, aut *W.* pro *V.* haberent[97], quae coniectura tantum abest, ut temeraria sit, ut §pho 388. et §pho 165. confirmetur, in quarum priore scriptum est *V. de Ca.*, in posteriore vero, etsi cum §pho 388. fere concinit, tamen *W. de Ca.* ponitur, unde, si in priore §pho verba *de Ca.* excidissent, sine dubio omnes siglo *V.*, quod remansisset, Hugonem significari crederent. Distinguendo Aldrici nomini, praesertim cum Alberico in eadem quaestione coniuncti[98], eadem quae in Codice Chisiano diligentia apud Hugolinum adhibita est, quamquam utriusque Icti sigla, ut compluribus exemplis probari potest[99], fortasse librariorum culpa commutata sunt et in nonnullis locis siglum *Al.* bis exhibetur[100], non interpretandum *Alii*, quum librarii non soleant hoc vocabulum per compendium scribere. *Old.* pro *Ald.* (§. 354, not. *f*) mendose scriptum est. Simile fortasse mendum in §pho 17. latet, ubi pro Oderico, quem tres codices habent, in codice Stuttgartensi Aldericus, in Chisiano autem Otto exhibetur, et in §pho 151. Codicis Chisiani, ubi quae *Ott.* (Ottonis Papiensis) opinio profertur, apud

96) Cf. §. 238 (p. 208, not. *b*), 204, 397 (p. 402 sq., not. *yyy*), 409, not. *bb*. 423, not. *r*. 427 (p. 246, not. *r*). 97) §. 79, not. *q*. 87, not. *p*. 118, not. *k*. 160, not. *l*. 275, not. *o*. Cf. *Infra*, not. 105. in f. 98) Cf. §. 1 (p. 52, not. *m*), 5, 71, 82, 114, 125, 347 (p. 240, not. *uu*). Dist. LIII. 99) Cf. §. 21, not. *t*. §. 69. et Cod. Chis. §. 47. (p. 154, not. *y*). In nonnullis locis non aeque facile res expediri potest. Cf. Cod. Chis. §. 136., quae bis exhibetur apud Hugolinum §. 207. et §. 423. Codex enim Chis. et Hug. §. 207. habent *Aldricus*, sed Hug. §. 423 et glossa *Albericus* (p. 228, not. *f*). 100) §. 371 (p. 129, not. *z*), 218 (p. 231, not. *ll*), 377 (p. 508), 429 (p. 135, not. *a*).

Hugolinum Aldrico tribuitur *). Siglorum *P.*, *Py.*, *Pi.* idem qui in Codice Chisiano usus est, si paucas §phos excipias, in quibus aut Pillii siglum corruptum est [101]), aut Placentinus pro Pillio ponitur [102]), qui error ex ambiguo siglo *P.* natus est, non secus atque Ottonis et Oderici confusio ex siglo *O.* [103]), quod librarii diverso modo interpretati sunt, ut etiam Iacobus et Ioannes Bassianus propter similitudinem siglorum *Ia.* et *Io.* non raro in his Dissensionum Collectionibus confunduntur [104]).

Quamquam ex his, quae modo dixi, adparet, perturbationem nominum ex similitudine siglorum non recte intellectorum nonnumquam ortam esse, tamen hoc non cadit in §phos, ubi Hugolinus glossatoribus in Collectione Chisiana nominatis prorsus diversos substituit [105]), vel omissos, qui per temporis ratio-

---

*) Cf. p. 238, not. *ss.* 101) §. 38., ubi *P.* obloquitur *Pla.*, et §. 71, not. *kk.* Etiam in glossa *Py.* pro *P.* ponitur, cf. p. 142, not. *o.* 102) Hug. §. 75: *P.*, sed Cod. Chis. §. 166: *Py.* Hug. §. 274: *Placentinus*, Cod. Chis. §. 44: *Py.* (p. 150, not. *o*). 103) Cf. §. 33 (p. 241, not. *b*), 315 (p. 467, not. *t*), 357 (p. 496, not. *u*). 104) Nonnumquam in Cod. Chis. *Iacobus* nominatur, apud Hugolinum *Ioannes* (cf. p. 125, not. *a.* p. 130, not. *b.* p. 237, not. *p*); contra in Cod. Chis. *Ioannes*, apud Hugolinum *Iacobus* (cf. p. 150, not. *o.* p. 152, not. *s.* p. 19, not. *r.* p. 244, not. *h*). Sed etiam glossam *Io.* pro *Ia.*, *Iac.* ponere indicavimus p. 33, not. *h.* p. 36, not. *i.* p. 275, not. *y.* p. 334, not. *o.* Cf. not. 90. 105) Pro *Alberico* ponuntur *Azo* (Cod. Chis. §. 6, p. 128, not. *s*), *Iacobus* (Cod. Chis. §. 142, p. 235, not. *h*), *Martinus* (Cod. Chis. §. 44, p. 150, not. *m* et *n*); pro *Aldrico Bulgarus* (Cod. Chis. §. 159, p. 241, not. *b*); pro *Guidone Hugo* et *Rogerius* (Cod. Chis. §. 141, p. 233, not. *x*); pro *Bulgaro Ioannes* (Cod. Chis. §. 19, p. 136, not. *d*); *Rogerius* (Cod. Chis. §. 78, p. 178, not. *l*); pro *Iacobo Hugo* (Hug. §. 12, p. 258, not. *o*), *Placentinus* (Cod. Chis. §. 150, p. 238, not. *r.* §. 153, p. 239, not. *u.* §. 158, p. 240, not. *x.* §. 162, p. 242, not. g); pro *Ioanne Adericus*, *Odericus* (Cod. Chis. §. 144, p. 485, not. *r*), *Iacobus* (p. 151, not. *q.* p. 152, not. *s*); pro *Ottone Papiensi Albericus* (Cod. Chis. §. 155, p. 240, not. *uu*), *Ioannes* (Cod. Chis. §. 152, p. 239, not. *tt*), *Hugo* (Cod. Chis. §. 163, p. 243, not. *h*); pro

nem nominari debebant, addit [106]), quam diversitatem, quum non solum in glossa Accursiana [107]), verum

Placentino Ioannes (Hug. §. 58, p. 298, not. *x*); pro *Rogerio Bulgarus* (Cod. Chis. §. 76, p. 176, not. *b*), *Irnerius* (Cod. Chis. §. 169, p. 246, not. *r*); pro *Wilhelmo de Cabriano Hugo* (Cod. Chis. §. 160, p. 242, not. *e*. §. 168, p. 246, not. *o*), *Placentinus* (Cod. Chis. §. 96, p. 193, not. *a*). Cf. etiam not. 96, 99, 101, 102, 103, 104. 106) Veluti *Albericum* Hug. §. 1, p. 52, not. *m*. §. 7, p. 237, not. *p*. §. 12, p. 258. §. 58, p. 299, not. *y*. §. 75, p. 318. §. 90, p. 329. §. 135, p. 151, not. *q*. §. 138, p. 367. §. 186, p. 191, not. *u*. §. 274, p. 143, not. *o*. §. 292, p. 243, not. *h*. §. 300, p. 142, not. *n*. §. 339, p. 201, not. *f*. §. 347, p. 240, not. *uu*. §. 360, p. 499. §. 370, p. 256. §. 399, p. 156, not. *g*. §. 427, p. 246, not. *r*.; *Aldricum* §. 71, p. 313 et p. 130, not. *d*. §. 125, p. 357. §. 347, p. 240, not. *uu*.; *Arrianum* §. 423, p. 535.; *Bulgarum* §. 148, p. 159, not. *s*. §. 228, p. 198, not. *r*. §. 243, p. 211, not. *h*. §. 301, p. 463, not. *gg*. §. 360, p. 499. §. 392, p. 522, not. *f*. §. 399, p. 156, not. g.; *Hugonem* §. 12, p. 258. §. 152, p. 166, not. *e*. §. 225, p. 415. §. 292, p. 243, not. *h*. §. 347, p. 240, not. *uu*. §. 423, p. 534.; *Iacobum* §. 33, p. 275. §. 69, p. 312. §. 71, p. 313. §. 138, p. 367. §. 149, p. 377. §. 228, p. 198, not. *r*. §. 243, p. 211, not. *h*. §. 274, p. 143, not. *p*. §. 339, p. 201, not. *f*. §. 399, p. 156, not. *g*. §. 405, p. 139, not. *q*. §. 436, p. 134, not. *r*.; *Ioannem Bassianum* §. 1, p. 52, not. *m*. §. 6, p. 253. §. 17, p. 262. §. 26, p. 130, not. *b*. §. 32, p. 133, not. *i*. §. 33, p. 275. §. 34, p. 276. §. 56, p. 297. §. 63, p. 302 et p. 244. §. 175, p. 178, not. *n*. §. 183, p. 189, not. *p*. §. 192, p. 218, not. *v*. §. 225, p. 415. §. 226, p. 207, not. *x*. §. 238, p. 208, not. *b*. §. 278, p. 184, not. *x*. §. 290, p. 127, not. *r*. §. 347, p. 240, not. *uu*. §. 351, p. 197, not. *n*. §. 360, p. 499. §. 426, p. 169, not. *u*. §. 427, p. 246, not. *r*. §. 432, p. 200, not. *z*.; *Irnerium* §. 12, p. 258, §. 17, p. 262. §. 28, p. 272. §. 34, p. 276. §. 90, p. 330. §. 125, p. 357. §. 138, p. 367. §. 243, p. 211, not. *h*. §. 290, p. 127, not. *r*. §. 405, p. 139, not. *q*. §. 427, p. 246, not. *r*.; *Martinum* §. 33, p. 275. §. 71, p. 131, not. *e*. §. 90, p. 330. §. 169, p. 388 sq. §. 192, p. 218, not. *v*. §. 218, p. 231, not. *ll*. §. 225, p. 415, p. 278, p. 184, not. *x*. §. 312, p. 217, not. *ss*. §. 406, p. 527. §. 423, p. 535.; *Ottonem Pap*. §. 71, p. 130, not. *d*. §. 169, p. 388.; *Placentinum* §. 7, p. 237, not. *p*. §. 71, p. 313, p. 130, not. *c*. §. 186, p. 191, not. *u*. §. 198, p. 222, not. *ii*. §. 290, p. 127, not. *r*. §. 370, p. 237, not. *p*. §. 431, p. 134, not. *s*.; *Rogerium* §. 7, p. 256. §. 71, p. 313.; *Vacarium* §. 234, p. 204, not. *s*.; *Wilhelmum de Cabriano* §. 12, p. 258. §. 308, p. 182, not. *t*. 107) Ita glossatoribus apud Hugolinum nominatis in glossa substituuntur: *Aldricus Alberico* p. 338, not. *pp*.; *Iacobus Bulgaro* p. 6, not. *f*.; *Ioannes Bulgaro* p. 9, not. *f*.; *Irnerius Hugoni* p. 534,

etiam in glossatorum scriptis inveniatur [108]), et in his et in aliis fontibus, quibus Dissensionum auctores et Accursius usi sunt, sitam esse puto.

Quod glossatores interdum honorificis nominibus adpellantur, veluti *Sapientes* [109]), *Doctores* [110]), *Summi*, *Summus* [111]), *Magister* [112]), *Praeceptor iuris* [113]),

---

not. *r.*; *Placentinus Bulgaro* p. 59, not. *p.*; *Rogerius* et *Irnerius Pillio* p. 323, not. *zz.* et alii iam Supra not. 90. a me prolati in §phis, quas Hugolinus cum Cod. Chisiano communes habet. Glossatores apud Hugolinum omissi, sed in glossa commemorati, sunt *Albericus* p. 400, not. *v.* p. 489, not. *l.*; *Azo* p. 52, not. *m.* p. 154, not. *v.* p. 241, not. *a.* p. 382, not. *gg.* p. 8, not. *u.* p. 393, not. *a.* p. 400, not. *v.* p. 433, not. *u.* p. 443, not. *b.* p. 466, not. *ppp.* p. 468, not. *z.* p. 202, not. *l.* p. 163, not. *k.* p. 154, not. *v.* p. 190, not. *p.* p. 67, not. *z.* p. 18, not. *e.* p. 539, not. *o.*; *Bulgarus* p. 45, not. *o.* p. 262, not. *dd.* p. 309, not. *ttt.* p. 317, not. *z.* p. 349, not. *g.* p. 382, not. *gg.* p. 413, not. *s.*; *Hugo* p. 18, not. *e.* p. 462, not. *cc.*; *Iacobus* p. 6, not. *i.* p. 484, not. *k.*; *Ioannes Bassianus* p. 6, not. *i.* p. 14, not. *r.* p. 18, not. *e.* p. 43, not. *b.* p. 67, not. *z.* p. 210, not. *f.* p. 271, not. *o.* p. 281, not. *e.* p. 300, not. *f.* p. 317, not. *z.* p. 202, not. *l.* p. 351, not. *u.* p. 366, not. *p.* p. 382, not. *gg.* p. 405, not. *k.* p. 413, not. *r.* p. 419, not. *d.* p. 420, not. *nn.* p. 423, not. *u.* p. 424, not. *xx.* p. 443, not. *b.* p. 462, not. *cc.* p. 466, not. *ppp.* p. 489, not. *l.* p. 492, not. *a.* p. 497, not. *cc.* p. 524, not. *l.*; *Irnerius* p. 24, not. *g.* p. 52, not. *m.* p. 271, not. *o.* p. 321, not. *ss.* p. 343, not. *e.* p. 352, not. *y.* p. 453, not. *y.* p. 454, not. *yy.* p. 472, not. *tt.* p. 427, not. *cc.* p. 517, not. *o.* p. 524, not. *l.*; *Martinus* p. 271, not. *o.* p. 317, not. *z.* p. 382, not. *gg*, *ff.* p. 419, not. *d.* p. 423, not. *tt.* p. 468, not. *z.* p. 470, not. *m.* p. 517, not. *o.*; *Placentinus* p. 52, not. *m.* p. 273, not. *ss.* p. 339, not. *o.* p. 366, not. *qq.* p. 368, not. *e.* p. 392, not. *y.* p. 424, not. *v.* p. 466, not. *ppp.* p. 475, not. *l.* p. 524, not. *l.*; *Rogerius* p. 37, not. *p.* p. 43, not. *b.* p. 317, not. *z.* p. 410, not. *b.* p. 420, not. *nn.* etc. 108) Cf. p. 20, not. *d.* p. 44, not. *i.* p. 45, not. *n.* p. 68, not. *f.* p. 127, not. *r.* p. 157, not. *h.* p. 170, not. *a.* p. 207, not. *x.* p. 255, not. *ff.* p. 264, not. *pp.* p. 265, not. *ss* et *t.* p. 267, not. *dd.* p. 280, not. *x.* p. 321, not. *ss.* p. 343, not. *e.* p. 360, not. *oo.* p. 372, not. *uu.* p. 393, not. *a.* p. 395, not. *kk.* p. 424, not. *xx.* p. 441, not. *rr.* p. 449, not. *f.* p. 452, not. *s.* p. 453, not. *y.* p. 487, not. *bb.* p. 494, not. *ll.* p. 537, not. *gg.* etc. 109) §. 143 (p. 372), 253 (p. 427); qui sint illi *Sapientes*, non indicatur. 110) §. 201 (p. 400). 111) §. 207 et §. 423, §. 312 (p. 227 sq., not. *d.* p. 535), *summus Arrianus*, *summi Arriani*, quemadmodum etiam in Collectione Chisiana adpellantur. 112) §. 423 (p. 535), *magister Albericus*. 113) §. 5 (p. 252), *Placentinus*, *praeceptor iuris*.

Dominus [114]), id veterum iurisconsultorum more factum est, qui novae scholae auctores his cognominibus ornare solebant. Sectarum autem neque nomen ullum neque indicium reperiri, nemo mirabitur, nisi qui Bulgaristarum et Gosianorum duas acriter contendentes scholas fuisse etiamnunc putet, nam praeter Bulgarum et Martinum ubique inter se dissidentes, ceterorum iuris praeceptorum opiniones promiscue, ut nullum adpareat partium studium, enarrantur et quod Ioannes eiusque Sequentes §pho 423. commemorantur, id de discipulis Ioannis intelligendum esse omnes concedent [115]). Ceterum sententiae glossatorum tertia persona referuntur, *dicit*, *differunt etc.*, nisi quod in hac illave §pho verbis *dico*, *sed ipsi respondent*, *verum est* utuntur, interdum etiam alicuius glossatoris sententia tamquam dubia profertur [116]).

---

114) §. 4 (p. 251 sq.), 283 (p. 452), 290 (p. 127, not. *r*), 390 (p. 521) *dominus Irnerius*; §. 5 (p. 253 sq.) *dominus Azo*, *dominus Albericus*, *dominus Irnerius*; §. 7 (p. 256) *dominus Albericus*, *dominus Rogerius*, *dominus Azo*; §. 12 (p. 258) *dominus Wilhelmus de Cabriano*; §. 15 (p. 261), 17 (p. 262), 18 (p. 263), 289 (p. 456), 305 (p. 464), 383 (p. 516), 404 (p. 525) *dominus Azo*; §. 21 (p. 265), 236, 239 (p. 422), 333 (p. 479), 343 (p. 486), 369 (p. 502), 390 (p. 521) *dominus Albericus*; §. 23 (p. 267), 68 (p. 310), 324 (p. 473), 389 (p. 520) *dominus Ioannes*; §. 51 (p. 286), 55 (p. 296) *dominus Placentinus*; §. 297 (p. 459), 330 (p. 477) *dominus Martinus*; §. 377 (p. 506) *dominus Iacobus*; §. 404 (p. 525) *dominus Rogerius*. Adparet ex his exemplis, quae multis aliis augeri possunt, Alberici magnam auctoritatem fuisse, quum is praeter ceteros dominus appelletur. 115) Ita puto intelligendum esse, quod legitur ap. Hugol. Dist. XXXIII.: *Martinus cum suis Sequacibus*. Maioris momenti est Dist. LIII.: *secundum Martinum — et eius Sequaces*, *scilicet Lot.* (Lotharium), *Aldricum*, *Al.* (Albericum) *et plures Alios relinquentes domini B.* (Bulgari) *opinionem — secundum B.* (Bulgarum) *et eius Sequaces*, *scilicet R.* (Rogerium) *et Io.* (Ioannem) *et plures Alios et Nos* (Hugolinum), in quo loco id memorabile est, quod Albericus Bulgari partes deseruisse dicitur. 116) Veluti §. 51.: *W.* (Wilhelmus de Cabriano) *videtur dicere.*

Glossatorum opera et scripta complura nominari, quae in prioribus collectionibus desunt, et aetati tribuendum est et fontibus, unde Hugolinus hausit. Commemorantur enim praeter Pillii Brocarda 117), quae iam ex Codice Chisiano novimus, eiusdem Quaestiones 118), Wilhelmi de Cabriano Casus 119), Placentini Summa (Codicis) 120), Ioannis Distinctiones 121) et Lectura Codicis 122), Azonis Summa 123), Distinctiones 124) et Liber Azonis, quo Azonis Lecturam Codicis significari probabile facit §phi 18., in qua nominatur, magna cum Azonis Lectura convenientia. Quaeri potest hoc loco, num recte fecerim, quod siglum *Io. le.* Ioannis Lecturam interpretatus sum. Scrupulum iniicit, quod §pho 294 (p. 70, not. *r*) *Io. de le.* pro *Io. le.* scriptum est, et §pho 297 (p. 459, not. *r*, *t*) duo codices *Iob.*, sed codex Bambergensis *Io. le.* habet, ut *Io. le.* ex mala sigli *Iob.* interpretatione ortum esse videatur. Tamen quum Ioannis Lectura Codicis exstitisse dicatur, neque alia interpretatio se offerat, dum meliora proferantur hanc explicationem tenendam esse censeo. Iam vero alia dubitatio obiicitur, qua Lectura Hugolinus usus sit, Ioannis an Nicolai Furiosi editione. Hac eum usum esse, propter aetatem, qua Nicolaus vixit, non possum credere, quum non verisimile sit, Hugolinum Nicolai, aequalis sui opus ad conscribendas Dissensiones adhibuisse. Utrumque inprobabile est propter nonnullas §phos, ubi Ioannis quasi in

---

117) §. 114 (p. 345) 315 (p. 150, not. *p*). 118) §. 75 (p. 318, not. *l*). 119) §. 50 (p. 286), 144 (p. 373), 377 (p. 510), 378 (p. 295, not. *kk*), 379 (p. 512). 120) §. 377 (p. 510). 121) §. 5 (p. 255). 122) §. 68 (p. 310), 72 (p. 316), 73 (p. 316), 74 (p. 317), 76 (p. 319), 77 (p. 319), 80 (p. 322), 85 (p. 324), 86 (p. 326), 294 (p. 70, not. *r*), 297 (p. 459, not. *r*. p. 460, not. *t*), 356 (p. 45, not. *n*). 123) §. 79 (p. 320). 124) §. 25 (p. 270), 90 (p. 329).

cathedra ius explicantis sententia directa oratione, verbis: *Et dico*, *Hic tamen dico*, *Ego puto*, *Mihi videtur*, *Ego credo*, subiecto siglo *Io. le.* profertur 125), ut haec non ex scriptis sed ex scholis Ioannis desumta esse videantur. Iam vero, quum Hugolinum Ioannis discipulum fuisse inter omnes constet, non multum a vero aberrare mihi videor, si Hugolinum opinionum, quas ipse in praeceptoris praelectionibus de Codice calamo exceperat, nonnullas Dissensionibus suis inmiscuisse adfirmo. Non minus difficile est certi aliquid de §pho 101. statuere, ubi si codicis Stuttgartensis et Bambergensis aucteritatem sequimur, Ioannes Bulgari tractatum de regulis iuris respicere videtur, si ceteros codices, Legem 41. Tit. D. de Regulis iuris, quamquam ego in hanc potius sententiam discedam propter prima illius legis verba, quae commemorantur.

Ut maioribus scriptis, ita glossis frequenter usus est Hugolinus, plerumque nominibus auctorum suppressis 126), interdum nominatis, veluti Azone, Irnerio, Martino 127). Cavendum autem est, ne verba §phi 285.: *ut* (Albericus) *in praedicta lege C. notare consuevit*, de Alberici glossa accipiantur. De scholis enim Alberici accipienda esse indicat verbum *consuevit*, quod Albericum saepius de hac lege exposuisse

---

125) §. 68 (p. 310), 72 (p. 316), 85 (p. 324), 86 (p. 326), 294 (p. 70, not. *r*). 126) Veluti vv. *glosula* §. 219 (p. 413), 231 (p. 419.: *in glosula illa*, *scilicet* „*Regularum*“ *etc.* —); §. 262 (p. 432.: *in glosula*, *quae sic incipit*: „*sed si dediderit etc.*“); 289 (p. 457); *glosant* §. 394 (p. 19, not. *u*); *glosulant* §. 254 (p. 428); *notula antiqua* §. 307, ut in Cod. Chis. §. 85 (p. 185). 127) *Glosa Irnerii* §. 4 (p. 251), *glosula Irnerii* §. 90 (p. 330); *Martinus glosulavit* §. 140 (p. 370); *Martinus glosavit* §. 376 (p. 506); *Azonis notulae* §. 120 (p. 352), *notavit Azo* §. 209 (p. 404); 266 (p. 437), *glosula Azonis* §. 240 (p. 423).

significat. Hoc vero tantum in scholis fieri poterat, propter crebriorem de eadem re disputandi occasionem.

Hugolinum omnes Corporis iuris civilis partes cognitas habuisse, quum ex aliis eiusdem Icti scriptis manifestum est, tum ex hac Dissensionum Collectione, in qua omnibus Iustiniani libris, etiam extraordinariis Codicis et Corpore Authenticarum [128]) usus est, qua de caussa quod in §pho 5. dicitur: „*nisi in Corpore iuris comprehensa*" et „*in Corpore iuris comprehensum*" nemini admirationem movebit, qui meminerit, hanc adpellationem iam apud glossatores inveniri. Bonae frugis sunt, quae de Authenticis referuntur, nam ut nihil dicam de disputationibus, quas glossatores de Authenticarum auctoritate, vi, aut loco iis adsignando frequenter habuisse ex his etiam Dissensionibus cognoscitur [129]), tres hic nominantur Authenticae Codicis, quae in censu Accursiano desunt [130]), et duae Institutionum [131]), de quibus Authenticis etsi complures quaestiones moveri possunt, tamen certis argumentis destitutus eas tangere supersedeo atque id tantum commemoro, Illustrissimi de Savigny, virum pie colendum, non solum Authenticam *Hodie non licet*, ut in codice Casselano et Parisiensi legitur, sed etiam Authenticam ineditam, cum Authentica, quae in §pho 217. commemoratur, fortasse concinentem*) ex schedis suis transcribendas et cum iuris civilis studiosis communicandas humanissime concessisse. Quod nonnullae Authenticae incongruo loco inculcatae sunt, Hugolini fortasse culpa accidit, qui quum unam alteramve

---

128) §. 84, 213, 217, 288, 299, 406. 129) §. 123 (Cod. Chis. §. 42, p. 147), 299, 301, 406: „*quia illud non reperitur in Corpore Authenticarum* (Cod. Chis. §. 15). 130) §. 154.: *Auth. Hodie non licet*, §. 155.: *Auth. Sed illud solum*, §. 217, not. *d.* 131) §. 211, 298. *) Cf. p. 701.

Authenticam in margine librorum scriptam inveniret, nesciebat, ad quam legem aut rubricam referenda esset [132]), nisi forte illud accidisse sumendum est festinatione librarii, qui Codicem Iustiniani ab Hugolino adhibitum scripsit. Ceterum Hugolinus sibi non constitit in hoc, quod modo Authentica, modo Authenticum scribit, quamquam Codicis Authenticae plerumque neutro genere dicuntur. Ut vero Novellae, sicut apud Iulianum, Constitutiones [133]) vocentur idemque verbum pro Lege Codicis [134]) ponatur, semel tantum factum esse reperi. Collationibus Novellarum, quarum capita §phi adpellantur, in plerisque §phis, ubi commemorantur, numerus additus est, saepe ab eo, qui in recentioribus editionibus est, differens [135]); eadem diversitas est etiam in legibus, §phis legum et rubricis, nata illa nonnumquam ex mendosa scriptura, plerumque ex forma et conditione librorum manuscriptorum a glossatoribus adhibitorum [136]), ad quam diversitatem praeter illud *alias*, quo Hugolinus diversitatem lectionis quum in glossatorum scriptis, ex quibus Dissensiones suas conflavit, tum etiam in codicibus iuris Iustinianei repertam indicare solet [137]), referenda etiam sunt verba „*secundum unam lecturam*“, quae §pho 167. leguntur [138]), et satis frequens usus vocabuli *litera* [139]), quod in glossatorum scriptis saepissime inveniri neminem fugit.

---

132) Veluti Auth. *Defuncto* §. 298, not. *v*. 133) §. 243 (p. 211, not. *h*). 134) §. 441.: Const. 2. C. Quib. non obiic. l. temp. pr. 135) Veluti §. 66 (p. 305, not. *d*), 86 (p. 325, not. *g*), 352 (p. 492, not. *bbb*). 136) Cf. §. 4, not. *q*, §. 5, not. *u*, §. 15, not. *a*, §. 27, not. *n*, §. 34, not. *b*, §. 54, not. *l*, §. 55, not. *oo*, §. 57, not. *t*, §. 59, not. *b*, §. 60, not. *e*, §. 63, not. *i*, §. 67, not. *h*, *l*, *m*, §. 85, not. *c*, §. 95, not. *b*, §. 128, not. *r*, §. 130, not. *yy*, §. 181, not. *ee*, §. 219, not. *gg*, §. 250, not. *y*, §. 264, not. *x*, §. 369, not. *n* etc. 137) Cf. §. 299, 304 (p. 177, not. *cc*), 330, 341 (p. 206, not. *v*), 343 etc. 138) p. 7, not. *u*. 139) §. 102, 103, 116, 410 etc.

De libris iuris canonici, a quo Martinum non alienum fuisse §phus 114. docet, Decretum[140]) et antiquae Decretalium Collectiones[141]) nominantur. Reliqui iuris fontes neglecti sunt praeter Lombardam[142]). Veterum scriptorum solus Tullius (Cicero) §pho 116. commemoratur. Sacrorum librorum in duabus §phis (§.24, 264) mentio facta est; denique etiam §. 264. nonnulla verba ex Cypriano, sancto patre, desumta sunt, non commutando illo cum Cypriano glossatore, quem siglum *Cy.* videtur significare.

Dicendum nunc est de codicibus, quorum auxilio hanc Dissensionum editionem paravi. Erunt sine dubio, qui quae eorum scriptura sit atque aetas, adcurate a me describi exspectent, hanc diligentiam inter prima editoris officia ponentes. Nihilo secius tamen recte mihi facere videor, si hunc laborem, ut supervacaneum atque inutilem, non suscepero. Tum enim de his rebus exponendum esse puto, si codices tam antiqua et paene singulari literarum forma scripti sunt, ut adcurata harum rerum disputatio ad rem diplomaticam augendam amplificandamque conferat. Ceteros codices in universum describi satis est, dummodo hoc ita fiat, ut codicum forma, conditio, materia ostendatur, ne cum aliis similis argumenti codicibus commutentur: cuius generis Dissensionum codices sunt, neque scripturae genere neque aetate quidquam memorabile offerentes. Sunt enim omnes recentioris aetatis et in Italia literis minoribus, quae minusculae dicuntur, in membranis scripti, verbis passim tam compendiose expressis, ut vel exercitatissimus talium rerum scrutator in compluribus locis

140) §. 64, 114, 264. 141) §. 24, 114, 264. 142) §. 64, p. 303.

haereat, et singularum §phorum inscriptionibus in Bononiensi exemplari et in Hugolini codicibus rubro colore distinctis, quod codicibus illius aetatis fere commune est. Magis iuvat indicare, quibus partibus singuli codices constent et quae cuique propria sunt, suo loco adnotare.

Veteris Collectionis duos esse codices supra dixi:

1) *Regium Parisiensem* 4534, (*olim Colbert.* 204. *Reg.* 4696.) *fol.* 143);

2) *Bibliothecae Regalis Collegii Hispanorum, quod Bononiae est*, 73. 4., *foliis* 177 *constantem.*

Illum Illustrissimus de Savigny descripsit 144), qua cum descriptione conferenda sunt, quae supra de eodem codice dixi; hunc Sartius inspexit 145). Codicis Parisiensis longe minimam partem Vetus Collectio complectitur. Praecedit enim Codicis Iustinianei exemplar binis columnis nitide scriptum et ob additas legum inscriptiones dignum, quod quam adcuratissime conferatur. Septem extremas columnas, quae post illum vacuae supererant, inde a XII. versu secundae columnae penultimi folii fragmentum Veteris Collectionis (§. 1 — 60. med.) explet, XIII. saeculo scriptum. Ultimum folium cum extrema

---

143) In Catalogo codd. mss. Bibliothecae Reg. Par. hac Dissensiones non commemorantur. 144) l. c. T. V. p. 225. 145) l. c. T. I. P. I. num. IV. §. 17. p. 37 (ap. *Hauboldum* in Adc. I. p. 38 sq.): „*Sed multo facilius cognosci posset, quae fuerint priorum iuris interpretum opiniones, Bulgari nimirum, Martini, Hugonis et Iacobi, quos magistros praecipuos et primarios, et quattuor legum columnas aetate sua adpellatos novimus ex pervetusto libello, cui titulus est: Diversitates Dominorum in iure; quem numquam editum puto. Eum habet bibliotheca Regalis Collegii Hispanorum Bononiae in membranis scriptum litteris omnino antiquis, quaeque ad eorum doctorum aetatem adcedunt. In eo recitantur singulorum doctorum opiniones adversae et oppositae, indicatis in libri margine eorum nominibus per siglas B. M. I. Bulgarum, Martinum et Iacobum designantes; de quo libello dicemus infra in Rogerio Beneventano....*“

Collectionis parte periit. In exemplari Bononiensi varia medii aevi opuscula diverso tempore scripta colligata sunt, quorum index ab incerto auctore in prima tegumenti plagula anno p. C. n. 1748. conscriptus legitur, nunc a me omissis supervacaneis et additis nonnullis emendationibus, maxime de aetate singulorum opusculorum, edendus. En ipsum indicem:

1) *Fol.* 1—68. *Placentinus super novem priores libros Codicis. Opus completum cum indice titulorum in principio (a manu secunda saec. XVII.), omnino diversum ab inpresso* 146). *Saec. XIII.*

2) *Fol.* 69. *Aliqua deinde notantur (Videtur hoc folium esse fragmentum Placentini de Varietate actionum). Saec. XIII.*

3) *Fol.* 70 — 88. *Tractatus super Longobarda seu Longobardorum leges. Est sine auctoris nomine —. Incipit: „Quum universa Dei sapientia". — Finit: „Dimidium regi et dimidium, cui illatum est." Saec. XIII.*

4) *Fol.* 89 — 136. *Placentinus super quatuor libros Imp. Institutionum, cum indice titulorum (saec. XVII). Desinit in titulo de interdictis. Diversum ab edito. Saec. XIII.*

5) *Fol.* 137 — 148. *Tractatus incerti auctoris. Tituli inscribuntur: de iustitia et iure, de illicitis rescriptis etc. Incipit: „Sacratisimae leges ab omnibus sciri debent, contigit autem saepe quosdam earum ignorantia laborare". Saec. XIV.*

6) *Fol.* 149—156ª. *Ansellus de Orto, liber, cuius rubrica est: „Incipiunt prooemium Anselli de Orto." Rx. De instrumento actionum et tempore earum, quae cui competant et adversus quos. Saec. XIII. (Est Anselmi ab Orto liber de Instrumento actionum* 147).

7) *Fol.* 156ᵇ — 166. *Distinctiones domini Placentini* 148). *Tractatur de pactis adpositis in contractibus bonae fidei et stricti iuris, de negotiis gestis, de peculio, de legatis, de officio iudicis, de ancilla sublata. Saec. XIII.*

8) *Fol.* 167 —172ª. *Diversitates Dominorum in iure. Saec. XIII.*

9) *Fol.* 172ᵇ —176. *Ioannes Boninus*) Paduanus, tracta-*

---

146) *Sarti* l. c. p. 37, not. *e* (*Hauboldus* l. c. p. 39. et *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 235). 147) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 184. 148) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 242. *) Quis sit ille *Ioannes Boninus*, nescio.

tus de usucapionibus et praescriptionibus, *opus dicatum Petro*, *Suarensi* (?) *episcopo. Prooemium:* „*Magistro Petro venerabili. Opus usucapionum non esse completum*". *Saec. XIV.*

10) *Fol.* 177. *Summa super Infortiatum incerti auctoris. Incipit:* „*Soluto matrimonio mulierem*". *Desinit:* „*Si nunc succedat alteri.*" *Saec. XIII.* 149).

Praeterea tegumento duo folia pergamena adglutinata sunt, quorum prius fragmentum Codicis Iustinianei, saec. XIII. scriptum inde a L. 2. C. de Ann. exc. (7, 40.) usque ad L. 2. C. Quomodo et quando (7, 43.) cum inscriptionibus legum continet, posterius fragmentum actorum iudicialium saec. XVI.

Rogerii Dissensionum codicem non inveni, et omnes huius opusculi editiones ex deperdito codice, quo Nicolaus Rhodius usus est [150]), ductae sunt.

Tertiae Collectionis unus tantum codex exstat Romae in bibliotheca Chisiana, in involucro E, VII, 218. signatus, mendis et lacunis deformatus, scriptus in membranis quadruplicatis saeculo XIII., pessimis literis et omissis §phorum inscriptionibus. Inest praeterea farrago opusculorum de iure a diversis saeculi XIII., XIV. et XV. manibus scriptorum, quae haec sunt [151]):

1) *Fol.* 1—57. *Incerti auctoris fragmentum:* „*Rubr. De in . . . us vel contra eorum quae effectu. XII. Omnia prin-*

---

149) Deinde sequuntur haec verba: „*Codex iste est praestantissimus saec. XII. in fine, quo tempore Placentinus I. C. Gallus claruit, aut saec.* XIII." Sed vide, quae de aetate singulorum oppusculorum dicta sunt. 150) Cf. Supra p. VIII, not. 10. 151) Indicem opusculorum conscripsit *Gustavus Ernestus Heimbach*, vir eruditissimus mihique amicissimus, a quo, quum indicem a me conscriptum rei meae non sufficere viderem, literis petii, ut in itinere, quod suscepit ad bibliothecas Italiae perlustrandas, Iuris Romani, praecipue Graeci, codices incredibili bonarum literarum fructu undique anquirens, hunc etiam, si tempus superesset, codicem inspiceret partesque, quibus constat, mihi indicaret. Quod facere vir humanissimus non dubitavit.

cipiis inquid inesse solent. — Expliciunt Broccardi qui salicta d. VII." — (Sunt Azonis Brocarda)

2) *Fol.* 58—63[a]. *Incipit libellus de Ordine iudiciorum. ℞. Inc. „Sapientiam omnes adfectant naturaliter et gloriosum est et delectabile" —. Desinit: „Quaeritur qua re usucapione rei vindicatio et non hypothecaria tollatur? Responde, quia separata est quaestio pignoris a quaestione proprietatis".*

3) *Fol.* 63[a]. *Incerti auctoris fragmentum XX versibus constans: „Quoniam omnes actus atque omnia negotia, quae aggredimur, cum dei auxilio consummanda sunt — ait D. de Solutionibus L. Si pater et D. de Rer. div. (L.) In tantum".*

4) *Fol.* 63[b]—64. *Incipit iuris civilis instrumentum ab Anselmo ab Orto compositum* 152).

5) *Fol.* 65—66[a]. *Incipiunt contraria a domino Vacc. (Vacario?* 153) *facta legis Longobardorum. Incipit de publicis criminibus et maleficiis. Si quis contra animam. De culpis servorum. Si servus talem. Solutio. Quum lex loquitur sub alternatione, scilicet vel moriatur aut cop. DCCCC. id. lex loquitur tam de libero quam de servo, quum vero praecise loquitur. Desinit: „De his, qui ad mortem iudicati sunt. Quaeritur ista R. l. dial' al. q. ille, qui committit crimen maiestatis non moritur ipso iure. imo per sententiam contra iudicium sabinorum (?) amittit res suas, qualiter saltim usque ad litiscontestationem poterit alienare et debita solvere creditoribus, quod est contra legem Romanam. Expliciunt ar. lombard".*

6) *Fol.* 66[b]—68[a]. *Quaestionum series, quarum initium deest. Inc.: „D. de Carboniano edicto. l. carbonianum. In fin. l. dici. videro quid oportet eum, qui petit Carbonianam bonorum possessionem et ordinarium accipere". Desinit: „quae sanctissima loca . . . . . praesumuntur, quia ibi delinquunt, ubi salutem petunt".*

7) *Fol.* 68[b]—72[b]. *Quaestiones de Authenticis sine titulo. Inc.: „In aut. coll. I. voluntates defunctorum mentium competere . . . quae legibus non repugnant, modis omnibus obruentur".*

8) *Fol.* 72[b]. *Incerti auctoris fragmentum: „Vidimus diebus istis — ut dignissima laboris remuneratio".*

9) *Fol.* 73—79[a]. *Incipiunt generalia magistri P. . . . . . anglia. R. or. nullus suo post vetus ... sitio sine culpa sua Ext. de constitutionibus. — Explicit hoc opus super extravagantibus compilatis.*

---

152) Cf. not. 147. 153) *Ern. Ad. Laspeyres* über die Entstehung und älteste Bearbeitung der Libri Feudorum. Berlin 1830. 8. p. 171, not. 81. p. 285.

10) *Fol.* 79ᵇ — 80ᵃ. *Casus incerti auctoris et mutili: „D. de His, qui not. infamia l. Quid ergo §. poena. Casus h. lc. Titius Seium ex delicti caussa famosa convenit. Damnatur Seius etc.“ Desinit: „arg. de dote de quasi reddenda convenit, tempore constituto ad ē re na . . suam redit, ut D. de pactis (L.) Si unus §. sed si pactum“.*

11) *Fol.* 80ᵇ. *Incerti auctoris fragmentum ab initio et in fine mutilum et paene deletum.*

12) *Fol.* 80ᵇ — 88. *Summa de Testibus a Pylleo composita cum indice XLV capit.:* 1) *de Operis libertorum,* 2) *de Rescriptis imperialium,* 3) *Si quis post factum testamentum,* 4) *de Accusationibus —,* 44) *Quandoque legatum adimitur,* 45) *de Bonorum possessione secundum tabulas. Inc.: „In quo neque publicum neque privatum ius erat et cum“. Desinit: „Quaero, an fideiussor inter locatorem etiam biennii. non dico tempori hoc ad triennium esse redactum, quum lex, quae triennium praefinit . . . in conductore, haec in emphyteuta locum habet“.*

13) *Fol.* 89 — 94ᵃ. *Summarum series aut Notabilia ex omni Corpore iuris.*

14) *Fol.* 94ᵇ — 96ᵇ. *Incerti auctoris tractatus de iure fisci, adquisitione per procuratorem, litiscontestatione, exceptione, praesumtione. Incipit: „Cum maritus debet, aut debetur fisco aut alii. Si alii debetur, nullo modo res uxoris dotales pro debito mariti inquietandae, imo in rebus mariti.“ Explicit: (cap. de praesumtione) „vel mutata dolo vel culpa venditoris creditorisve seu commodatarii fore corruptam vel mutatam. Manifesta praesumtió erit ex parte“ . . . Reliqua desunt.*

15) *Fol.* 97 — 117. *Incerti auctoris tractatus: Cum essem Mantuae.* (*Est Placentinus de Varietate actionum* 154).

16) *Fol.* 118 — 125. *Dissensiones Dominorum. Inscriptio opusculi deest.*

17) *Fol.* 126 — 137. *Incipiunt Distinctiones domini Hugolini* 155).

18) *Fol.* 138 — 144. *Insolubilia domini Ug̃.* (*Hugolini*), *qui fuit Aquila nuncupatus. „Pone tibi servum tuum a fure“* 156).

19) *Fol.* 144ᵇ. *Brocardica iuris incerti auctoris. Incipit: „Nam actore non probante reus“. — „Item in crimine laesae maiestatis testes dicunt utriusque. D. de liberali caussa. fallaciter.“*

20) *Fol.* 145 — 149ᵃ. *Incip.: „In nomine domini incipit liber de*

---

154) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 448. 155) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 59. 156) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 61, not. 49.

iudiciario ordine a domino Py. (*Pillio*) *compositus. Prohemium: „Invocato Christi nomine rem aggredior difficillimam". Desinit: „in aut. de litig. §. omnim. coll. IX. explicit. Explicit liber de iudiciario ordine compositus per py."* (*Pillium*) 157).

21) *Fol.* 149[a]. *col.* [b] — 152. *Perbreves aliquot tractatus Iacobi Balduini cum nonnullis aliis, in quorum fine nomen Benedictus legitur.* a) *de Successione. Inc.: „Quum in successione, quae observatur de iure civili, plerumque dubitari contingit, ideo vero omnis cesset dubitatio, quia de ea ius Romanum hodie servari debet, videamus ut illum servemus ordinem, qui est positus in aut. de heredit. q. ab intest. Coll. IX." Desinit: „si uxor non sit vel maritus, tunc vocatur ultimo loco fiscus, ut C. Unde vir et uxor, l. r. Iac. bal.* (*Iacobus Balduinus*) 158). b) *de Quartis. Inc.: „Quot sint quartae et quid in qualibet veniat, videamus. Quartae sunt numero. Est enim quarta debita iure naturae, quae debetur eo, quod aliquis est filius" —. Iac. Bal.* c) *Inc. §. de Procuratoribus et actoribus. Nota, quod si aliquis adserit se procuratorum, debet ostendere mandatum et si habet mandatum, admittetur, si non habet, cautionem dat, rem ratam dominum habiturum —. de litigiosis §. duorum quod dabis ..... et ita intelligetur D. de act. emti et vend. l. Iulianus et l. si sterilis." Benedictus.* d) *de Novationibus. „Novationum alia fit per delegationem, alia per stipulationem".* e) *de Compensationibus, qui tractatus in his verbis desinit: „quamvis diximus superius quod in iniuriis non admittitur compensatio, tamen lata sententia, quod dicatur in bonis nostris potest fieri compensatio." Secundum Benedictum.* f) *de Testibus* α) *„Quot modis repellantur testes — simpliciter dicendo ut C. de fide instr.* (*L.*) *sicuti". Iaco. Bal.* β) *„Quaeritur, quanta fides testibus duobus vel pluribus in decidendis caussis debeat adhiberi — haec dicta testium, qui olim tulerunt testimonium". Iaco. Bal.* g) *„In formandis libellis tria sunt necessaria — Quando aliquis iustitiarius depositus admittitur .... convictus C. de Suffragiis L. unica". Benedictus.* h) *Concordantia discordantium legum. Incipit: „Cum multae leges inter se dissonare videntur, quae si diligenter inspiciantur, non erit difficile". — Iac.*

22) *Fol.* 153, 154. *Tractatus de feudis, in cuius fine haec sunt: „quae supplenda sunt a tempore factae interpellationis et hoc ū per Abarotum"* (*Alvarottum?*).

23) *Fol.* 155. *Tractatus de certamine singulari iudiciali. Inc.:*

---

157) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 295, not. 87, p. 460.
158) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 99, 221.

„Quod pugna per campiones fieri non debeat et liquet". Desinit: „et C. de Donationibus (L.) Censualis". Iac. (Iacobus) et Ac. (Accursius?).

Hugolini quattuor codices adhibui, Collegii Caio-Gonvillensis Cantabrigiensis 159), Bibliothecae Regiae Parisiensis 160), Bibliothecae Publicae Stuttgartensis et Bambergensis 161), omnes membranaceos, formae maximae et in Italia saeculo XIV. binis columnis scriptos. Alios codices, etsi maxima cura adhibita, reperire non potui. Fortasse Hugolinus latet in codice Brugensi, quem inspicere non licuit 162). Tres alii nunc deperditi nominantur in Catalogo Stationariorum Bononiae 163), in Cervottiano 164) et a Bodmanno, qui codicem chartaceum, inscriptum: *Diversitates inter Dominos de variis materiis iuris*, in tabulario Capituli B. Mariae Virginis Moguntini se vidisse refert 165). Quamnam Dissensionum Collectio-

---

159) Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae. Oxoniae 1697. fol. T. I. Par. III. p. 113. No. 894, 49. 160) Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae Regiae. Pa. III. T. III. Paris. 1744. fol. p. 613. sq. No. 4609. 161) *Heinr. Ioach. Jäck*, Beschreibung von mehr als 1100 zum Theile noch ungedruckten Handschriften vom VIII. bis XVIII. Iahrhundert auf Pergament in der öffentlichen Bibliothek zu Bamberg. Nürnberg 1831. 8. p. 92. No. 717. 162) Catalogi librorum manuscriptorum, qui in Bibliothecis Galliae, Helvetiae, Belgii, Britanniae M., Hispaniae, Lusitaniae asservantur. Nunc primum editi a *D. Gustavo Haenel.* Lipsiae 1830. 4. p. 756, No. 214. *„Contrarietates et diversitates utriusque iuris cum aliis nonnullis tr. in iure"; fol.* 163) *v. Savigny* l. c. T. III. p. 604. *„Diversitates dominorum sunt 5. quat. taxati — — sol. 2."* 164) Cf. Supra p. IX, not. 13. 165) Literärische Blätter B. 6. S. 67. Nürnberg bei Lechner 1805. 4. *„Vor etwa sechzehn Iahren fand ich eine im XV. Iahrhunderte auf Papier in 4. geschriebene Handschrift in dem Archive des Stifts U. L. Fr. zu Mainz mit der Ueberschrift: „Diversitates inter Dominos de variis materiis iuris," woraus ich mir damals Auszüge machte; — iene Handschrift ist inzwischen, wie so viele andere schöne Sachen, unsichtbar geworden; ich kann daher durch eine Vergleichung jetzt nicht mehr genau bestimmen, ob Sarti's Angabe*

nem singuli codices comprehenderint, dici non potest, quum nihil ex iis descriptum sit, nisi forte in Stationariorum codice Hugolini Dissensiones exstitisse statuendum est propter multitudinem quaternionum XL folia complectentium, qui numerus cum nostris Hugolini codicibus fere concinit[166].

Primum consului et in tabulas meas transscripsi codicem Collegii Caio-Gonvillensis, nunc numero 33. signatum. Insunt:

1) *Fol.* 1, 2. *Quaestionum fragmentum.*
2) *Fol.* 3—8. *Margarita Decretalium Bernardi.*
3) *Casus Digesti Veteris.*
4) *Casus Codicis.*
5) *Azonis Summa Institutionum.*
6) *Azonis Summa Codicis.*
7) *Azo super Collationes* (*Est Ioannis Bassiani Summa super libris Novellarum*) [167].
8) *Fol.* 181—198. *Distinctiones domini Hugolini cum praefatione* [168].
9) *Fol.* 199—209. *Anon. Summa actionum.*
10) *Fol.* 210, 210^b. *col.*^{a}. *Insolubilium* (*Hugolini*) *fragmentum, extremam operis partem exhibens.*
11) *Fol.* 210^b. *col.*^{a}. *v.* 53 — *Fol.* 241^b. *col.*^{b}. *v.* 25. *Diversitates sive Dissensiones dominorum super toto corpore iuris civilis.*
12) *Fol.* 241^b. *col.*^{b}. *v.* 26 — *Fol.* 251. *Summa decretalium.*
13) *Fol.* 252, 253. *Insolubilium* (*Hugolini*) *pars prior.*

(respexit locum in v. *Rogerii* §. 9. T. I. P. I. p. 59. quem sic accepit: *Rogerii Enarratio sey mit den Diversitatibus Dominorum in iure eine und die nämliche Schrift*) *richtig sey oder nicht? Nur so viel zeigen mir meine Auszüge, dass sie mit der gedruckten Enarratio Rogerii gar nichts gemein haben; woraus ich dann schliessen muss, dass die Sartischen Diversitates von jenen des bemeldeten Stiftes unterschieden gewesen seyn müssen, wenn erstere mit unsern gedruckten Antinomieen Rogerii ein und dasselbe Werk seyn sollen". Hauboldus* l. c. p. XIII. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 232. 166) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 231 sq. 167) Folia num. 3 — 7 indicare non potui, quum in apographo meo nonnulla verba, ut in itineribus haud raro accidit, deleta sint. 168) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 59.

Series foliorum per glutinatorem nonnumquam turbata est; etenim folia 228—233., quibus §phus 5. inde a verbo „*peremtoriam*" et sequentes §phi usque ad §phi 92. verbum „*postmodum*" continentur, poni debebant inter folium 210., in verbo „*contraria*" §phi 5. desinens, et folium 211., cuius prima verba: „*caussa proprietatis*" cohaerent cum verbo „*postmodum*" §phi 92. [169]). Negligenter hunc codicem scriptum esse, ex adnotationibus perspicietur, in quibus diligenter indicavi, quae mendose et corrupte scripta sunt aut bis exhibentur aut quae desunt. Ultima pagina detrita est. Hoc vero codex Cantabrigiensis singulare habet, quod a secunda manu non solum lacunae plerumque restitutae sunt [170]), sed etiam quaestiones, quae in reliquis codicibus exciderunt, adduntur. Eadem nonnullos locos adnotationibus, quamquam brevissimis, inlustravit [171]), et lemmata multis quaestionibus adiecit, quorum in reliquis Dissensionum codicibus nullum exstat vestigium.

Proxime cum apographo codicis Cantabrigiensis contuli codicem Regium Parisiensem 4609., olim Colbertinum 2897., Regium 4811., ineleganter scriptum. Insunt:

1) *Fol.* 1—54. *Anonymi Repertorium iuris, exordio destitutum.*
2) *Fol.* 55—66. *Distinctiones domini Hugolini* [172]).
3) *Fol.* 67—77. *Anon. Notabilia ex omni corpore iuris.*
4) *Fol.* 77. *Tractatus de Ordine iudiciorum, fragmentum;* (*Est Pillius de Ordine iudiciario* [173]).
5) *Fol.* 78. *vacuum est.*
6) *Fol.* 79. *Ioannis Bassiani Summa „Quicumque vult".* [174]).
7) *Fol.* 79^b—99. *Pilei* (*Pillii*) *Quaestiones* [175]).

---

169) Cf. Infra p. 253, not. *xx.* 170) Cf. Infra p. 287, 288, 358. 171) Cf. §. 336 (p. 481, not. *y*). 172) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 59. 173) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 296, not. 60. 174) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 260, 296, not. 60. 175) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 289.

8) *Fol.* 100—108[a]. *Summa de libellis et conceptione libellorum et sententiarum a Bernardo Dorna provinciali composita* 176).
9) *Fol.* 108[b]—113[b]. *Hugolini Quaestiones insolubiles. Operis inscriptio deest* 177).
10) *Fol.* 113[b]—117[b]. *Azonis Quaestiones sabbathinae* 178).
11) *Fol.* 117[b] — 144[b]. *Diversitates sive Dissensiones dominorum super toto corpore iuris civilis per dominum Hugolinum* (*c. praefat.*) 179).
12) *Fol.* 144[b]—146[b]. *Iac. Balduinus de Officio advocationis* 180).
13) *Fol.* 147. *Anon. de Caussis summariis.*
14) *Fol.* 148—155. *Pontius de Ilerda, comment. in Ioannis arborem actionum* 181).

Complura, quae in codice Cantabrigiensi corrupte scripta aut omissa sunt, huius codicis ope restituuntur. Inde a folio 139[a]. col. [b]., versu 30. librarius columnam codicis, quem descripsit, videtur omisisse, sine dubio consulto, ne quae ibi scribendae erant §phi 378, 380, 381. ad verbum fere concinentes cum quaestionibus §phorum 53, 51, 52. iterum exhiberentur 182).

Post Parisiensem usus sum codice, qui ex Bibliotheca Capituli Comburgensis oriundus 183) nunc in Regia Bibliotheca Publica Stuttgartensi Latinorum librorum mss. numero 118. est. Insunt:

1) *Pillii Quaestiones* 184).

---

176) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 143. 177) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 61. 178) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 38. 179) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 230. 180) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 103. 181) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 289; T. V. p. 145. 182) Cf. Infra p. 511, not. *z*. 183) *F. D. Gräter*, 5 Programme über die Merkwürdigkeiten der Comburger Bibliothek. Hall, 1805—1807. 4. 1 Progr. I. Handschriften mit Signatur und Zahl. I. Abth. fol. No. 5. membr. *a*) *Pillii* libellus quaestionum; *b*) *Roffredi* libellus iuris canonici; *c*) Doctorum (sic) Bononiensium diversitates super toto iure civili; *d*) *Hugolini* de sacris ecclesiae distinctionibus. Cod. Saec. XIV. 184) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 289.

2) *Quaestiones de facto (Sabbathinae) a domino Rofrido (Roffredo) Beneventano, iuris civilis professore, compositae* 185).
3) *Pillii Quaestionum fragmentum cum Quaestionibus supra commemoratis cohaerens.*
4) *Hugolini Dissensiones dominorum* 186).
5) *Distinctiones Hugolini.*

Hic quoque series foliorum turbata est. Desunt etiam duo folia, XLVII. et LXX., quorum prius continebat ultimas Pillii quaestiones et Dissensionum exordium usque ad verba §phi 14.: *dicunt enim posse, ut hic* 187), posterius extremam partem Dissensionum inde a verbis: *fidei heredis*, §phi 455., una cum Distinctionum exordio 188). Exciderunt haec folia recentiore demum tempore, quum et Dissensionum et Distinctionum inscriptiones apud Graeterum et in tegumento codicis commemorentur 188a).

Denique adcuratissime cum apographo meo contuli codicem Bibliothecae Bambergensis D. II. 21., olim Bibliothecae Capituli Bambergensis numero 16., ut tegumentum codicis indicat, in quo insignia Capituli inpressa sunt cum inscriptione: *Capitulum Bamberg.* In inferiore tegumenti parte cernitur numerus 1611. Recentior manus volumini adscripsit titulum: *Tancredi aliorumque commentaria in ius civile.* Insunt:

1) *Pag.* 1—32. *Distinctiones domini Hugolini in Codicem* 189).
2) *Pag.* 32. *col.* a. *med.* — 46. *Pillius de Ordine iudiciorum et de libelli confectione et oblatione* 190).

---

185) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 187. 186) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 230. 187) Cf. Infra p. 239, not. *u*. 188) Cf. Infra p. 546, not. *p*. 188a) Cf. not. 183, *c*, *d*. In tegumento legitur: „*Hugolinus sup. tit. C. de sac. eccl.*“, quae verba cum Graeteri indice fere convenientia desumta sunt ex prima Distinctione ita inscripta: „*Incipiunt distinctiones domini h. C. de sacros. eccles.*“, unde adparet, hanc inscriptionem certe Graeteri tempore in codice exstitisse. 189) *Iäck* l. c. p. 92. n. 717. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 59, not. 41. 190) *Iäck* l. c. p. 126. n. 1103. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 294.

3) *Pag.* 46—50. *Bagarottus de Coradis de precibus et instantia* 191).
4) *Pag.* 51—64. *Rubricae Codicis Iustiniani:*
5) *Pag.* 65—73. *Insolubilia domini Hugolini* 192).
6) *Pag.* 74—96. *Ordo iudiciarius magistri Tancredi Bononiensis* 193).
7) *Pag.* 97—202. *Azonis Brocarda* 194).
8) *Pag.* 203—253. *col.* b. *Libellus quaestionum a Pileo (Pillio) compositus* 195).
9) *Pag.* 253. *col.* b. — 264. *Quaestiones a domino Azone compositae. Sunt Azonis Quaestiones Sabbathinae* 196).
10) *Pag.* 265—319. (*Hugolini*) *Diversitates sive Dissensiones dominorum super toto corpore iuris civilis, cum praefatione* 197).
11) *Pag.* 320. *Index capitulorum broc. Azonis.*
12) *Pag.* 321—378. *Quaestiones de facto* (*Quaestiones Sabbathinae*) *a domino Roffrido* (*Roffredo*) *Beneventano, iuris civilis professore, compositae* 198). *Col.* b. *folii* 378. *vacua est.*
13) *Pag.* 379—470. *Libellus de Ordine iudiciorum compositus a Roffrido* (*Roffredo*) *Beneventano* 199).
14) *Pag.* 471—517. *Notabilia ex omni corpore iuris* 200).

Ordinem priorum XXXII foliorum turbatum esse monuit iam Illustrissimus de Savigny 201). Idem accidit in Quaestionibus Sabbathinis Roffredi 202). Ceterum codex, etsi lacunis haud raro deformatus, optime et nitide scriptus est. Post §phum 423. quaestionum inscriptiones desunt.

Superest, ut quomodo hanc Dissensionum editionem instituerim atque perfecerim, breviter expo-

---

191) *Iäck* l. c. p. 26. n. 155. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 128. 192) *Iäck* l. c. p. 92. n. 717. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 61. 193) *Iäck* l. c. p. 141 sq. n. 1126. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 107, not. 36. p. 111. 194) *Iäck* l. c. p. 26 sq. n. 151. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 36. 195) *Iäck* l. c. p. 126. n. 1004. v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 289. 196) *Iäck* l. c. p. 26. n. 153. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 38. 197) *Iäck* l. c. p. 92. n. 717. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 230. 198) *Iäck* l. c. p. 134. n. 1062. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 187. 199) *Iäck* l. c. p. 134. n. 1061. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 185. 200) *Iäck* l. c. p. 107. n. 838. 201) l. c. T. V. p. 59, not. 41. 202) Ordo quaestionum in Codice is est: qu. 1—9, 22—53 et 54 pars prior; 10—21 et 54 pars posterior.

nam. Collectiones separatim edidi, ut perturbatione aut confusione vitata singularum Collectionum natura et conditio a legentibus discernatur atque cognoscatur. Separatas pro temporis ratione, quo natae sunt, disposui, quum posteriores prioribus augeantur. Ineditis Collectionibus Rogerius interpositus est, qua de re nemo, opinor, mecum expostulabit, qui perpenderit, omnes, quae exstant, Dissensionum Collectiones uno volumine nunc exhiberi.

In lectione constituenda hoc potissimum spectavi, ut qualis in codicibus est, proponeretur, in quo negotio adcuratissime versatus sum summamque curam adhibui, ut etiam lectionem librariorum festinatione et incuria deformatam retinerem, lacunas indicarem, sigla glossatorum servarem, et codicum, quantum fieri posset, quasi imaginem redderem. Semper enim mihi fidem, quae in veterum scriptorum editoribus summa esse debet, ii laedere videbantur, qui, quum ipsa scriptorum verba nunc primum se edere promittant, pro his sua commenta legentibus obtrudunt, qua audacia non puto maiorem pestem literis exstitisse. Inde enim factum est, ut etiamnunc multi scriptores manifestissimis mendis laborent, in quibus corrigendis emendandisque docti homines sudant, codicibus, ex quibus editio princeps ducta est, nunc plerumque deperditis aut latentibus. Quum hac igitur de caussa, tum ne in emendandis his opusculis saepissime corrupte scriptis temere egisse iisque vim intulisse viderer, non solum emendationes meas, sed etiam veram lectionem, siquidem ex alia quadam Dissensionum Collectione aut ex glossatorum scriptis aut ex glossa proferri poterat, in adnotationes abieci.

Quod ad codices adtinet, non poterat eorum delectus haberi in Rogerio et in Chisiana Collectione,

quum utriusque Collectionis unus tantum codex hucusque inventus sit. De Veteris Collectionis codicibus Bononiensis praestantia Parisiensem antecedens edendae collectioni inserviit, Parisiensis lectionibus in adnotationibus relatis, a qua ratione tum tantum discedendum erat, si, ubi Bononiensis codex manifesto corruptus erat, Parisiensis bonam lectionem offerebat. Aliter tractanda erat Hugolini Collectio, cuius codices, si quae in hoc illove loco omittuntur aut adduntur exceperis, fere concinunt, ad quod adcedit, ut non unius scriptoris verba in hac Dissensionum Collectione, sed quae Hugolinus expilatis aliorum glossatorum scriniis congesserat, una cum ipsius sententiis coacervata exhibeantur: qua re mira diverso modo loquentium scriptorum commixtio facta est. Itaque quum nullus codex scriptura aut dicendi genere reliquis praestantior sit, omnesque eamdem undique collectarum sententiarum farraginem comprehendant, in locis dubiis ea maxime lectio tenenda erat, quam plerique codices tuerentur, reliquorum vero codicum diversitas in adnotationibus exhibenda, nisi forte unus codex meliorem lectionem praeberet, ubi inverso modo egi. Solius codicis Cantabrigiensis, librarii incuria crebro corrupte scripti, fere in adnotationibus mentio facta est.

Adnotationes Dissensionibus subiectae duplicis, ut res postulabat, generis sunt. Disiungendae enim erant, quae adparatum ex aliis scriptis petitum comprehendunt, ab adnotationibus aut emendationes meas aut varietatem lectionis preponentibus. Illas versibus continuis scriptas quaestionibus subiunxi, has literis numerorum loco adpositis in ima paginae parte binis columnis expressi. In prioribus §phos quaestionum, quae ex antiquioribus Collectionibus in re-

centiores transierunt, non sine temporis et operae impendio, quum ex ineditis omnia conquirenda essent, indicandas esse putavi. Demonstravi enim, Veterem Collectionem Rogerianae fontem esse, utriusque autem complures §phos in Codice Chisiano reperiri, omnes denique Collectiones ab Hugolino in unam conflatas esse. Tum si forte eamdem quaestionem in aliis glossatorum scriptis aut in glossa Accursiana, nonnumquam ex Hugolini Dissensionibus ad literam fere descripta, agitatam, aut sententiam glossatoris, qui in Dissensionibus non nominatur, prolatam esse videbam, hos locos et glossas adnotavi, quamquam in hoc negotio me non omnes muneris partes sustinuisse fateor. Tanta enim erat horum librorum penuria, ut nonnullos plane non nanciscerer, alios tantum manuscriptos haberem, veluti Pillii Ordinem iudiciarium, Hugolini Distinctiones, Rogerii Summam Codicis, Corporis iuris glossati autem solam Fradinianam editionem adhibere possem. Qua de caussa si quid omissum aut minus recte dictum erit, id non negligentiae sed inopiae, qua laborabam, tribuendum est. Qui proxime post Accursii aetatem floruerunt iuris interpretes, eorum unum Odofredum consului, in enarrandis veterum glossatorum controversiis facile principem, ceteris praetermissis, quorum tantus numerus est, ut ἄχθος καμήλων πολλῶν efficiant. Praeter hos veteres iuris scriptores recentiores quoque commemorati sunt, etsi iis modice usus sum, congerendorum undique librorum studium, quod multos tenet, comprimendum esse arbitratus. Inferiores adnotationes compositae sunt ex emendationibus meis et ex varietate lectionis, quam ex diversis eiusdem Collectionis codicibus aut ex ipsis Dissensionum Collectionibus una cum posteriorum Collectionum additamentis congessi, ubicum-

que eadem quaestio ex priore Collectione in posteriorem quamdam transierat: qua re factum est, ut adnotationes Veteris Collectionis, quippe quae fere in posteriores, Rogerium et Hugolinum, transierit, omnium amplissimae sint. Habet id hoc utilitatis, ut nunc uno conspectu cognosci possit, quae sit eiusdem quaestionis in omnibus codicibus forma. Quaestiones semel commemoratas non repetii, ne cocta recoquerem neve liber nimis excresceret. Satis esse mihi videbatur, earum quaestionum §phum ponere et in adnotatione indicare locum prioris Collectionis, unde quaeque desumta esset. Raro tantum, re postulante, ab hoc consilio discessum est. Denique in his adnotationibus ex glossa aut glossatorum scriptis recepi glossatorum nomina in Dissensionibus omissa et alia commemoratione digna, quae omnia, praecipue lectionis diversitatem, si duabus vel pluribus literis constat, literis cursivis, quae dicuntur, paullulum inter se distantibus distinxi, si unius tantum literae diversitas est, literis antiquis.

Quaestionibus perspicuitatis caussa §phorum signa adposui, in quo inscriptiones singularum quaestionum in Vetere Collectione et apud Hugolinum multum me adiuverunt. In Rogeriano opusculo Hauboldi industria hoc labore me liberavit. In Codice Chisiano, qui inscriptionibus quaestionum caret, aut spatium vacuum aut literae maiores coloribus pictae §phorum initium significaverunt. Paragraphis positis lemmata subiunxi. Quae codex Bononiensis habet, in Vetere Collectione retinui, omisi ut supervacanea apud Rogerium. In Codice Chisiano et Hugolino lemmata ipse scripsi, in qua re multum sudavi, quum paucis verbis dispersa quaestionum non raro corruptarum argumenta comprehendenda essent. Nonnumquam codex

Cantabrigiensis subvenit, lemmatis a secunda manu, ut supra dixi, instructus, quae lemmata ut veteris iurisprudentiae monumenta servavi et interdum ad Codicis Chisiani §phos ab Hugolino receptas transtuli. Quum vero nonnumquam librarii negligentius agentes quaestiones inscriptionibus, spatio vacuo et literarum forma distinguere neglexerint, factum est, ut eadem §pho haud raro duae, tres et plures quaestiones comprehendantur. Qua in re ita egi, ut signum §phi ponerem, ubi codices postularent, singulis vero quaestionibus singula lemmata praeponerem[203]).

Sigla glossatorum religiose servavi, nomina autem integra literis cursivis exprimenda et uncis includenda curavi. Magnam operam posui in legibus frequenter corrupte scriptis atque secundum morem glossatorum adlatis investigandis et ad sedes in recentioribus libris adsignatas revocandis, numeros adponens librorum, titulorum, legum: in quem ingratum et taedii plenum laborem dici non potest, quantum temporis inpenderim. Denique plurimum profecisse mihi videor interpungendi diligentia, qua sola multos locos a me explicatos esse arbitror.

Quod ad Adcessiones adtinet, non incommodum fore legentibus putavi, si praeter Dissensiones nonnulla inedita in lucem protraherem, quibus controversiae glossatorum inlustrarentur. Inter haec magnam utilitatem adferunt, quae ex Hugolini Distinctionibus, codice Bambergensi usus, excerpsi, quarum tanta est cum eius Dissensionibus consensio, ut hae duae Collectiones eiusdem operis partes nomine tantum

---

203) Cf. not. 73.

differentes esse videantur. Est enim in utroque opere fere eadem exponendarum opinionum ratio, idem disponendarum ordo, quum nomina glossatorum de proposita lege disputantium in plerisque §phis commemorentur et Distinctiones ad titulorum et legum seriem, qualis in Codice Iustinianeo est, dispositae sint. Adversari videtur, quod nonnullae Distinctiones de legibus Digestorum Codicis titulis interpositae sunt, sed nullam hanc esse differentiam ex eo adparet, quod hae Distinctiones ad Codicis ordinem scriptae sunt, ut, si siglum *D.* non exstaret neque lex commemorata esset, solius tituli aut argumenti ratione habita, de Codicis lege controversiam moveri crederes[204]). In octo tantum extremis Distinctionibus ab hac regula discessum est. Azonis nulla mentio facta est, etsi Distinctio LXXIII. eum eius Summa Tit. C. de Rei vind. ita concinit, ut utrumque locum ab eodem iurisconsulto scriptum esse necesse sit. Qua de caussa has Distinctiones ante Dissensiones scriptas esse puto. Praeter Azonem absunt Albertus Papiensis, Arriani, Arrianus, Bononienses, Cacciavillanus, Corvinius, Cyprianus, Hugo, Iacobus, Martinus filius, Odericus, Ubertus de Bobio, Vacarius, qui omnes in Dissensionum codicibus nominantur. Lotharius vero, quem Distinctiones habent, deest in Dissensionibus. Descripsi undequadraginta Distinctiones, controversiis glossatorum, quae in iis referuntur, memorabiles[205]).

---

204) Veluti Dist. XL. (§. 9.) respondet Tit. C. de His, quae vi met. cau. (2, 20.). In sequentibus enim Distinctionibus de eodem Tit. C. disputatur, in praecedentibus de Tit. C. de Neg. gest. (2, 19.); Dist. LII. D. Ex quib. cau. mai. cohaeret cum Dist. LIII.

205) Reliqua, quae de Distinctionibus Hugolini dicenda sunt, iam dedit *v. Savigny* l. c. T. V. p. 59 sq.

Similiter diversis glossatorum opinionibus refertae sunt Quaestionum Collectiones[206]), quarum specimen e codice Gratianopolitano 255. et Parisiensi 4603., misere quidem illis laceratis, in Adc. III. edidi. Bononiae eas factas esse exempla docent ex illa regione desumta[207]), aetatem autem hoc indicat, quod Placentinus in utraque Collectione, Azo in neutra commemoratur. Auctoris nullum vestigium est, sed propter diversum ordinem, quo quaestiones in codicibus dispositae sunt, duos fuisse auctores verisimile est, quamquam quinquaginta §phos et unam utraque Collectio communes habet. Insunt praecipue Quattuor Doctorum opiniones, etiam Hugonis in codice Gratianopolitano quindecies nominati, in Parisiensi quinquies, quod mirum est, si memineris, apud Rogerium aeque atque in Distinctionibus sententias eius neglectas esse, in Vetere Collectione bis tantum proferri. Auctores Bulgari studiosos fuisse indicium facit, quod Bulgari nomen sexagies octies legitur in codice Gratianopolitano, nonagies septies in Parisiensi, Martini autem novies tantum in illo codice, in hoc sedecies. Praeter Quattuor Doctores commemorantur et in solo quidem codice Gratianopolitano Albericus, Wilhelmus de Cabriano et Irnerius[208]); Placentinum semel tantum inveni in codice Parisiensi, in Gratianopolitano octies, in quo codice inde a §pho XCVI. Placentinus in locum Quattuor Doctorum successisse videtur. In nonnullis quaestionibus

---

206) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 233 sqq. 207) §. 6 (p. 589): Abbas S. Proculi; §. 17 (p. 593): usque ad Renum (Reno); §. 73. codicis Grat.: Samuel, episcopus electus a populo Bononiensi; §. 74. codicis Grat.: existens Bononiae; §. 94. codicis Grat.: Populus Bononiensis. 208) Infra, p. 594. §. 22. (Grat. 100). *v. Savigny* *l.* c. T. V. p. 234, not. 45.

auctores suam proferunt sententiam [209]), complures in medio relinquunt [210]), aut unius tantum glossatoris opinione relata praecidunt [211]).

De Rogerii Summa consului codicem Tubingensem [212]), arbitratus multas eius ope Quattuor Doctorum controversias in lucem protrahi posse, qua spe frustratus satis habui, sex §phos speciminis caussa descripsisse.

Indices nominum, rerum, legum, glossarum denique, sine quibus difficilem libri usum fore videbam, ipse confeci, in quo ingrato et molestissimo labore tantum operae et diligentiae posui, quantum per alia negotia licuit. Adiectae sunt etiam tabulae synopticae, ex quibus quae sit inter Dissensionum Collectiones necessitudo, perspicitur.

Haec dicta sunto de libri mei ratione. Restat ut iis, qui in eo me adiuverunt, debitas, quas habeo, gratias agam. Hic inprimis nominandus est *Ca. de Savigny*, vir illustrissimus omnisque verae doctrinae strenuus adsertor, cuius praeclara in literas merita si praedicare vellem, arrogans viderer. Is non modo libros, quibus rarissimis bibliothecam instructam habet, mihi commodavit, verum etiam saepius humanissime scriptas ad me dedit literas, quibus me de multis rebus consilium eius expeten-

---

209) Infra p. 594. §. 20 (Grat. 95. Par. 38). Pag. 595. §. 24, 25 (Grat. 116, 117), 26 (Grat. 132. Par. 51). 210) Quadraginta duas quaestiones codicis Gratianopolitani, quadraginta codicis Parisiensis. 211) Reliqua dedit *v. Savigny* l. c. T. V. p. 234 sq. 212) *v. Savigny* T. IV. p. 190, ubi quae est codicis Tubingensis descriptio, ei haec addenda sunt: codex binis columnis scriptus mendis deformatus est; glossa et marginalis et interlinearis ab eadem, qua opus ipsum, manu scripta, pertinet usque ad Tit. C. de Societate, post quem Titulum paucae tantum sunt glossae interlineares.

tem edoceret. Neque *Henr. Ioach. Iaeck*, Bibliothecae Bambergensis praefectus, non summam in me benevolentiam humanitatemque navavit, qui Hugolini codicem non solum Bambergae utendum mihi dederit, sed etiam Lipsiam miserit, quo eum cum apographo conferrem. Hoc codice solo usus sum in Hugolini Distinctionibus et in enotandis locis, quos ex Pillii Ordine iudiciario protuli. Omni etiam modo me iuvit *Ca. Ben. Hase*, Graecorum librorum manuscriptorum, qui Parisiis in Bibliotheca Regia adservantur, praefectus, vir clarissimus et mea quidem laude excelsior, cuius officia vel potius merita in me exstiterunt maxima. Qua enim humanitate et liberalitate omnes excipit, qui Parisios advolant, ut ex Regiae Bibliothecae thesauris supellectilem petant, eadem me quoque hominem sibi plane ignotum excepit, ut eum multis bibliothecarum praefectis exemplum ad imitandum propositum esse nullo modo mirarer. Neque parvo beneficio me obstrinxit eruditissimus *Roestell*, iuris doctor et antecessor. Accidit enim, ut, quum Romae describere coepissem codicem Bibliothecae Chisianae, *Ca. Fea*, istius bibliothecae praefectus, vir eruditissimus et rerum antiquarum sagacissimus perscrutator, inopinanti mihi, quum ad §phum Collectionis tricesimam pervenissem, declararet, se ob frigus intolerabile, erat enim hiemalis tempestas, in bibliotheca mea caussa amplius adesse non posse. Invitus discessi. Dolenti mihi iacturam factam esse, post aliquot annos *Roestell*, qui Romae legato regis Borussorum ab epistolis erat, succurrit. Is enim, quem Savinio intercedente precibus adieram, ut codicis Chisiani apographum perficeret, quae est viri officiosissimi humanitas, non solum operam suam mihi promisit, verum etiam paulo post

exemplo codicis adcuratissime transscripto fidem datam solvit. Hoc exemplo in edenda Collectione Chisiana inde a §pho tricesima solo usus sum. De reliquis, quorum grato animo recordor, praecipue commemorandi sunt viri nobilissimi, qui anno huius saeculi vicesimo septimo, quo Cantabrigiae commorabar, Collegio Gaio-Gonvillensi praeerant, qui quum eximie literarum amore excellentes, tum varia doctrina ornatissimi, codicem bibliothecae, quam eximiam Collegium possidet, transscribendum mihi commodarunt. Nec facile quisquam est, cui in congerendis Dissensionum Collectionibus multum me debere libentius profitear. Nominandi etiam sunt *Lebret*, Bibliothecae Regiae Publicae Stuttgartensis praefectus, vir summa humanitate conspicuus et ob sagacitatem atque perseverantiam, qua rei literariae studium persequutus est, ab omnibus celebratus, quem praematuram mortem obiisse, omnes literarum cultores lugent; clarissimus *Moser*, Bibliothecae Regis, quae Stuttgartiae est, praefectus; doctissimus *Ed. Kausler*, archii in eadem urbe custos; consultissimus *Chr. Io. C. Maier*, iuris doctor Tubingensis et bibliothecarum, quae Italiam ornant, indefessus investigator; denique amplissimus *Ed. Schrader*, cuius nomen propter libros, quibus doctissime atque elegantissime de veteris iuris fontibus exposuit, inter omnes Ictos celebratur. Quibus viris aliisque optime de me meritis ut gratiam referam debitam, numquam non summo studio enitar.

Scribebam Lipsiae d. XXIX. mensis Mart. a. p. C. n. MDCCCXXXIV.

INDEX

VETERUM LIBRORUM ET EDITORUM ET MANUSCRIPTORUM,

QUIBUS

IN HAC DISSENSIONUM EDITIONE USUS SUM.

---

1) *Lectura Azonis | Et Magni Apparatus | Ad Singulas Leges Duodecim | Librorum Codicis Iustiniani. | Opus nunc primum editum ex Bibliotheca Ant. Contii I. C. | Accesserunt Summaria Copiosissima | Ant. Fontanoni Arverni, in supremo Parisiensi senatu Advocati, | in singulos titulos atque leges eiusdem commentarii. | Cum Indice locupletissimo. | Parisiis, | Apud Sebastianum Nivellium sub Ciconiis, | via Iacobaea. | MD. LXXXI. | Cum privilegio Caes. Maiest. et Christianiss. | Galliarum Regis. | fol. P. VIII,* 812 *et* 28. *E bibliotheca Illustrissimi de Savigny.*

2) *Summa peruti|lis excellentissi|mi iuris monarche dñi Azonis nuperrime maxi|ma diligentia castigata. Ad|ditoque novo repertorio: quo | facilius quae studiosissimus quisque | requirit occurrere possint. | Venumdantur lugdun. apud Stephanum Gueynard: alias Pinet prope sanctum | Anthonium. |*

In fine libri fol. 373 b.

Explicit Summa do. Azonis Lugd. | impressa per Ioannem moylin: alias de | cambray Impensis nobilis merca|toris Stephani Gueynard: | alias Pinet. Anno dñi mil|lesimo quingentesimo| vigesimo tertio. | XXIIII. die men|sis Mar|tii. | 4. (*folia* 373). *E bibliotheca Illustrissimi de Savigny.*

3) *Azonis Summa Institutionum. Cf. Eiusdem Summa Codicis cit.*

4) *Corporis iuris civilis ed. Fradiniana c. gloss. Lugduni* 1532 — 1534. *fol. max.* (5 *volum.*). *E Bibl. Litt. Univ. Lipsiens.*

5) *Hugolini Distinctiones e codice Bambergensi.*

6) *Hugolini Summa Digestorum in edit. Summae Azonis cit. fol.* 247 b.—318. (*v. Savigny l. c. T. V. p.* 50 *sqq.*, 54.)

7) *Summa secundum Ioannem* (*Bassianum*) *cum additionibus Dominii* (*sic*) *Accursii in librum Novellarum seu Authenticarum in Azonis Summae edit. cit. fol.* 352 b.—373. (*Cf. v. Savigny l. c. T. IV. p.* 254 *sq.*)

8) *Odofredus*

a) *Egregia et praeclara commentaria* | *in iure militantibus convenientissima et utilissima in* | *primum ff. veteris partem supremi legum interpre|tis domini Odoffredi iureconsultorum princi|pis noviter huic ultimae impressioni commen|data: cum utilissimis additionibus et* | *summariis necessariis legum et* | *decisivis: ad unamquamque le|gem et aptissimis: una cum* | *eleganti Repertorio* | *alphabetico nu|meratim con|structo* (*sub signo Angeli*). *Vincentius de Portonariis de Tridino de Monteferrato. Cum gratia et privilegio.* — *In fine libri: Suscipe optatum finem lector humanissime huius insignis* | *lecture in primam digesti veteris partem do. Odoffredi legum il|luminatoris precipui emendatae et in verum et pristinum nitorem* | *nuperrime redactae cum summariis: additionibus: et reperto|rio alphabetico: quam magister Iacobus Saccon exactissime diligentie calcographus fideliter absolvebat in splen* | *dida civitate Lugduni sumptibus venerabilis viri Vincentii|de portonariis eiusdem civitatis bibliopole. Anno salutis do|minice* 1519. *die ultima Ianuarii. fol.* 297 *folia* (*v. Savigny l. c. T. V. p.* 334). *E bibliotheca Senatoria Lipsiensi.*

b) *Aurea et perutilis lectura iurium* | *fontis uberrimi domini Odoffredi super secunda* | *parte digesti veteris noviter cum utilissimis ad|ditionibus summariis necessariis legum|et decisivis facile materiam conno|tantibus una cum repertorio secundum* | *indicem alphabeticum singu|lares materias compre|hendente cum nume|ris regulato ut om|nium facilior sit* | *adinven|tio* | (*Sequentia ut supra sub a*). *In fine libri; Finitur lectura singularis et aurea domini Odoffredi ad* | *ad* (*sic*) *secundam digesti veteris partem noviter rite adornata et a* | *multis vitiis purgata cum additionibus summaris ll. et §. de|cisivis: ac cum eleganti repertorio cum nu-*

meris regulatissimo sin|gulares materias designante. Lugduni Anno a virginis par|tu. 1519. *die. IX. decembris. magister Iacobus Saccō imprimebat. folia* 192. *fol* (*v. Savigny l. c.*) *E bibliotheca Senatoria Lipsiensi.*

c) *Domini Odof.*(*redi*) | *Inter Iureconsul.* | *facile primi, elaboratae Praelectiones* | *in postremum Pandectarum* | *Iustiniani Tomum, vulgo* | *Digestum novum,* | *nunc primum in* | *lucem emis-*| *sae.* | *Tibi igitur applaude fortunatissime lector, et vive foelix,*| *quod nequicquam his temporibus desiderare possis, quo* | *ius antea obscurum, nunc in apertissimum erectum sit con*|*sonantiam, et quasi venienti ultro offeratur.* | *Lugduni,*| *Cum Privilegio.*|1552. *In fine: Lugduni,*| *Excudebat Blasius Guido.* | *fol.* 202 *folia s. ind.* (*v. Savigny l. c. p.* 335) *E bibliotheca Senatoria Lipsiensi.*

d) *Odofredus super Codice. I. f.: Habetis iurium professores amplissimi optatum finem* | *Lecturae eximii, antiquique legum interpretis Odofredi* | *in novem libros Codicis. Hanc novam impressionem pul*|*cherrimis caracteribus decoratam: reliquis emenda*|*tiorem: nunc̄ vobis exhibet. Impressum in oppido Tridini*| *dn̄ii Illustrissimi et invictissimi dn̄i dn̄i Gulielmi Marchionis Montisferrati. Impensis dn̄i Ioannis de ferrariis al's de Iolitis: ac dn̄i Girardi de zeijs predicti loci. Anno* | *nativitatis domini nostri iesu Xp̄i. MCCCCCXIIII. die*| *XXX* | *Mensis Ianuarii* | *fol.* 560 *folia.* (*v. Savigny l. c. T. V. p.* 335) *E bibliotheca Senatoria Lipsiensi.*

9) *Pillius de Ordine iudiciario e codice Bambergensi.*

10) *Placen*|*tini Iurisconsulti Vetustis*|*simi de varietate actionum libri sex.* | *Item* | *Rogerii Compendium De Di*|*versis praescriptionibus.* | *Eiusdem Dialogus De* | *praescriptionibus.*| *Rogerii Itidem De Quorun*|*dam veterum Iurisconsultorum antinomicis*|*sententiis adprime utilis*|*Enarratio.* | *Eiusdem Catalogus Prae*|*scriptionum.* | *Cum Praefatione Nicolai*|*Rhodii, qui hos autores e tenebris*| *erutos in lucem aedidit.* | *Mogunt. Anno MDXXX.*| *In fine libri: Moguntiae* | *ex aedibus Ioannis Scheffer mense Febr. anno MDXXX.* — 8. *Pag.*214.—(*Haubold l.c. Praef. p. XXV. v. Savigny l. c. T. IV. p.* 223, 192) *E bibliotheca Illustrissimi de Savigny.*

Eiusdem libri editio anni 1537. — *E bibliotheca Illustrissimi de Savigny.*

11) *Placentini Summa in Codicis Dn. Iustiniani — Libros IX. Moguntiae* 1536. 4. (*v. Savigny l. c. T. IV. p.* 234)

12) *Placentini Summa in Tres libros* (*v. Savigny l. c. T. IV.* p. 211, 217, 240.) *in ed. Summae Azonis. cit. fol.* 318 b. — 352 b.

12) *Dn.|Rofredi Beneventani| Caesaraei Pontificii| que Iuris Professoris Cla|rissimi Tractatus, in quo ordinis Iudiciarii positiones Libellique | pertractantur. | etc. Lugduni | Apud haeredes Iuntae. Cum Privilegio Regis: M. D. LXI. fol. min. E bibliotheca Senatoria Lipsiensi.*

14) *Rogerii de quorundam veterum Iurisconsultorum antinomicis sententiis adprime utilis Enarratio. Cf. Placentini Iurisconsulti etc.*

15) *Rogerii Summa Codicis e codice Tubingensi* Q. 219. 4. (*v. Savigny l. c. T. IV. p.* 190)

16) *Tractatus de Condictione furtiva cf. Placentini Iurisconsulti etc. p.* 213, 214.

VETUS COLLECTIO.

NUNC PRIMUM EDITA.

INCIPIUNT DIVERSITATES DOMINORUM IN IURE [a].

Quoniam quatuor esse legum dicuntur lilia [b], varios bonosque odores referentia, ideo eorum discrepantias, quae legum lectoribus maximum bonum conferant, ponere non differant [c], quorum duo capita [d] esse valida dicuntur, de quorum dissonantia vobis primitis [e] dicam, quorum non credo vos [f] latere nomina [g].

§. 1.

Mulierem praeferri omnibus creditoribus [h].

Martinus dicit, mulierem praeferri omnibus creditoribus [i] habentibus hypothecas [k], sive tacitas sive expressas,

---

§. 1. *Rogerius* §. 51. *Hugolinus* §. 352. *Vacarius* ed. Wenck. Lib. IV. c. 67. not. 191. p. 260. sq. *Azo* in Summa C. Qui pot. in pign. §. 13. l. c. fol. 182[b]. et in Lect. ad L. 12. C. eod. l. c. p. 634. *Hug.* Dist. CXXXIX. in Adc. II. §. 30. Gloss. v. *Licet anterioris sint* L. 12, §. 1.

a) Hanc opusculi inscriptionem primus edidit e Cod. Bon. *Maur. Sartius* de claris Archigymnasii Bononiensis Professoribus etc., in vita Martini, T. I. P. I. n. IV. §. 17., n. VI. §. 13, 14., n. IX. §. 4., n. XI. §. 9. et in Adpendice monumentorum spectantium ad Professores etc. T. I. P. II. C. P. I. p. 59. Num. X. Vid. *Haub.* praef. p. XII. sq. et in *eiusd. Adcess.* p. 38, 41, 42, 43, 44. Inscriptio ipsa excidit in Par. Cod.; exstat vero in hoc codice praefatio „*Quoniam*,“ quae a Bon. Cod. abest. *v. Savigny*, Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter, T. IV. p. 66. T. V. p. 224. et nostra *Praefatio*.

b) *Quatuor lilia* i. e. *Martinus*, *Bulgarus*, *Iacobus*, *Hugo*, quorum dissensiones in hoc libello enarrantur.

c) *Leg. differam.*

d) *duo capita*, sc. *Bulgarus* et *Martinus*.

e) Leg. *Primitus* i. e. in prima parte operis (§. 1 — 30.), in qua *Bulgari* et *Martini* tantum controversiae enarrantur. *Iacobus* commemoratur nonnisi in §. 23.

f) *Vos* i. e. lectores, non auditores.

g) Haec omnia subduxit *Rogerius* et in eorum locum aliam substituit praefatiunculam.

h) Exstat haec quaestio in Cod. Par.; omnia desunt in Bon. Cod., praeter inscriptionem: *Mulierem p. o. c.*, quae a Par. Cod. abest.

i) Wenck l. c. p. 161. om. vv. *Martinus — creditoribus*. Rog.: *In varias abeunt sententias in eo, utrum mulier praeferatur omnibus creditoribus. Martinus.*

k) Cod. Par.: *hab. tacithas ypoteticas sive.*

1 *

nec non in pignoribus [l]), ut *C. Qui potior. in pign.* (8, 18.) *Auth. Quo iure* [m]) (12.). **Bulgarus** tantum in tacitis, ut in *Inst.* [n]) *de Act.* (4, 6.) §. *Fuerat antea* (29.) [o]).

§. 2.

Eum, qui dedit arrham pro emtione, teneri ad interesse, licet velit dimittere arrham.

Martinus [p]) dicit, si de pretio alterius [q]) rei vendendae convenit, et arrha data est, si arrham nomine pretii dedit [r]), et velit a contractu recedere, quod arrham perdet et interesse praestabit. **Bulgarus** dicit, venditorem debere esse contentum [s]) amissione arrharum [t]), ut *C. de Fide instrum.* (4, 21.) *L. Contractus.* (17.) [u]).

C. Qui pot. in pign. Gloss. v. *Creditoribus* §. 29. I. de Act. *Odofredus* in Lect. sup. L. 12. C. cit. l. c. fol. 494ª. sq. *Andr. Fachinei* controversiarum iuris libri tredecim. Colon. Agripp. 1678. 4. Lib. III. c. 99. p. 240. Lib. X. c. 36. p. 816. sqq. *Pau. Christinaei* practicarum quaestionum etc. decisiones, in sex volumina distributae. op. et c. *Tob. Iac. Reinharthi.* Erford. 1734. fol. Vol. IV. dec. 160. p. 196. *Ca. Fr. Walch*, de reliquiis controversiae inter Bulgarum de Bulgaris et Martinum Gosiam de praelatione dotis. Ien. 1785. 4. et in opusc. T. III. p. 417—422. *Eiusd.* introductio in controversias iuris civilis recentiores inter iurisconsultos agitatas. Ien. 1791. 8. p. 799. sq. *Chr. Fr. Glück*, ausf. Erläut. d. Pandecten. T. I. — XXXV. Erlangen 1797—1832. 8. T. XIX. p. 221. sqq. *Fr. W. v. Tigerström*, das Römische Dotalrecht. Leipz. 1831, 1832. 8. T. II. p. 381. sq.

§. 2. *Rog.* §. 52. *Hug.* §. 222. *Azo*, Summa Tit. C. de Fide instr. et in Lect. ad L. 17. C. eod. l. c. p. 296. Gloss. v. *Reddere* L. 17. C. eod. Gloss. v. *Compellitur.* pr. Inst. de Emt. et vend. *Fachineus* l. c. Lib. II. c. 28. p. 120. sq. *Walch* l. c. p. 605. sq.

l) vv. *nec n. in p.* desunt ap. Rog.; sed cf. *Wenck* l. c. et *Hug.*, qui sic: *M. vero dicebat, eam prioribus omnino habentibus praeferri pignora vel hypothecas tacitas vel expressas.*

m) Rog.: *C. qui p. in p. L. Adsiduis* (12.), *quod ius B.*

n) Rog.: *B. t. in tacitis locum habere dicit, ut* (deest in) *Inst.*

o) Rog.: §. *Actionum.*

p) Rog.: *Nec convenit inter eos in arrha. M.*

q) Rog.: *alicuius.*

r) sc. *emtor.*

s) Rog.: *esse c. debere.*

t) Cod. Bon.: *bonorum.*

u) vv. *ut — contractus* abs. a Cod. Par.; Hug.: *Item dissentiunt in eadem L.* (17. C. de Fide instrum. 4, 21.). *Dicit enim Martinus et Ugo* (Hugo), *quod si* (de) *pretio alicuius rei convenit et emtor arrhas nomine pretii dedit et velit postea a contractu discedere, arrhas, quas dedit, non interesse praestabit. Sed Iob.* (Ioannes Bassianus) *et Azo dicunt: immo et ad interesse, et est ratio, quia, si non teneretur ad interesse, iam esset ei liberum, a contractu recedere sine consensu alterius, qui perfectus erat, quod est contra legem, ut D. de Rescind. vendit.* (18, 5.) *L. 3. B. d., v. c. e.* (debere) *retentione arrharum.* Reliqua desunt. *Azo* in gloss. citt. adstipulatur *Martino.*

§. 3.

Iudicem ante litem contestatam refutari non posse.

Martinus v) ait, posse recusari ordinarium iudicem ante litem contestatam x), ut *C. de Iurisdict. omn. iudic.* (3, 13.) *L. Nemo* (4.). *Bulgarus* contra, nisi in duobus casibus y), veluti quum conatus est cum z) subiecta suae iurisdictioni invita matrimonium contrahere, quo casu permittitur patri eius cum tota sua familia iurisdictionem eius evitare a), ut *C. Si quacumque praeditus potest.* (5, 7.), et in alio casu, qui est in *C. Quando Imp. inter pupill.* (3, 14.) b).

§. 4.

Per servum, qui deseruit possessionem, fieri praeiudicium domino c).

Bulgarus dicit d), si servus deseruit possessionem vel alii tradidit, non e) generari praeiudicium circa possessio-

§. 3. *Rog.* §. 7. *Hug.* §. 114, 115, 124. *Cod. Chis.* §. 44. *Pillius* de Ord. iud. Part. II. cap. Quomodo iudex debet recusari? *Azo* in Summa C. de Iudic. l. c. fol. 47 b. et in Lect. ad L. 16. C. eod. l. c. p. 173.; in Lect. ad L. 4. C. de Iurisd. omn. iud. l. c. p. 188. et ad L. 1. C. Quando imp. l. c. p. 190. *Roffredus*, Ordinis iudiciarii Part. I. Rubrica: Utrum recusetur ordinarius? l. c. p. 7. Casus et gloss. v. *Post litem contestatam* L. 4. C. de Iurisd. omn. iud. Gloss. v. *Iudices* L. 16. C. de Iudiciis. Gloss. v. *Perhorrescunt* L. un. C. Quando imp. int. pup. Gloss. v. *Evitare.* L. un. C. Si quacumque praed. pot. Gloss. v. *Gloriosissimorum* Nov. 96, c. 2. *Odofredus* in Lect. sup. L. 16. C. de Iudic. l. c. fol. 143 b. et sup. L. 4. C. de Iurisd. omn. iud. l. c. fol. 158 b. *Hub. Giphanii* explanatio difficiliorum et celebriorum legum Codicis Iustiniani. Colon. Planc. 1615. 4. ad L. 16. C. de Iudic. p. 149. sq. *Em. Gonzalez Tellez*, commentaria perpetua in singulos textus quinque librorum decretalium Gregorii IX. T. I—V. Lugd. 1715. fol. T. II. p. 836. *Christinaeus*, Vol. II. dec. 148. n. 14. sqq. p. 175. dec. 149. n. 2, 3, 5—8. l. c. p. 177. Vol. V. dec. 181. p. 273. sq. *Wolfg. Ad. Lauterbach*, collegium pandectarum theoretico-practicum T. I—III. Tubing. 1784. 4. Lib. V. T. 1. §. 39, 40. T. I. p. 433. sq. Lib. XLIV. T. 1. §. 23—26. T. III. p. 547. sq. *Eiusd.*

v) Rog.: *Varii sunt in eo, utrum iure quis possit refutare iudicem ordinarium? M.*

x) Rog.: *M. dicit, a. l. c. i. p. refutari* (om. *ordinarium*), *post litem contestatam nemo ordinariae sedis declinet examen*, e L. 4. cit.; Cod. Par.: *evitare*; sed gloss. et Cod. Bon.: *recusari*.

y) Rog.: *Alii contra sine distinctione dicunt, iudicem ordinarium non posse refutari, ut in casu.*

z) Rog.: *conatur;* Cod. Bon.: *contractus est.*

a) Rog.: *mutare* male.

b) Ed. a. 1530.: *inter vi et mise.* Ed. a. 1537.: *Quam Imp. inter vi et mise* corrupte. Cod. Bon.: *Imp. int. pu. et vi.*

c) Rog.: *Contraria sentiunt in hoc, scilicet per servum fieri praeiudicium domino. Bulgarus.*

d) Cod. Par.: *Bulgarus in eum solum casum, si.*

e) *non* excid. in Cod. Par.

nem, nec circa dominium f), ut *C. de Adquir. possess.* (7, 32.) *L. Ex libris* (12.). *Martinus* dicit, sive per servum, vel per colonum g), vel per alium possidentem nomine domini, nos possessionem amittere posse, ut *D. de Adquir. posses.* (41, 2.) *L.* 3, §. *Quodsi servus* (8.) et *L. quemadmodum* h) (8.), et dicit, non generari praeiudicium, quando amissa recuperare possumus i).

§. 5.

Mulierem omnia sua bona in dotem dare k) *posse.*

Bulgarus l) dicit: nulla lege prohibitum est, mulierem omnia bona in dotem dare, ut *C. de Iure dot.* (5, 12.) *L.*

---

dissertt. academicae. Vol. I — IV. Tubing. 1728. 4. disp. 66. th. 9. Vol. II. p. 1110. disp. 94. th. 18. p. 2060. th. 20 — 25. p. 2061 — 2063. *Ant Schulting*, diss. de recusatione iudicis, in *Eiusd.* dissertt. Lugd. Bat. 1714. 4. c. 6. p. 27. sqq., c. 9. p. 103. sqq., c. 10. p. 123. sqq. *Glück* l. c. T. VI. p. 221. sqq.

§. 4. *Rog.* §. 53. *Hug.* §. 321. et 322. *Cod. Chis.* §. 126. Gloss. v. *Gravetur* (al. *Generetur*) L. 12. C. de Adquir. poss. *Odofredus* in Lect. sup. L. 12. C. cit. l. e. fol. 446[a]. *Fr. Car. v. Savigny*, das Recht des Besitzes. V. Aufl. Giessen 1827. 8. §. 33. p. 384. sqq. (maxime p. 400 — 402.) et p. 523.

§. 5. *Rog.* §. 54. *Hug.* §. 42. *Azo* in Lect. ad L. 4. C. de Iure dot. l. c. p. 388. Gloss. v. *Prohibitum* L. 4. C. cit. Gloss. v. *Omnia bona* L. un. C. Si adversus dotem. *Odofredus* in Lect. sup. L. un. C. Si advers. dot. l. c. fol. 115[b]. *Giphanius*, explan. L. 4. C. cit. *Ant. Perezii* praelectiones in XII Lib. Codicis Iustiniani. Am-

f) Cod. Bon.: *generetur* (ut in L. 12. C. cit.) *praei. contra possessionem vel contra dominium.* Cod. Par.: *mi* (i. e. *minime*) *circa dom.* Haec *Bulgari* opinio attribuitur *Iacobo* in gloss. cit.

g) vv. *vel per colonum* et *per* post *vel* desunt ap. Rog.

h) Ita Cod. Bon.; in Cod. Par. desinit haec §. in vv. *posse am. possessionem, ut D.;* Cod. Bon. librarius vv. *et dicit — recuperare praesumit* (loco *possumus*) ordinem mutavit et in fine sententiae Bulgari posuit, contra Cod. Par. et Hugolini auctoritatem.

i) Hug.: *Differunt C. de Adquir. poss.* (L.) *Ex libris. Dicit enim dominus M.* (leg. *B.* i. e. Bulgarus) *et U.* (Hugo), *quod si servus vel alius, de quo eadem L. loquitur, deseruit possessionem vel alii tradidit, domino circa pos. et dominium non generari praeiudicium, sicut in ead. L. dicitur. In hac L. colonus possessionem tradidit, ut D. eod.* (41, 2.) *L.* 3, §. *Si quis* (8.); *sed poterit eam recuperare vel per condictionem ex L., id est ista „Ex libris“* (C. 7, 32, 12.), *si res mobilis, vel, si immobilis, ex L. posita Unde vi. M. dicit, quod dominus possessionem admittit* (leg. amittit), *ut D. ead. L.* 3, §. *Si quis* (8.), *sed amissam recuperare poterit et sic non generatur ei praeiudicium.* Gloss. v. *Generetur* mentionem facit *Iacobi* et *Ioannis* ab Hug. om.

k) Rog.: *Dissentiunt in hoc, utrum mulier omnia bona sua in dotem dare possit. B. etc.;* vv. *ut — Nulla* et vv. *ut C. — minor est* desunt in Cod. Par.

l) Cod. Par.: *Bulgarinus;* Hug.: *B. et Py.* (Pillius) *dicunt, m. n. l.*

Nulla (4.) [m]. **Martinus** dicit: quum transit ad secundas nuptias, non [n] potest omnia bona in dotem dare, ut *C. de Secund. nupt.* (5, 9.) *L. Hac edictali* (6, *princ.*) et in *Auth. de Nupt.* (*Nov.* 22.), et quum minor est [o]. **Bulgarus** dicit: sufficit, si morte relinquat [p].

§. 6.

Quod tuo nomine vendidisti, possum habere ratum.

Martinus [q] dicit: si rem meam vendidisti tuo nomine, possum habere ratum [r], ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Mater* (3.). **Bulgarus** contra dicit, quod [s] non potest haberi ratum, nisi in defectum, re forte exstincta, vel alio modo proprietate eius amissa, ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Mater* (3.) [t], *C. de Comm. rer. alienat.* (4, 52.) *L.* 1., *D. de Negot. gest.* (3, 5.) *L. ult.* et *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Si eum servum* (23.) [u].

---

stel. 1671. 4. Lib. V. Tit. 12. n. 10, 11. p. 373. *Christinaeus* l. c. Vol. III. dec. 133. n. 5, 6, 11, 12. p. 469. sq. *Glück* l. c. T. XXV. p. 12. sqq. *Fr. W. v. Tigerström*, das römische Dotalrecht. T. I. Berlin 1831. 8. p. 169. sqq.

§. 6. *Rog.* §. 55. *Hug.* §. 167, 168, 171. *Cod. Chis.* §. 74. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. de Rei vind. l. c. p. 221. *Hug.* Dist. XXXIII. in Adc. II. §. 8. Gloss. v. *Non Prohiberis* L. 3. C. de Rei vind. Gloss. v. *Nihil agi* L. 6, §. 6. D. de Negot. gest. et gloss. v. *Sempronium* §. 8. eod. Gloss. v. *Mihi* et *Quum esset meum* L. ult. D. eod. Gloss. v. *Quanti* L. 1. C. de His, qui a non dom. Gloss. v. *Iubebit* L. 1. C. de prohiberi o. b. etc. De *Bulgarino* cf. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 70.

m) Rog. mendose *L. ult.*

n) Cod. Bon. et Hug.: *nuptias, quod non potest.*

o) vv. *et q. m. est* exstant in Cod. Bon.; pro his Rog. habet: §. *Sed quum minorem.*

p) Ita Cod. Par., sc. liberis prioris matrimonii bona, quae lege debentur; Cod. Bon.: *si in m. r.* Rog.: *si non m. r.*

q) Haec quaestio abest a Cod. Par.

r) Rog.: *Contra sentiunt in hoc: quod tuo nomine vendidisti, possum habere ratum, ut C. etc.*, quod exordium Wenckio, ut mendosum, iure displicuit.

s) vv. *contra* et *quod* desunt ap. Rog.

t) Cod. Bon.: *Ut C. de Rei (vind. L.) Cum a matre* (14.).

u) Hug.: *Dissentiunt* (Cod. Cantabr.: *differunt*) *in C. de Rei vend.* (3, 32.) *L. Mater* (3.). *Dicit enim Mar.: si — nomine, quandocumque possum h. r., ut in L. ista* (3. cit.). *Bul. contra et dicit, quod non possum* (omitt. *haberi ratum*) *modo* (deest *proprietate eius*) *amissa, ut per L. istam, s.* (leg. *secundum*) *unam lecturam et C. de Comm. — 1. et ult.* (Cod. Stuttg.: 1, §. *ult.*). *Nam, quod nomine meo non est gestum ratum habere non possum, ut D. de Negot. gest.* (3, 5.) *L. Si pupilli* (6.) §. *Si quis* (2.) *et L. Si ego* (24.) *et D. de Precario* (43, 26.) *L. Si servus* (13.) *et D. Si cer. pet.* (12, 1.)

§. 7.

Remissa actione ad caussam rediri potest.

Bulgarus dicit, si remisi actionem alicui, ut me heredem institueret, quod potest rediri v) ad pristinam actionem, si me heredem non instituit, ut *C. de Transact.* (2, 4.) *L. Sive apud* (28.). *Martinus* dicit, quod non potest x), ut (*C.*) *de Transact.* (2, 4.) *L. Quum donationis* (34.) et *L. Si maior* (22.) y).

§. 8.

Transactionem ob falsa instrumenta factam revocari.

Bulgarus z) dicit, si fuerit transactum timore falsorum instrumentorum, quod falsum a) debet civiliter revelari in modum exceptionis vel replicationis b). *Martinus* dicit, per actionem in factum tantum, ut *D. ad L. Corn. de Fals.* (48, 10.) *L. Qui nomine* (25.); ubi c) solutum non est, per actionem et exceptionem.

Reb. alien. non alien. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. de Rei vind. l. c. fol. 180[b]. *Brunnemann* ad L. 3. C. cit. p. 284. *Fr. Car. v. Savigny* l. c. T. V. p. 225.

§. 7. *Rog.* §. 56. *Hug.* §. 18. Gloss. v. *Adstringitur* L. 34. C. de Transact. *Glück* l. c. T. V. p. 76. not. 17. Similem quaestionem exponit *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 10. p. 11.

§. 8. *Rog.* §. 57. *Hug.* §. 19. *Azo* in Lect. ad L. 42. C. de Transact. l. c. p. 89. sq. Gloss. v. *Civiliter* L. penult. C. de Transact. *Odofredus* in Lect. sup. L. 42. C. de Transact. l. c. fol. 85[a]. *Brunnemann* ad L. penult. C. cit. p. 130.

Si eum (23.) *Bulgarus et Al.* (Albericus) *intelligunt, L. istam „Mater" loqui in eo casu tantum, quando mater, vel maritus tantum vendidit fundum non nomine suo, sed nomine filiae, ea tamen invita vel ignorante, ut solet fieri, verbi gratia: ego volebam vendere rem meam pro X, tu nolebas, nisi pro V* (Cod. Par. 4609. X), *et sic mater mea vel alius vendidit et tradidit tibi me invito; tunc enim in eo casu possum facere ratam venditionem et si ratam habere nolo, eam vendico.* In gl. cit. *Azo.*

v) Rog.: *Contraria sentiunt, utrum, remissa actione, ad eam quis redire possit? B. — possum redire.* Cod. Par.: *ut in heredem institutum etiam quod p. redire.*

x) Rog.: *dicit, non posse.*

y) Ita Cod. Bon.; Rog.: *Si quis maior* (41.). Leg. *L. Si maiores* (25.). Vid. Hug. l. c. not. *m.* et gloss. v. *Adstringitur* cit. De L. 22. cit. cf. *G. C. Burchardi*, die Lehre von der Wiedereinsetzung in den vor. Stand. Götting. 1831. 8. p. 323.

z) Rog.: *Diversa sentiunt in transactione ob falsa instrumenta facta. B. etc.* Leges a Rog. citt. desunt in Cod. Bon.

a) v. *falsum* excidit in Cod. Par.

b) Ita Cod. Par., in quo tamen sequentia omissa sunt. Cod. Bon.

§. 9.

Procuratorem levissimam culpam praestare.

Bulgarus d) dicit, a procuratore praestandam levissimam culpam e), ut *C. Mand.* (4, 35.) *L. A procuratore* (13.). *Martinus* contra dicit, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Contractus* (23.) f).

§. 10.

Quando promissum est in singulos annos, unicuique de creditoribus (unicuique anno) *opponi praescriptionem* g). (Praescriptio ex quo tempore currere incipiat adversus annuum vel menstruum, aut simile debitum?)

Martinus dicit, ab initio h) singulorum annorum currere praescriptionem, id est, unicuique anno debet i) opponi

---

§. 9. *Rog.* §. 58. *Hug.* §. 29. et §. 248. *Azo* in Summa Tit. C. Mandati fol. 113[b]. et in Lect. sup. L. 10. C. de Proc. l. c. p. 101. et sup. L. 13. C. Mandati l. c. p. 330. sq. Gloss. v. *Et omnem culpam* L. 13. C. Mand. Gloss. v. *Contractus* L. 23. D. de Reg. iur. *Glück* l. c. T. XV. p. 264. sqq. *Io. Chr. Hasse*, die Culpa des Römischen Rechts. Kiel 1815. 8. p. 295. sqq., 474. sq. *Fr. Hänel*, Versuch einer Darstell. d. Lehre v. Schadenersatze, Leipz. 1823. 8. p. 63.

§. 10. *Rog.* §. 59. *Hug.* §. 326. *Azo* in Summa Tit. C. de Praescr. XXX v. XL ann. fol. 217. §. 1.; in Lect. L. 7. C. eod. l. c. p. 578.; ad L. 2. C. eod. p. 575; ad L. 26. pr. C. de Usur. l. c. p. 325. sq.

et Rog.: *revelari et in m. e.* et om. *vel replic.* ap. Rog.

c) Rog.: *Tantum, nisi solutum est, ut — sed ubi.* Martini sententiam in dubium vocant ea, quae Hug. habet: *Contra sentiunt in eo, utrum transactio facta ob falsum instrumentum possit per actionem revocari? B. d., quod si fuerit facta transactio timore f. i., q. d. factum civ. revocari et in m. exceptionis* (om. *v. replicationis*). *M. — factum tamen* (*leg. tantum*), *si solutum non est, ut C. ad L. Corn. de Falsis* (9, 22, L.) *Ipse* (7.); *sed ubi solutum est, non per actionem, sed per exceptionem. Alb.* (Albericus) *dicit, per restitutionem, ut D. de Re iudicata* (42, 1.) *L. Divus* (33.) De L. 33. cit. cf. *Burchardi* l. c. p. 378. sq.

d) Rog.: *Dissentiunt in hoc verbo, scilicet: procuratorem levissimam culpam praestare. B. etc.*

e) v. *Culpam* deest ap. Rog.

f) Rog. add.: *D. eod. L. Idemque.* Cod. Par. haec habet: *Bulgarus — culpam. M. contra.* Cetera desunt. Hug.: *Differunt in C. Tit. Mandati* (4, 35.) *L. A procuratore* (13.). *Dicit B. — ut C. de Procurat.* (2, 13.) *L. Si procurator* (10.). *M — Contractus* (23.). *Alb.* (Albericus) *dicit, levem praestandam, ut C. eod. tit.* (4, 35.) *L. In re* (21.) *et D. de Leg. I.* (30.) *L. Si servus leg.* (108.) §. *Cum* (12.). In gloss. v. *Et omnem culpam* cit. *Ioannes* et *Azo* consentiunt cum *Bulgaro. Odericus* adsentitur *Martino.*

g) Rog.: *Variarum sunt sententiarum super hoc, quando promissum est per singulos annos, unicuique debere opponi praescriptionem, id est etc.*

h) vv. *ab in.* des. in Cod. Bon.

i) *Debere* Rog.

praescriptio XXX annorum k), ut *C. de Praescript. XXX vel XL annor.* (7, 39.) *L. Quum notissimi* (7.) §. *ult.* *Bulgarus* contra l).

§. 11.

Inutilem acceptilationem habere utile pactum.

Bulgarus dicit, inutilem acceptilationem m) habere utile pactum, nisi in contrarium actum n) sit, ne haberet, ut *D. de Acceptil.* (46, 4.) *L. An inutilis* (8.) et *D. de Pact.* (2, 14.) *L. Si unus* (27.) §. *penult.* *Martinus* dicit, quod non habet pactum o), nisi hoc agatur, ut haberet, ut *D. de Acceptil.* (46, 4.) *L. An inutilis acceptilatio* p) (8.).

---

et ad L. 18. (19.) C. de Fide instr. l. c. p. 297. Gloss. v. *Cuiusque anni* L. 7, §. ult. C. de Praescr. XXX v. XL ann. Gloss. v. *Multa legata* L. 35, §. 7. D. de Mort. ca. don. Gloss. v. *Stipulatio* L. 16, §. 1. D. de Verb. obl. *Odofredus* in Lect. sup. L. 7. cit. l. c. fol. 451b. *Brunnemann* ad L. 7, §. 6. et L. 8, §. f. C. de Praescr. XXX v. XL ann. p. 865. *Fachineus* l. c. Lib. VIII, c. 99. p. 714. *Iu. Henn. Boehmer*, diss. de praescriptione annuorum reditum realium. Hal. 1711. 4. §. 7. sq. et in exercitt. ad pandectas T. V, p. 423. sq. *Io. Sam. Brunquell* in opusc. p. 323. *Walch* l. c. p. 137. sq. (ed. IV. p. 181. sq.) *K. A. Unterholzner*, ausführl. Entw. d. ges. Verjährungslehre. Leipz. 1828. 8. T. II. p. 319. sq. not. 741. *Ca. A. Gottschalk*, sel. disc. for. T. II. Dresd. 1819. 8. cap. VI. p. 47. sqq.

§. 11. *Rog.* §. 60. *Hug.* §. 435. *Azo* in Summa C. de Accept. l. c. fol. 359. et in Lect. ad L. 1. C. eod. l. c. p. 656. Gloss. v. *Inutilis* L. 27, §. penult. D. de Pactis. Gloss. v. *Et nisi* L. 8. pr. D. de

k) Haec verba glossema redolent. Haub.

l) *Bulgarus contra* om. in Cod. Bon.; Hug.: *Item differunt in ead. L.* §. *In his* (L. 7, §. ult. cit.). *Dominus M. dicit, quum aliquid promissum est annis vel mensibus, vel alias hoc modo debet dari, sing. a. currit praescriptio, id est,* — §. *In his etiam* (ult.). *Nam licet una haec est stipulatio, tamen plures inseruntur obligationes; nam ita promissa in singulos annos plura sunt, ut D. Quib. mod. ususfr. amitt.* (7, 4.) *L. Si duobus* (2.) §. *ult.* *Contra* (scil. *Bulgarus* sive *Bulgarus et R.* i. e. Rogerius, ut in gloss. *Cuiusq. an.* cit.). *Dicit enim, quod, si stipulatio* (Cod. Cantabr.: *stipulatus*) *est, et omnis actio, quae descendit ex ea, tollitur praescriptione XXX annorum, et in hoc tantum, scil. in stipulatione, et est ratio, quia una est stipulatio, licet sint plures summae, ut D. de Verb. obl.* (45, 1, L. 16, §. 1.) *et D. de Don. mort. ca.* (39, 6.) *L. Senatus* (35, §. 7.) *et in hoc concordat Iob.* (Ioannes Bassianus), *ut arg. supra de Usuris* (C. 4, 32.) *L. Eos qui* (26.) *in pr.*

m) Rog.: *Dissentiunt in hoc, scilicet inutilem acc.*

n) Cod. Bon.: *nisi in contractu actum sit.* Rog.: *n. in c. acceptilatum sit.* Cod. Par.: *tutele pactum* pro *utile pactum* et *nisi contr.* pro *nisi in contr.*

o) Cod. Bon.: *dicit quid n. h. pacti, n.* Leg. c. Rog. *q. n. habet utile pactum.*

p) vv. *An i. acc.* des. in Cod. Bon.

§. 12.

Accusationes (actiones) *non perpetuari litiscontestatione.*

Martinus dicit: actiones q) non perpetuantur litiscontestatione. *Bulgarus* contra r).

§. 13.

Exceptionem non numeratae pecuniae perpetuo opponendam.

Martinus dicit, quod si cavi s), me accepisse pecuniam ob turpem caussam, quod t) perpetuo possum opponere exceptionem non numeratae pecuniae, ut *C. de Condict. ob turp. causs.* (4, 7.) *L.* 1. *Bulgarus* dicit u), intra v) biennium tantum x), ut *C. de Non numer. pec.* (4, 30.) *L. In contractibus* y) (14.).

§. 14.

(Non) *nisi per filium posse manumitti.*

Bulgarus dicit, quod non possum manumittere per alium, nisi per filium, ut *C. Comm. de manumiss.* (7, 15.) *L.* 1, §. *ult.*

Accept. Glossae et textus §. 11. non concinunt. Cf. etiam *Azo* l. c. *Odofredus* in Lect. sup. L. 8. D. cit. l. c. fol. 159[a]. et sup. L. 14, §. penult. D. cit. l. c. fol. 85[a].

§. 12. *Rog.* §. 61. *Cod. Chis.* §. 41. et 68. *Hug.* §. 125. et §. 56. i. f., §. 324, 330. *Azo* in Lect. ad L. 1. et 2. C. de Iud. l. c. fol. 165. et in Lect. ad Auth. Offeratur l. c. p. 183. Gloss. v. *Humanae* L. ult. C. de Praescr. XXX v. XL ann. Gloss. v. *Contestetur* L. 28, §. 4. D. de Iudic. Gloss. v. *Morae litis* L. 26, C. de Rei vind. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. de Praescr. XXX v. XL ann. l. c. fol. 452[b]. sq. *F. L. Keller* über Litis-Contestation und Urtheil n. class. Röm. Recht. Zürich 1827. 8. p. 130. sq. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 440. sq.

§. 13. *Rog.* §. 62. *Hug.* §. 200. *Infra* §. 40. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. IV. c. 5. not. 129. p. 229. *Azo* in Lect. L. 1. C. de Cond. ob turp. causs. l. c. p. 268. Gloss. v. *Non numeratae pecuniae* L. 3. C. de Postulando. Gloss. v. *Probandum* L. 1. C. de Cond. ob turp. causs. Gloss. v. *Religionem* L. 13. C. de Non num. pec. *Brunnemann* ad L. 1. C. de Cond. ob t. c. p. 361. et ad L. 13. C. cit. p. 438. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 37. *Glück* l. c. T. XII. p. 139. sqq. *Andr. Hansen*, bei welchen Rechtsgeschäften findet die exc. non num. pec. statt? (*Archiv* f. d. civ. Prax. T. IV. p. 53. sqq.).

q) Cod. Bon. et Rog.: *accusationes.*

r) Rog.: *Martinus d., accusationes non perire litisc. Bulgarus dicit, perpetuari.*

s) Rog.: *Diversa sentiunt in hoc, scilicet exceptionem non numeratae pecuniae perpetuo opponendam in hoc casu. Martinus d., q. si etc.* Cod. Par.: *quod sic ate accepisse.*

t) *quod* om. ap. Rog.

u) *dicit* deest ap. Rog.

v) „Edd. perperam *inter*" Haub.

x) Cod. Bon.: *B. dicit, intra triginta dies tantum*; e L. 14. cit. §. 2.

y) Cod. Bon.: *pec. si is*, corrupte.

Martinus contra dicit, nisi vindicta manumissio fiat, ut *C. de Vindicta libert.* (7, 1.) *L.* 3. [z]).

§. 15.

Condemnato, qui dolo desiit possidere, non esse cavendum.

bus instituto, clerici iurare prohibentur, ut *C. de Sanctiss. episc.* (1, 3.) *L. Quum clericis* (55.); item quadam similitudine p), quia remittitur patrono et parenti q) propter reverentiam, ut *D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Iusiurandum* (34.) §. *Qui iusiurandum* (4.), multo magis clericis, quibus maior reverentia habetur r). Hoc tamen intelligendum est, quum vacant divinis ministeriis, et ea agunt, quae ad clericos spectant, alioquin s) privilegio carent, ut *C. de Sanctiss. episc.* (1, 3.) *L. Generaliter* (52.). *Bulgarus* dicit, clericum debere iurare, quia in t) unaquaque lite iurandum est, ut *C. de Iureiur. propter calum.* (2, 59.) *L.* 1., per advocatum tamen, ut Imperator Henricus statuit et Honorius confirmavit u).

§. 84.

Utrum tigni inmissio tempore adquiratur?

Martinus dicit x), quod istae duae tantum servitutes tempore adquiruntur, scilicet stillicidii servitus et aquaeductus, ut *D. de Servitut. urb. praed.* (8, 2.) *L. Foramen* (28.) et *C. de Servit. et aqua* (3, 34.) *L. Si aquam* (2.). Aliae vero servitutes non adquiruntur tempore, quia non habent caussam

---

n. 1. Vol. IV. p. 1179. *Glück* l. c. T. XII. p. 362. not. 75. *Wenck* in ed. Vac. p. 157. not. s. *v. Savigny* l. c. T. II. p. 209. sq. T. III. p. 487. T. IV. p. 472. *Ern. Ad. Laspeyres* über die Entstehung und älteste Beschreibung der Libri Feudorum. Berl. 1830. 8. p. 313.

§. 84. *Rog.* §. 87. *Hug.* §. 179, 393. *Azo* in Summa Tit. C. de Servitt. l. c. fol. 66 b. Gloss. v. *Quaesisti* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Memoriam* L. 3, §. 5. D. de Aqua cot. Gloss. v. *Perpetuo* et v. *Debent* L. 28. D. de Serv. pr. urb. Gloss. v. *Certam* L. 14, D. de Servitt. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. p. 190. *Giphanius* ad L. 2. C. cit. l. c. p. 169. sq. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 177. n. 4. p. 231. *Fachineus* l. c. Lib. VIII. c. 22. p. 644. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 509. sqq. T. II. p. 144. sqq. 167. sqq. *Glück* l. c. T. IX. p. 148. sqq. *Ludw. Bessel* üb. d. Lehre v. d. Erwerb. d. Servituten durch Verjährung (Archiv f. d. civ. Praxis, T. XIII., p. 380. sqq., maxime p. 404, 421, 425. sqq.).

rare de calumnia? M. d., quod non debent i. de c., quia e. r. et more etc. - *De vv. ecclesiasticis — instituto* vid. L. 25, §. 1. cit.

p) Rog. et Hug.: *Item quodam simili.*

q) Ita Cod. Bon. et Hug.; abest hoc vocabulum ab edd.; Haub. em. *parentibus* e L. 34. cit., optime.

r) Cod. Bon. mendose: §. *hoc iusiurandum.* Rog.: *debetur.*

s) Ita ed. 1537. et Cod. Bon.; ed. pr.: *aliquando;* Haub.: *alias*,

t) Rog.: *B. dicit debere* (deest *clericum*) *iurari, quia* etc.

u) Cf. Haub. ad h. l.

x) Hug.: *Dominus M. dicit, q. i. d. s., sc. still. et aq. adq. temp.* Rog.: *Dissentiunt, utrum tigni immissio tempore adquiritur. M. dicit.*

naturalem, et hoc dicit ex *eadem Lege Foramen.* *Bulgarus* et *Alii* dicunt, quod inmissio tigni tempore adquiritur, et hoc ex ista *Lege D. de Servit. urb. praed.* (8, 2.) *L. Sed si inter me et te* (27.), quae dicit, si in meo y) inmissum habeas, aut tecum debeo agere, aut rem z) perdere, quod *Martinus* determinat ità: scilicet, quum dicitur, rem perdere non decennio, vel vicennio, sed ea consuetudine, quae excedit sursum versum memoriam hominum, ex qua etiam non servitus, sed quasi servitus adquiritur; et merito, quia, quod manu fit, non habet perpetuam caussam, quamvis effectus perpetuus sit.

§. 85.

Utrum interesse debeat excedere duplum?

Interesse non debet excedere duplum, secundum quod legitur a) in *C. de Sentent. quae pro eo, quod interest, prof.* (7, 47.) *L. un.* b). *Iacobus* et *Alii* ita intelligunt c): singulare interesse non debet excedere duplum communis interesse. *Martinus* dicit, non debere excedere duplum d), id est, ubi datur certum pretium, vel certa merces, non debet excedere duplum eius, quod datum est e).

---

§. 85. *Rog.* §. 88. *Hug.* §. 338. *Azo* in Summa Tit. C. de Sent. quae pro eo etc. et in Lect. eod. l. c. p. 589. Gloss. v. *Quod interest* et v. *Dupli* L. un. C. cit. *Odofredus* in Lect. Tit. C. cit. l. c. fol. 459 a.. *Giphanius*, explan. Tit. C. de Sent. quae pro eo, l. c. p. 258. sqq. *Fachineus* l. c. L. 1. c. 48. p. 39. sq. *Walch* l. c. p. 522. sq. *Glück* l. c. T. XX. p. 92. sqq. *Fr. Haenel*, Vers. e. kurzen und fasslichen Darstell. d. Lehre vom Schadenersatze etc. Leipz. 1823. 8. p. 101. sqq.

y) Rog.: *in me.* Hug. perperam: *si missum habuit* et desunt vv. *in meo.*

z) Rog.: *an — an rem* pro *aut — aut rem;* Cod. Bon. vitiose: *quod manumisit non habet etc.:* Hug.: *perdere quam l. M. ita determinat M. scil.* (deest *quum dicitur*) *rem perdere — excedit hom. memoriam vel vitae cursum hominum, ex qua non — quod immissum est non* etc.; §. 179. et §. 393. ad verbum congruunt. In gloss. v. *Certam* commemorantur *Azo* et *Io.*, qui desunt ap. Hug.

a) Rog.: *Interesse n. d.* esse (loco ecce i. e. *excedere*) *duplum; scilicet quod C.*

b) *L. un.* om. ap. Rog.

c) Haub.: „incongruo loco edd. hic inserunt *id est*, quod ex sequenti contextu recepisse videntur.“ Cod. Bon.: *intelligunt ius singulare.* Locus lacunosus; leg. *L. un. ubi dicitur, quod interest non debet dupli quantitatem excedere, quod Iacobus — intelligunt: id est interesse singulare;* aut sic: *Iac. et a. i. intelligunt: „quod interest“ id est singulare interesse.*

d) vv. *communis — duplum* desunt ap. Rog.

e) Hug.: *Dissentiunt, interesse an debeat excedere duplum? Quidam tamen dicunt, quod*

§. 86.

Utrum debitor cogatur probare dolum esse admissum in pignore amisso?

Martinus dicit: si creditor dicit, se amisisse pignus, sufficit, si probat, se amisisse; nec cogitur dicere, se amisisse sine dolo, quia, quando cum eo agitur, aut quod habet, aut quod dolo desiit possidere, is, qui obiicit dolum vel culpam, probare debet g), ut *C. de Pignorat. act.* (4, 24.) *L. Si nulla* (8.), *D. de Probat.* (22, 3.) *L. Quoties* (18.) et *D. de Legat. II.* (31.) *L. Omnia* (32.) §. *Species* (5.) *D. de Administrat. tutor.* (26, 7.) *L. Chirographis* (57.). *Bulgarus* dicit, eum debere probare, se sine dolo malo amisisse, quia, qui excipit, probare debet, et hoc probat h) per *L. D. de Except. rei iud.* (44, 2.) *L. Si rem* (17.) et *D. de Noxal. act.* (9, 4.) *L. Quoties* (21.) §. *Praetor* (2.) et *C. de Fide instrum.* (4, 21.) *L. Quum quidam* (21.).

§. 87.

De legato conditionali filio relicto et de transmissione talis legati ad suos heredes filii.

Martinus dicit i), quod legata conditionalia relicta filiis transmittuntur ad suos heredes, quamvis filii moriantur ante

---

§. 86. *Rog.* §. 89. *Cod. Chis.* §. 98. *Hug.* §. 225. et §. 411. i. f., §. 357. i. f. *Azo* in Summa Tit. C. de Pign. act. l. c. fol. 99. et in Lect. ad L. 4. C. de Pign. act. l. c. p. 301. et ad L. 8. C. eod. p. 302. Gloss. v. *Se perdidisse* L. 5. C. eod. Gloss. v. *Probari potest* L. 9, §. 4. D. Loc. et cond. Gloss. v. *Qui dolo* et v. *Licet* L. 18, §. 1. D. de Prob. Gloss. v. *Nec dolo* L. 32, §. 5. de Leg. II. *Odofredus* in Lect. sup. L. 5. C. cit. l. c. fol. 237 b. *Brunnemann* ad L. 8. C. cit. p. 414. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 117. p. 132. *Löhr* Beitr. z. Culpa, p. 184. *Hasse* l. c. p. 428. *Glück* l. c. T. V. p. 534.

§. 87. *Rog.* §. 90. *Hug.* §. 297. *Azo* in Summa Tit. C. de His qui ante ap. tab. et in Lect. ad L. un. C. eod. l. c. p. 538. et L. 21.

debet duplum excedere, sicut legitur alias, nec obstat, L. un C. de S. q. p. eo. q. interest. (7, 47.), *ubi dicitur, quod interest, non debet cavere* (leg. *dupli quantitatem excedere*) *Iacobus et a. sic intelligunt, id est, singulare — merces.* Sequentia desunt. De *Ioanne* cf. Azo l. c.

g) Rog.: *Nec idem senserunt in hoc: utrum debitor cogatur probare dolum admissum* (om. *esse*) *in pignore amisso? Martinus dicit, sufficere creditori dicenti, se pignus amisisse, si probet, se amisisse, quia cum eo agitur aut quia habet, aut quia dolo desiit habere. Probandum est ergo, quod habeat, vel dolo desierit possidere, quia, qui dolum obiicit, vel culpam, probare debet.*

h) Rog.: *L. Omnia* (deest §. *Species*) — *et hoc* (deest *probat*) *per L. D.*

i) Rog.: *Certant inter se in*

eventum conditionis, ut *C. de His, qui ante apert. tab.* (6, 52.). *Alii* contra, quia sive sint relicta filiis, sive aliis, si legatarii moriantur ante conditionis eventum, non transmittuntur ad heredes, ut *C. de Caduc. toll.* (6, 51.) §. *Sin autem* (7.) et dicunt, *Legem* illam *de His, qui ante apert. tab.* loqui de legatis [k]) relictis sub certa conditione. Ad quod *Martinus* respondet: dicens, iam non ostenditur ibi speciale in filiis [l]). Quod falsum est. Nam illa *Lex de Caduc. toll.* loquitur generaliter, illa vero *de His, qui antea pert. tab.* specialiter in filiis [m]).

§. 88.

Re sua legata quae actio competat legatario adversus heredem?

Martinus dicit [n]), quod si testator legavit rem suam [o]), legatarius, adita hereditate, habet actionem ex testamento et rei vindicationem et hypothecariam, dicens: ego puto [p]), quum res testatoris est, competere personalem actionem ex testamento, ut dicat legatarius heredi: „*oportet te dare respectu possessionis, quam habet heres*" [q]), ut *C. de Legat.* (6, 37.) *L.* 3. et *D. de Legat. II.* (31.) *L. Quum filius* (76.) §. *penult.*, tunc etiam hypothecariam competere in aliis rebus defuncti, in quantum personalis actio durat, ut *C. Comm. de legat.* (6,43.)

C. de Fideic. l. c. p. 521. Gloss. v. *Derelictis* L. un. C. cit. Gloss. v. *Utiliter* L. 21. C. cit. Gloss. v. *Conditio impleatur* L. un. §. 7. C. de Cad. toll. *Ant. Gomez* de transmissione hereditatis c. IX., in eiusd. Comm. var. resolut. Francof. ad M. 1584. fol. T. I. p. 117. sq. *Christinaeus* l. c. T. IV. dec. 58. n. 3. p. 86. *Brunnemann* ad §. 7. C. cit. p. 794. n. 33. *Glück*, Erörterung der Lehre d. Intestaterbfolge. II. Aufl. Erlang. 1822. 8. p. 97. sqq.

§. 88. *Rog.* §. 91. *Hug.* §. 294. Gloss. v. *Per hypothecariam* §. 2. Inst. de Leg. Gloss. v. *Personalem* et v. *In multis* L. 1. C. Comm. de Leg. *Fachineus* l. c. Lib. XII. c. 32. p. 947. *Glück* l. c. T. XIX. p. 174.

l. c. Nam dicunt etc. Huius et sqq. §§. inscriptiones des. in Cod. Bon.

k) Cod. Bon. corrupte sic: *Martinus d. — filiis* (exc. *transmittuntur — relicta filiis*) *sive — transmittunt — et dicit — tab.* (deest *loqui*) *de leg.*

l) Locus suspectus; nam Rog. sic: *ad q. M. r., aliquid speciale est in filiis.* Hug.: *ad q. M. r. dicens sic: nam non ostendit* (Cod. Cantabr. *offendit.*) *sp. esse in f.*

m) Postrema h. §. verba non possunt legi in Cod. Bon.; sunt enim haud distincte scripta.

n) In edd. complura vv. videntur excidisse, quod sensum quaestionis turbat. Sed etiam Bon. Cod. mendis laborat. Nonnullis locis medicinam adhibet Hugolinus.

o) Cod. Bon. perperam ins. *quam.*

p) H. l. ab Hug. inculcatur *Ioannis* opinio.

q) Leg.: *quam habes heres.* Hug.: *quam habes.*

L. 1. *et* 2. *Alii* contra dicunt, non competere actionem ex testamento, quia rem iam factam legatarii legatarius non debet petere actione personali, quia non potest legatarius dicere heredi: „*oportet te dare*“, quum res sit legatarii, nam ille, qui in rem convenitur, non obligatur, ut in *Inst. de Act.* (4, 6.) *in principio* r).

§. 89.

Utrum in actione vi bonorum raptorum totum quadruplum poena sit, an rei persecutio in eo insit?

Martinus dicit, quod actio vi bonorum raptorum competit in quadruplum, ita quod totum quadruplum est poena, scilicet, quum hominibus coactis rapina facta est et hoc ex illa *L.*, *D. Vi bonor. raptor.* (47, 8.) *L. antepen.* (4.) §. *Si quis adventu* (6.). *Alii* contra, scilicet quod in quadruplo inest rei persequutio, ut in *Inst. Vi bonor. raptor.* (4, 2.) *in principio* s).

---

§. 89. *Rog.* §. 92. *Hug.* §. 438. Gloss. v. *In quadruplum* L. 2, pr. D. de Vi bon. rapt. Cf. Comm. Inst. ad pr. Inst. Vi bon. rapt., maxime *Bachovius* p. 880. *Hoepfner*, (ed. VII.) p. 1063. sq. *Theophilus* IV, 2, pr. eod. ed. *Reitz.* p. 748. sq.

r) Rog.: *Dissentiunt in re sua legata. Martinus dicit* (deest *quod*) *si t. legaverit — actionem* (desunt vv. *ex t. et r. v. et*) *hypothecariam, dicens etiam quum — heredi oportere te dare — in aliquibus rebus — heredi oportere dare, quum res sua sit, nam — non est obligatus, ut — in principio.* Hug.: *Differunt, quae actio competit ad legata praestanda? Dominus Mar. dicit, quod — legatarius habet actionem ex testamento; adita tamen hereditate et rei vindicationem et actionem hypothecariam. Ego autem Io. de le. puto, quum r. t. fuerit, pers. act. ex t. c. ut — oportet te dare — habes heres, ut D. de Leg. II.* (L.) §. *Cum filius* (76.) §. *Variis* (8.) *Sed pro eadem re non datur hypothecaria, sive contra heredem, sive contra legatarium, sed pro aliis rebus, quae sunt apud heredem a testatore sibi obvenientes. Alii c. et dicunt — quia res iam facta est legatarii et non d. l. p. a. p. — oportet te dare, quum res sit legatarii — ut probatur in I. de Act. in pr. Dominus autem Azo in hoc ita breviter se expedit: dicit enim, quod is, cui relictum est aliquid pure et in specie, si illud fuerit legantis, ab adita hereditate poterit vindicare; si vero res non fuerit legantis, personaliter poterit agere actione ex testamento.*

s) Rog.: *coactis rapitur, ut D.* Hug.: *raptorum datur in quadruplum — hominibus coadunatis f. e. rapina — in pr. et D. de Vi bon. rapt.* (47, 8.) *Iul.* Leg. *L.* 2. *pr.*

R O G E R I U S.

DE DISSENSIONIBUS DOMINORUM [a].

Inter cetera iuris studia, quae eius disciplinae candidatis scientiam cum utilitate coniunctam adferre possunt, in primis vel utilissimum puto, varias eos legum sententias in memoria habere. Sed quia natura ita comparatum est, ut ea, quae quis optime norit, meminisse perpetuo non possit, ideo diversitatem sententiarum, quae inter maximos legum professores vertitur, quibus legibus, tum vero quibus argumentis ea, quae sentiunt, probent, ego *Rogerius*, Deo auctore, quam fieri potest, brevissime colligere studebo [b].

§. I.

Contrarii sunt in quadam *Lege (C.) de In integr. rest. milit.* (2, 51, 3.) [c]. Nam dicit *Iacobus*, eum, qui abfuit caussa reipublicae, si res eius sit usucapta, ita fore restituendum, si in absentia laesus est, vel postea infra [d] modicum tempus [e], id est, dum componit sarcinas [f], conducit hospitium, quaerit advocatum, ut *D. Ex quib. causs. maiores XXV annis* [g] *in integr. rest.* (4, 6.) *L. Ab hostibus* (15.) §. *ult.* et *C. de Re militari* (12, 36.) *L.* 1. *Alii* [h] contra; coniungunt enim duo extranea [i], ut tempus ante absentiam [k], et tempus

---

§. 1. *Vet. Coll.* §. 31. *Hug.* §. 44, 51—53, 380, 381, 378, 371.

a) *C. F. Wenck*, magister *Vacarius* primus iuris Romani in Anglia professor. Lips. 1820. 8. p. 157. sq. *Haub.*, praef. p. XVIII. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 192. T. V. p. 223.

b) De hoc exordio cf. *Wenck*, l. c. p. 156. sq. *Haub.* p. XV. et in Adc. IV. p. 42. sq. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 223, 226.

c) Haub.: „scil. in *L.* 3. Cf. *Car. Frid. Christ. Wenckii*, Viri Illustris, Magister Vacarius, ad Lib. II. c. 34. not. 62. p. 209—212.“ De Hug. vid. not. *d.*

d) Cod. Bon.: *Contra sententiam in — rest. maio. — eius fuerit us. ita forte — infra.* Cod. Par.: *Contra — rest. M. ia. Nam — infra.* Hug.: *Dissentiunt de rest. mil. in L. illa Quod tempore* (C. 2, 51, 3.). *Nam — I.* i. e. *intra.* Sic legendum esse et h. l. et mox pro *infra* recte censet Hauboldus.

e) v. *tempus* deest in Vet. Coll.

f) Vet. Coll.: *sarcinulas.*

g) vv. *XXV annis* des. in Vet. Coll.

h) Vet. Coll.: *C. de Rest milit. etc.* Hug.: *L.* 1. *Bul.* (Bulgarus).

i) Haub.: „nisi forsitan leg. *extrema*,“ optime, ita etiam Vet. Coll. codices et Hug.

k) Cod. Bon.: *et tempus anno-*

post absentiam; si ista faciunt [l] usucapionem: restituunt eum infra [m] annum totum post reversionem ex illa *Lege Quod tempore militiae*, (3.) *C. de Restit. militum.* (2, 61.) [n].

§. 2.

In eadem restitutione etiam differunt; nam si laesus sit quis uno die, dant ei *Quidam* unam diem infra totum quadriennium, quum laesus est quadriennio. *Martinus* autem dicit, quod non est ei necessaria in integrum restitutio, quum ipso iure servetur illaesus. Nam non est absimilis minorum et maiorum in hac parte restitutio, id est, ut maiores serventur illaesi, sicut et minores; pro qua sententia facit *L. ult. C. de In integr. restit. temp.* Sed *Iacobus* dat et diem, ex quo composuit sarcinulas, et currit statim, et tunc dat ei quadriennium, quum laesus est quadriennio, quod accipit pro utili anno [o].

§. 3.

Diversa quoque sentiunt [p] in actione restitutoria; dicit enim *Iacobus*, caussa sui natam [q] esse restitutoriam; *Alii*

---

§. 2. *Vet. Coll.* §. 32. *Hug.* §. 45, 53, 378.
§. 3. *Vet. Coll.* §. 33. *Hug.* §. 48, 47.

rum absentiae; Cod. Par.: *id est t. a. absentiam.*

l) Locus suspectus. Vid. Vet. Coll. §. 31, not. *m.*

m) Ita Cod. Par.; Cod. Bon. et Haub. *intra.*

n) Edd. a. 1530. et 1537. *lege C. l. quod etc.* Hug. in extrema §. sic: *Bul. contra et coniungit duo extrema, scil. tempus post absentiam et tempus ante absentiam et si ista non sufficiunt usucapioni, restituit eum, quia totum medium tempus subducitur de medio et dat annum post laesionem ex L. — mil. L. qd. tpr.*

o) Vet Coll. inverso ordine sic: *In e. rescissoria dissentiunt, nam — ei* (deest *Quidam*) — *quadriennium pro qua sententia — dat ei diem — etc. statim, ut D. Quib. ex caus. in int. rest.* (4, 6.) *L. Ab hostibus* (15.) §. *ult. et C. de Rest. mil.* (2, 51.) *L.* 1. *et tunc — quadriennio* (om. *pro ut. anno*) *Martinus — absimilis in hac parte min. et m. rest. id e. ut m. ipso iure serventur illaesi — minores L. ult. C. de In int. rest. temp.* (2, 53.) *L. Super* (3.) Hug.: *Item dissentiunt in hac restitutione, nam — diem in totum — est infra quadriennium. M.* (abest *autem*) *dicit, quod hoc casu restitutio n. e. ei nec., quum — illaesus a simili. Non enim in h. p. abs. e. mai. et min. r., ergo servantur maiores ipso iure illaesi — sarcinulas et conduxit hospitium et tunc — lapsus est quadr.* (om. *quod a. p. u. a.*) Sequentia vid. in Vet. Coll. §. 32. not. *p.*

p) Vet. Coll.: *Contra sentiunt.*

q) Ed. a. 1537. caussam *sui natam.* Leg. *eam s. natura*, quod Vet. Coll. et Hug. habent. Haub. adnotavit: „Si sequimur codicem Chisianum, laudatum a *Mauro Sartio* de claris Archigymnasii Bo-

dicunt, aliquem restituendum iudicis officio, et sic postea hanc actionem exercendam.

§. 4.

Non bene conveniunt in *L. pe. here.* r), quae competit adversus titulo possidentes. *Iacobus* dicit, quum etiam in rem sit, ut *D. de Petit. hered. L. Sed etsi* (25.) §. *antepenult.* (18.), decennio vel vicennio adversus bonae fidei possessorem et cum titulo finiri. *Martinus* idem. Hodie tamen dicitur, quod utilis petitio hereditatis non habet locum contra eum, qui titulo possidet, sed tantum rei vindicatio, ut *C. de Petit. hered.* (3, 31.) *L. Hereditatis* (7.) et *D. eod.* (5, 3.) *L. Nec ullam* (13.) §. 1., quo casu directa competit. *Alii*, quum petitio hereditatis sit personalis, vel mixta in rem et in personam, nulla distinctione adhibita dicunt, eam finiri iuxta personales actiones, scilicet XXX annis s).

---

§. 4. *Vet. Coll.* §. 34. *Hug.* §. 161, 384.

noniensis Professoribus vit. *Martini* §. 14. T. I. P. I. p. 41. procul dubio legendum: *eam sua natura*. Nam in codice Chis. hic locus sic repraesentatur: *Contra sentiunt in actionem rescissoriam vel restitutoriam: Dicunt enim Iac. eam sua natura esse restitutoriam, et datur a Praetore mortuo restitutis. Idem dicit Martinus et eius filius.* Unde simul, quae hic manca sunt, suppleri posse videntur. Cf. de eadem quaestione *Ioannis de Blanasco* Comment. super tit. de Actionibus in Institutis (Mogunt. 1539. f.) fol. XXVII.“ Ceterum haec quaestio, quemadmodum legitur in Cod. Chis., quo usus est Maur. Sartius, non reperitur neqne in Cod. Chis., qui Romae exstat in bibliotheca Chisiana, neque apud Hugolinum. Videtur ergo Sartius diversam ab iis, quas vidimus, collectionem in manibus habuisse, cuius vestigia interierunt. Hug.: *Contra s. in a. r. vel rescissoria; dicit — restitututoriam et datur de restituendis. Item dicit M.* (Martinus) *et eius filius, arg. D. de Minoribus* (4, 4.) *L. in caussae* (13.) §. *Interdum* (1.) *Alii contra etc.* Vid. Vet. Coll. §. 33, not. d.

r) Haub.: An: *in L. penult.* (11.) *C. de Petit. hered.* (3, 31.)? Ceterum lacuna adgnoscenda, quum §. desinat in controversia de tempore, quo hereditatis petitioni praescribitur. Wenck in ephem. lit. deleri iubet literam *L* et vv. *Hodie — competit*, quae revera desunt in Vet. Coll. Ex inscriptionibus, quas Hugolinus singulis §§. praeponere solet, intelligendae sunt *L.* 7. *C* et *L.* 13, §. 4. *D. de Her. pet.* Lacunam explent Vet. Coll. et Hug.; Haub. in Praef. p. xvii. constituit aetatem opusculi Rogeriani ex v. *Hodie*. Sed *Hodie* ad Martini sententiam referendum esse, nos docet Hugolinus ll. cc., ubi haec: *Martinus idem; verumtamen dicit, quod hodie utilis petitio non competit contra eum etc.*

s) Vet. Coll.: *Dissentiunt in utili petitione hereditatis, quae c. a. t. possidentem* (Cod. Par. ins. *Hinc*) *Iac. d. q. et in* (in Cod. Par. deest *dicit*) — *X vel XX annorum spatio adversus — possessorem* (deest *et*) *cum — idem* (vv. *Hodie — competit* des. et in Bon. et in Par. Cod.). *Alii d. n. d. h.* (vv. *n. d. h.*

§. 5.

Dissidet *Martinus* ab aliis in eadem actione; nam dicit, eum, qui possidet pro herede, post litem contestatam [t]) ita demum teneri de fructibus, si coepit habere scientiam rei alienae, ut *C. de Fruct. et lit. expens.* (7, 51.) *L.* 2. [u]), quia non debet bonae fidei possessor ius suum indefensum [v]) relinquere, ut *D. de Petit. hered.* (5, 3.) *L. Illud* (40.). Quam *Legem* dicunt loqui de fatalitate [x]), ne cogatur bonae fidei possessor fatalitatem praestare. Adserunt quoque [y]), post litem contestatam omnes possessores pares fieri et onere praedonis versari, imo praedones sunt, ut *D. de Petit. hered.* (5, 3.) *L. Sed etsi* (25.) §. *Si ante* (7.) [z]).

§. 6.

Dissentiunt in *L. Properandum* (13.) *C. de Iudiciis* (3, 1.) §. *Et si quidem* (2.). Dictum enim est [a]), sive actor, sive reus abfuerit, sententiam esse ferendam [b]) prope finem triennii, si de caussa liqueat. *Iacobus* contra; dicit enim tunc esse spectandum [c]) prope finem triennii, quum eremodicium contrahitur nova *Legè*, scilicet *Properandum* [d]); nam antiquitus actor non citabatur; reo autem absente quocumque loco prope finem triennii, sententiam ferri posse [e]), quum

---

§. 5. *Vet. Coll.* §. 35. *Hug.* 160, 172, 386.
§. 6. *Vet. Coll.* §. 36. *Hug.* §. 93.

des. in Bon. Cod., qui praeterea: *Alii contrarium dicunt*) *eam finiri vita personalium actionum, sc. XXX vel XL annorum, quum* (om. *petitio hereditatis* et mox v. *personalis*) *sit m. in r. et in p.* De Hug. cf. Vet. Coll. §. 34. not. g.

t) Cod. Par.: *Differt M. etc.* Cod. Bon.: *De eadem act. differt M ab aliis. M. dicit, e., q. p. p. h., scientiam de post l. c.* mendose.

u) Vet. Coll. ins. *L.* 36, §. 4. *D. de Pet. her.*

v) Vet. Coll.: *inconcussum.*

x) Cod. Par.: *Illud. Alii enim loqui legem illam dicunt de f.*

y) Vet. Coll.: *praestare, adseruntque.*

z) Vet. Coll. add. *L.* 31, §. 3. *eod.* De Cod. Bon. cf. *Vet. Coll.* l. c. not. l.

a) Vet. Coll.: *Dicunt enim* sed v. *enim* om. in Cod. Bon., ubi etiam *Differunt in L.*

b) *Sententiam semper esse fer.* Cod. Bon.; *sent. e. fer. q prope* Cod. Par.

c) Vet. Coll.: ex*spectandum.* Ita legendum esse dixerunt iam Wenck l. c. et Haub. not. g.

d) Haub. not. h.: „*Nimirum actore absente.* Wenck. l. l.“

e) Ita ed. a. 1530. et a. 1537. Vet. Coll.: *loco* (om. *prope finem*) *triennii sententiam f.* (Cod. Bon.: *sententiam fieri* posse) *p.* Haub., auctore Wenckio l. c., ita restituit h. l.: *loco vel pr. f. tr. vel ante sent. f. p.* Leg. *reo a. a. q. l. vel tempore tr. s. f. p.*

actor praesens sit, qui probare possit et debeat, alioquin absolvitur reus, ut ex hac*f*) *Lege Codicis Omnes* argumentantur.

§. 7.

Varii sunt in eo, utrum iure quis possit refutare iudicem ordinarium *g*)? *Martinus* dicit, ante litem contestatam iudicem posse refutari, post litem contestatam nemo ordinariae sedis declinet examen *h*), ut *C. de Iurisdict. omn. iudic.* (3, 13.) *L. Nemo* (4.). *Alii* contra sine distinctione dicunt, iudicem ordinarium non posse refutari, ut in casu, veluti quum conatur cum subiecta suae iurisdictioni invita contrahere matrimonium *i*), quo casu permittitur patri eius cum tota sua familia iurisdictionem eius mutare *k*), ut *C. Si quacumque praeditus potest.* (5, 7.) et in alio casu, qui est in *C. Quando Imp. inter pupill.* (3, 14.) *l*).

§. 8.

Non consentiunt, quum quis ad iudicium vocatus per contumaciam abest. Dicit *Martinus m*), postquam redierit, non restituendam ei possessionem, sed servandam ei omnem adlegationem de principali quaestione, ut *C. Ubi in rem actio exerc. n*) (3, 19.) *L.* 2. et *D. de Privileg. creditor.* (42, 5.) *L. Eum, qui in possess.* (35.) *D. de Tab. exhib.* (43, 5.) *L. Locum* (3.) §. *Condemnatio* (11.). *Alii* contra; dicunt enim possessionem ei *o*) restituendam, si voluerit praestare fideiussores, ut *C. de Praescript. XXX vel XL annor.* (7, 39.) *L. penult.* et in *Auth. de Exhib. et introduc. reis* (*Nov.* 53.) §. *Si vero.* (c. 4.) *p*).

---

§. 7. *Vet. Coll.* §. 3. *Cod. Chis.* §. 44. *Hug.* §. 114, 115, 124.
§. 8. *Vet. Coll.* §. 37. *Cod. Chis.* §. 2. *Hug.* §. 106, 107.

f) Vet. Coll.: *ex eadem* L.

g) vv. *Varii — ordinarium* des. in Vet. Coll.

h) Vet. Coll.: *M. ait, p. recusari ordinarium iudicem ante l. c.* et des. vv. *post — examen.*

i) Vet. Coll.: *Nemo. Bulgarus contra* (des. vv. *sine — refutari*) *nisi in duobus casibus, veluti q. conatus est cum — invita matr. contr.*

k) Leg. *evitare*, de quo v. vid. *Tit. C. Si quac. praed. pot.* (5, 7.); *Evitare* Vet. Coll. l. c.

l) Cod. Bon.: *Imp. int. pu. et vi.* Ed. a. 1530. *inter vi et mise;* ed. a. 1537. *Quam inter vi et mise,* corrupte.

m) Cod. Par.: *Dissentiunt — Dicit dominus M.* De Cod. Bon. vid. Vet. Coll. l. c. not. t.

n) Ed. a. 1530. et a. 1537.: *actio ex de* mendose.

o) vv. *possessionem ei* des. in Vet. Coll.

p) Vet. Coll. add. *Coll. V.*

§. 9.

Variant sententiis, quum quis sibi ipsi dicit ius; nam argumentatur *Iacobus*, quum q) quis rationem r) habere non potest, sibi ius dicit, ut non amittat ius suum s), quum iudiciorum vigor iurisque publici tutela sit in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem; remota ergo caussa removetur effectus t), ut *C. de Iudaeis et Coelicolis* (1, 9.) *L. Nullus* (14.) et *D. Qui in fraudem creditor. manum.* (42, 8.) *L. Ait Praetor* (10.) §. *Si debitorem* (16.). *Martinus* idem u). Sed *Bulgarus* sine ulla distinctione contra; dicit enim, qui ius v) sibi dixit, ius crediti non habere, ut *D. Quod metus caussa* (4, 2.) *L. Exstat* (13.), et *Ad Leg. Iul. de vi privata* (48, 7.) *L. penult.* et *C. Unde vi* (8, 4.) *L. Si quis in tantam* (7.).

§. 10.

Non sunt eiusdem sententiae in x) actione pignoratitia, pro socio, familiae erciscundae, communi dividundo. Nam dicit *Iacobus* et *Bulgarus* y), quum personales sint, omnimodo post XXX annos finiri, unde z) post hoc temporis spatium neutrum invito altero socio a communione discedere posse. *Alii* contra a); dicunt enim eas actiones non currere, nisi coeperint competere et natae sint, ut *C. de Praescript. XXX* b) *annor.* (7, 39.) *L. Sicut.* (3.) et *de Annal. except.* (7, 40.) *L. 1.* Hoc est, postquam voluerint a communione discedere, sicut in pro socio actione; nam certum est, ea actione non posse agi c) manente societate, nisi in casu, ut

§. 9. *Vet. Coll.* §. 38. *Hug.* §. 377, 120.
§. 10. *Vet. Coll.* §. 39. *Hug.* §. 330.

q) Cod. Par.: *Dissentiunt q. q. s. d. i. n. arg. Iac. quum.* Cod. Bon.: *Iacobus argumentatur* et des. vv. *Variant — nam.*

r) Haub.: „Num *notionem?*" Sed Vet. Coll. et Hug. habent *rationem.*

s) Leg. *si ius sibi dicat, non amittere ius suum.* Cf. Vet. Coll. et Hug. ll. cc.

t) Vet. Coll.: *tutela ideo in m. s. const., ne quis* (om. *quam*) *val. ultionem sibi* (deest *ipsi*) *sumere, rem. e. c. r. et effectus.*

u) Vet. Coll.: *Debitorem. Alii autem dicunt idem, ut dominus Martinus.*

v) Vet. Coll.: *distinctione* (abest *contra*) *dicit, eum, qui ius.*

x) Vet. Coll.: *Dissentiunt in,* sed in Bon. Cod. des. vv. *Non sunt Nam.*

y) Cod. Bon.: *B. et Ia. dicunt.* Cod. Par.: *Ia. Nam etc.*

z) *unde* deest in Cod. Bon.

a) Cod. Bon.: *Martinus et Alii.*

b) Haub. add. *vel XL.*

c) Vet. Coll.: *agi non posse.*

quum societas vectigalium coita est, ut[d] *D. pro socio* (17, 2.) *L. Actione* (65.) §. *penult.* et in pignoratitia, quae competit debito soluto, ut *D. de Pignorat. act.* (13, 7.) *L. Si rem* (9.) §. *Omnis.* (3.), *C. eod.* (4, 24.) *L. penult.*, quod *Iacobus* dicit natura, non tamen cum effectu, de aliis dici[e], quoniam ex voluntate nulla actio nascitur.

§. 11.

Pugnant invicem in non numerata pecunia; nam dicit *Iacobus*[f], aequitatem esse, ut post biennium volens quis exceptionem non numeratae pecuniae opponere, audiatur, si velit in se transferre onus probationis, et hoc argumento *L. Generaliter* (13.) *C. de Non numer. pec.* (4, 30.) et *L. Et quia eod. tit.*[g], si intra biennium solvisset, condictio indebiti, quae est perpetua, ei competeret, ergo post biennium, si non solvit, exceptionem opponere potest. *Alii* dicunt, eam praecise post biennium tenere[h], licet pupillus sit, ut *C. de Non numer. pec. L. Si intra* (8.) §. *Quum ultra*[i].

§. 12.

Discordes sunt in condictione furtiva, quam dicit *Martinus* et *Iacobus* esse ex maleficio[k], his[l] scilicet ratio-

---

§. 11. *Vet. Coll.* §. 40. *Cod. Chis.* §. 114. *Hug.* §. 20, 238.
§. 12. *Vet. Coll.* §. 41. *Hug.* §. 204, 396.

Cod. Bon.? recedere et des. vv. *actione* et *ea.*

d) vv. *ut — est* des. in Vet. Coll.

e) Vet. Coll.: *quam Iacobus dicit natam, non — dicit.*

f) Vet. Coll.: *Dissentiunt in non etc.* Cod. Bon. om. vv. *Pugnant — nam.*

g) Ita edd.; Hauboldus adnotat: „In editis manifesto vitio legitur: *et l. et quia eod.* (*ti*) *si*" et emendari iubet *pec. et quia si*, optime. Vid. Vet. Coll. l. c.

h) Vet. Coll.: *eum — teneri* et des. in Cod. Par. vv. *licet p. s.*

i) Vet. Coll.: *intra et L. Quum ultra.* Hanb. obs. „Hodie *L.* 9. quae tamen nihil de ea re continet. Itaque intelligenda sola *L.* 8." Hug. addit *L. In contractibus* (14.)

k) Vet. Coll.: *Dissentiunt in c. furtiva. Dicunt M. et I. eam nasci ex m.* Cod. Par.: *Dissentiunt f. quam dicit Iac. oriri ex m.* Hug.: *Dissentiunt — Ia. descendere ex m.* Haub. em. *non esse ex m.* cf. not. o. ad §. 11, ubi haec: Abest quidem negatio ab edd. sed necessario supplenda, iudice etiam *Wenckio* l. l. §. 11. p. 159. sq. Ceterum in hac sententia omnia sunt confusa, et nomina interpretum, et legum pro quaque opinione militantium testimonia. Neque vel *Azo* in Summa Codicis tit. de Condict. furt. vel glossa ordinaria *ad L.* 7. *D. eod.* quidquam auxilii praestant, quippe ipsam quidem controversiam, minime vero interpretum nomina, commemorantes. Proxime rem ferit *Placentinus*, cuius in Summa Codicis tit. de Condict. furt. p. 142. ed. Mogunt. anni 1536. f. haec sunt

nibus, quia non solum actiones ex furto facto in peculium dantur, ut[m]) *D. de Peculio* (15, 1.) *L. Licet* (3.) §. *Ex furtiva* (12.). Et quia hic[n]) non sequitur caput servi manumissi, ut *D. de Condict. furt.* (13, 1.) *L. Si servus* (14.) §. *ult.*[o]). Et quia tantum rei[p]) persequutoria est, ut *D. eod. L.* (7.) *Si pro fure*, et quia in heredem datur in solidum, etsi nihil ad eum pervenit, ut *D. eod. L. Si pro fure.* (7.) §. *Condictio* (2.). Et, si plures surripiant et unus[q]) praestiterit solidum, ceteri excusantur[r]), ut *C. eod.* (4, 8.) *L.* 1. *Martinus* et *Iacobus* contra; nam dicunt ex delicto esse, ut res amotae[s]), ut *D. Rer. amot.* (25, 2.) *L. Si mulier.* (21.) §. *ult.* Nam rerum amotarum actio est ex maleficio et de peculio datur, ut *D. eod. L. Et ideo* (3.) §. *ult. D. eod. L. Licet (ult.)*[t]). In heredes mulieris[u]) datur condictio furtiva, etiamsi nihil ad eos pervenit. Datur in heredem[v]), ut *C. Rer. amot.* (5, 21.) *L. ult.* Unde non esse mirandum dicunt, si per omnia non servat naturam actionum ex delicto venientium, quum alias inveniatur, si servus minorem circumscripserit, tenetur dominus, sicut pater de peculio. Si ex peculio non satisfiat a

---

verba: „... *subiicitur de condictione furtiva, quae actionem sumit a fure, licet non oriatur ex furto, tamen, quia non est ex maleficio. Videamus itaque unde nascatur ... non enim nascitur ex contractu vel quasi, quod noxaliter datur, ut D. eod. L. 4. et quia in peculium datur, ut D. eod. L. penult. Non nascitur ex maleficio vel quasi, quia non persequitur poenam, et quia datur in heredem, etiamsi nihil ad eum pervenerit, ut D. eod. L. penult. et L. In condictione, quia liber factus hac condictione non tenetur, ut D. eod. L. Si servus, quia res subrepta et eius aestimatio ab uno fure praestita socios liberat, ut C. eod. L. 1. Socii tamen socio nullo tenentur iudicio, quia maleficiorum et nulla et foeda est communio.*" — Vet. Coll. et Hug. tollunt omnem dubitationem.

l) Vet. Coll.: *Alii ex variis causarum figuris his.*

m) Vet. Coll.: *non solent actiones* (des. vv. *ex furto facto*) *in peculium ex maleficio dari, ut D. de His qui deiec. et effud.* (9, 3.) *L.* 1. §. *Cum servus* (8.); *sed haec datur, ut;* sed in Cod. Par. om. *L.* 1, §. 8. et §. 12. citt.

n) Haub. em. *haec*, recte.

o) Haub.: „*In recentioribus est ipsa L.* 15.

p) *rei* deest in Cod. Par.; idem Cod. mox *etiamsi.*

q) Vet. Coll.: *surripiunt unam rem et unus.*

r) Vet. Coll.: *liberantur.*

s) Leg. *ut actio rerum amotarum.* In Vet. Coll. des. vv. *ut r. amotae.*

t) Vet. Coll.: *et D. de Peculio* (15, 1.) *L. Licet* (3, §. 12.).

u) Haub. em. *furis;* retin. *mulieris.* Vid. Vet. Coll. l. c. not. c.

v) Vet. Coll.: *ad eum perveniat, ut D. eod.* (25, 2.) *L. Contra* (6.) §. *ult.* (4.) *sed rerum amotarum actio etsi nihil ad eum perveniat, datur in h.* Haub. em. *heredem mulieris.* Leg. *sed r. a. in quantum ad eum pervenit, datur in heredem mulieris.*

domino, aut liberatur x), aut noxae deditur servus, ut *D. de Minor.* (4, 4.) *L. Quodsi* (24.) §. *Si servus* (3.). Haec actio y), quae nomine servi minori z) in dominum datur, ex suscepto negotio originem trahit a), et tamen noxaliter datur, ut *D. Si mensor fals. mod. dix.* (11, 6.) *L. Haec actio* (4.) b). Nam frequens est, extra regulam aliquid inveniri.

§. 13.

Controversia c) est in actione de peculio d); dicit enim *Martinus*, de peculio non esse propriam actionem, argumento illius *Legis* 1. *D. de Eo, quod cum eo, qui in alien. potest.* (14, 5.) et *Inst. eod.* (4, 7.) §. *In rem* (4.) e). Ubi dicitur: „*una est actio, qua de peculio, et qua f) de eo, quod in rem domini versum est, agitur,*“ et ex eo dicitur g), depositi nomine dominum conveniri de peculio, veluti h) depositi de peculio, mandati de peculio, ut *D. de Pecul.* (15, 1.) *L.* 3. et *L. Si servus* (17.) *L. Depositi* (5.). *Alii* i) contra; dicunt enim esse propriam actionem de peculio k) et per se, ut *D. de In rem verso* (15, 3.) *L.* 3.

§. 14.

Contraria sentiunt in actione venditi; nam *Bulgarus* dicit l), nomen posse vendi et solidum exigi, si nihil simulate m) intercedat. *Iacobus* contra; dicit enim, simulatam venditionem nullius fore momenti, sed ex vera venditione n)

---

§. 13. *Vet. Coll.* §. 44. *Hug.* §. 403.
§. 14. *Vet. Coll.* §. 45. *Hug.* §. 249.

x) Vet. Coll.: *verberatur.*

y) Vet. Coll.: *Si servus. Sed in factum actio.* Hug.: *servus et in f. a.*

z) Vet. Coll.: *servi mensoris;* sed Cod. Bon.: *manumissoris.* Cf. *L.* 3, §. 6. *cit.*

a) Vet. Coll.: *ex negotio gesto originem.*

b) Pon. *L.* 3, §. 6. Vid. Hug. l. c. Sequentia desunt in Vet. Coll.

c) De discrepantia librorum mss. et impressorum in h. §. vid. Vet. Coll. §. 44. not. n.

d) vv. *Controversia — in:* des. in Vet. Coll., quae ita incipit. *M. dicit*, om. v. *enim.*

e) In Vet. Coll. om. *L.* 1. *D. cit.*

f) *qua* deest in Vet. Coll.

g) *eo, quod dic.* Vet. Coll.

h) Vet. Coll.: *de peculio, sive agendum actione ex contractu de peculio, veluti.*

i) Vet. Coll.: *L.* 3., *et ut D. de In rem verso L.* 3. *Alii;* Cod. Par. et Hug.: *L.* 3, §. *Si servus* (8.)

k) Sequentia des. in Vet. Coll.

l) Vet. Coll.: *Contra s. in a. vendita, n. dicit B.;* sed Cod. Bon., om. vv. *Contraria — nam,* sic: *B. d., nō tn. posse — simulatum intercessit. Ia. contra dicit, nam simulatam etc.*

m) Vet. Coll. et Hug.: *simulatum.*

n) Cod. Bon.: *mom. et ex no-*

non in amplius posse agi, nisi quatenus [o] datum est [p], ut *C. Mandati* (4, 35.) *L. Per diversas* (22.).

§. 15.

Nec ad eamdem adcedunt sententiam circa *Legem Si rem* (29.) *D. de Evict.* (21, 2.). Nam probat *Martinus* [q], quum aliquis rem alienam a non domino emit [r], et traditam sibi ab eo postea resciscit esse alienam, quod [s] non teneatur venditori de pretio, ut *D. de Evict.* (21, 2.) *L. Si vendideris* (9.) indulgendumque sit ei, qui bonam fidem agnoscendo calumniam evitans eas a domino redemit. *Iacobus* tamen adfirmat, eum, qui traditam sibi rem a non domino, postea alienam comperiens, de pretio omnimodo teneri, ad quod coepit esse obligatus [t].

§. 16.

Dispares sunt sententiis in probationibus; nam [u] *Iacobo* videtur, quod etsi actori ex necessitate incumbat onus probandi, quod intendit, tamen, si reus velit in se hoc oneris transferre, mos sit ei gerendus, ut *D. de Probat.* (22, 3.) *L. Circa* (14.), ne videatur, quod eius favore introductum est, scilicet, ut actor probet, necessario ad eius laesionem retor-

---

§. 15. *Vet. Coll.* §. 46. *Hug.* §. 413.
§. 16. *Vet. Coll.* §. 47. *Hug.* §. 418, 419.

minis venditione. Hug.: *sed et ex v. v.*

o) v. *agi* om. in Cod. Par.; Cod. Bon.: *non* (deest *in*) — *nisi quantum d. est.*

p) Vet. Coll. add.: *applicitis tamen usuris.* De Hug. vid. Vet. Coll. l. c. not. b.

q) Cod. Bon.: *Martinus dissentit in quadam L. D. de Evict.* (21, 2.) *Si rem* (29.). *Nam dicit M.;* Cod. Par.: *Dissentiunt M. in etc.* Hug.: *Dissentiunt in quadam etc.*

r) Vet. Coll.: *a n. d. emerit.* Cod. Par.: *a condomino e.*

s) Vet. Coll.: *et tradita sibi possessione cognoscens, eam esse alienam, a domino redemerit, quod.* Hug.: *et traditam possederit, postea cognoscens, eam e. a., a non domino redemerit, quod.*

t) Vet. Coll.: *ei, qui* (om. vv. *bonam fidem agnoscendo*) *cal. evitavit* (des. vv. *eas. a d. redemit*). *Iacobus dicit, tradita possessione alicui a n. domino* (om. *postea al. comp.*) *de pr. omnim. eum teneri, ad quod sine distinctione coepit e. obl.* Hug.: *L. Si fundum et L. Si vendideris — indulgendum enim adserit ei, qui etc.* Sequentia vitiose scripta sunt ap. Hug.; Cod. Bon.: *indulgendumque adserit ei* et in Cod. Par. des. vv. *de pretio — evitans.* Wenck. post v. *comperiens* interponi vult vv. *denuo emerit*, aut *a domino emerit.* Tale quid Supra, post v. *alienam* excidisse, novimus ex Vet. Coll. et ex Hug. Leg. *comperit* pro *comperiens.*

u) vv. *Dispares — nam* des. in Bon. Cod.; Cod. Par.: *Dissentiunt prob.; nam.*

queri, quod sane contingeret, si, quum ipse probare vellet, non audiretur [v]). *Alii* contra; dicunt enim, si non defuerit probatio actori, ex multis Legibus, quae adtestantur, actorem probare debere, et dicunt, speciale esse in libertate, quod dicitur *D. de Probat.* (22, 3.) *L. Circa* (14.) et *de Liberali caussa* (40, 12.) *L. Divi Fratres* (27.) §. *Si ea* (1.) [x]).

§. 17.

Discordant [y]) in quadam *Lege C. de Iur. et fact. ignor.* (1, 18.) *Quum testamentum* (8.), ubi dicitur, „*quum testamentum nullo iure constiterit* [z]), *ex eius, qui ab intestato successit, professione sola profitentis libertos per errorem velut ex testamento, quum nullum adcessit defuncti iudicium, non posse constitui libertinos proprios vel orcinos* [a]).“ Si ergo non per errorem protestata fuerat [b]) eos liberos, tacito pacto argumentatur *Iacobus* eos posse tueri, ut libertate fruantur [c]), quum forte liberi non sint, usus clausula domini *Irnerii* [d]), qui dicit: *ex ignorantia deficit id, quod a sciente fieret, ut hic fuit pactum alias delictum. Alii* contra; pariter enim dicentes haberi scienter et ignoranter factum [e]).

§. 18.

Interest nonnihil inter illorum sententias; nam [f]) *Iacobus* fatetur, aliquem in possessionem ex caussa damni infecti

---

§. 17. *Vet. Coll.* §. 48. *Hug.* §. 4.
§. 18. *Vet. Coll.* §. 49, 22. *Hug.* §. 424, 142.

v) Vet. Coll.: *Iacobus dicit*, q. *licet actor n. ex probare debeat, quod-se onus probationis transferre, mos ei ger. est, ut — est, videlicet, ut a. nec. pr., ad e. l. inventum, quod esset, si etc.*

x) Vet. Coll.: *Alii c. d., sine distinctione probationem ex m. L., quae hoc clamant, ad actorem pertinere debere — et D. de Lib. c. L. Cui.*

y) Cod. Bon.: *Ia dissentiunt.* Cod .Par.: *Dissentiunt Ia.* An: *Diss. a Iacobo?*

z) Cod. Bon.: *constat* et om. *ubi dicitur.*

a) Vet. Coll.: *ex s. pr. e., q. succ. ab int., pr. p. err. lib., velut — nullum antecessit — libertos pr. v. orc.*

b) Haub. corr.: *professus fuerit.* Vet. Coll.: *professa fuerit*, sc. Dionysia, cui Impp. rescripserunt in L. 8. C. cit.

c) Leg., ut in Vet. Coll., *eos posse se tueri in libertate, quasi libertate fruantur.* vv. *pacto* et *Iacobus* des. in Cod. Bon.

d) Vet. Coll.: *Guarnerii.* Hug.: Y. Vid. Vet. Coll. l. c. not. y.

e) Vet. Coll.: *hic* (om. *fuit*) *pactum — pariter* (om. *enim*) *haberi scientes et ignorantes, dicentes, ius sive factum.* Haub.: „Haec ipsa verba codici Bononiensi (sc. Colleg. Hisp.) Tractatus inscripti: *Diversitates Dominorum*, inesse testatus est *Sartius* Adpend. Monument. T. I. P. II. p. 64. Spectat huc *gl. ad L. 8. C. de Iuris et facti ignor.*“

f) Vet. Coll.: *Martinus et Iac.*

missum possidendo ex secundo decreto dominium capere usucapione, sive dominus fuit, qui noluit cavere, sive non, ut *D. de Damno infecto* (39, 2.) *L. Praetoris* (5.) et *L. Si finita* (15.) §. *Si de vectigalibus* (26.) *L. Damni* (18.) §. *Non solum.* (15.). *Alii* refragantur huic sententiae, distinguentes, utrum dominus voluerit cavere[g]), an non dominus, ut si dominus non sit, sit locus supra dictae sententiae, ut *D. de Damno infecto L. Hoc amplius* (9.) §. *Quaesitum* (4.). Si vero dominus fuerit, censent, dominium omnino transire ad possessorem, ut *D. Communi divid.* (10, 3.) *L. Etsi* (8.)[h]).

§. 19.

Diversarum sunt sententiarum in literis aureis[i]) positis in aliena charta vel membrana; siquidem *Iacobus* sine distinctione dicit[k]) cedere chartis, *Alii* vero ita demum cedere chartis dicunt, si pretiosiores sunt chartae, et hoc adserunt argumento tabularum[l]); de hoc vide in *Inst. de Rer. divis.* (2, 1.) §. *Literae quoque* (33.) et *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. In rem* (23.) §. *Sed et id* (3.) et *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) *L. Qua ratione* (9.) §. *Literae* (1.).

§. 20.

Dissident in pictura posita in aliena tabula; nam quum factus sit dominus, qui tabulam pinxit, habet directam rei vindicationem etiam adversus dominum, vel si paratus est, pretium tabulae solvere, simili modo sine distinctione datur utilis vindicatio domino tabulae parato solvere pretium picturae. Adserunt quoque[m]), hunc esse casum, in quo deterioris

---

§. 19. *Vet. Coll.* §. 50. *Hug.* §. 450.
§. 20. *Vet. Coll.* §. 51. *Hug.* §. 451.

dicunt, om. vv. *Interest — Nam;* sed Cod. Par.: *Dissentiunt de damno infecto.* Nam *dicit Ia.* Similiter etiam Hug.

g) Vet. Coll.: *Alii contra et distinguunt, utrum d. noluit cavere.*

h) Vet. Coll.: *An non dominus, et si dominus noluit cavere, omnimodo transit ad possessorem dominium, ut D. de Damno infecto L. Si finita* (15.) §. *Si de vectigalibus* (26.) *Si non dominus* (om. *sit*), *sit l. s. sent., ut D. — Quaesitum et D. Comm. div. etc.* De Hug. cf. Vet. Coll. not. h.

i) Vet. Coll.: *Bulgarus et Iacobus dissentiunt in lit., licet aureis.*

k) Vet. Coll.: *membrana; nam sine d. dicunt.*

l) Vet. Coll.: *membr. Martinus contra; ait enim, ita d. c. chartis, si ch. s. pr., et hoc adserit arg. tabularum* et des. seqq. De Hug. cf. Vet. Coll. l. c. not. i.

m) Vet. Coll.: *Dissentiunt in* (Cod. Par.: *Dissentiunt Ia. et*

conditionis est possessor, postquam petitor dicit, se dominium tabulae [n]), offerendo pretium picturae, petere, nisi [o]) dominus picturae paratus fuerit solvere pretium tabulae, ne videatur deterioris conditionis esse, quum possideat, quam is, qui petit; et uterque argumentatur *L. Qua ratione* (9.) §. *Literae* (1.), in *Gloss. verb. Directam D.* [p]) *de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) et *Inst. de Rer. divis.* (2, 1.) §. *Si quis in aliena tabula* (34.) et in *Gloss. verb. Imposuit ibidem* [q]).

§. 21.

In eo etiam non consentiunt, utrum pactum de evictione sit de natura contractus [r]); et probat *Martinus*, esse locum contractui, nam [s]) dicit, id pactum esse de substantia contractus, sine quo contractus esse non potest, veluti pactum de augendo, vel diminuendo pretio, evictionem vero perpetuo de [t]) adminiculis esse dicit, et non de substantia contractus, ut *D. de Contrah. emt. et vend.* (18, 1.) *L. Pacta conventa* (72.). Quum etiam non in omni venditione oporteat duplam promitti, veluti in minimis, sed de his rebus, quae essent pretiosiores, veluti si margarita sit, aut ornamenta pretiosiora, vel vestis serica, vel quid aliud non contemtibile venierit, ut [u]) *D. de Evict.* (21, 2.) *L. Emtori.* (37.).

---

§. 21. *Vet. Coll.* §. 52. *Hug.* §. 407.

B. in, quorum glossatorum dissensiones de h. quaest. profert Hug. Fortasse leg. *Dissentit Bulgarus in*) — *dominum* (om. *vel*) — *solvere. Simili m. s. d. dant* (leg. *dat*) *utilem rei vindicationem domino* — *adseruntque* (leg. *adseritque*).

n) Vet. Coll.: *possessor* (om. *post*) *quam petitor. Martinus et Iacobus dicunt, dominum tab.*

o) Vet. Coll.: *petere posse, nisi.*

p) Vet. Coll.: *esse is, qui possidet* — *utrique argumentantur per quandam L. positam in D.*, om. vv. *Literae* — *Directam.*

q) Vet. Coll.: *dom. Qua ratione* (9.) §. *Sed non* (2.) *et in Inst.* — *tabula* et des. seqq. De Hug. vid. Vet. Coll. l. c. not. p.

r) Vet. Coll.: *In eo e. dissentiunt - contractus.* In Cod. Bon. des. vv. *In* — *consentiunt* et exstant vv. *utrum* — *contractus* in inscriptione §phi.

s) Vet. Coll.: *et dicit M. esse. Iacobus contra, nam*, pro *esse locum contractui*, ad quae vv. Haub. iure adnotat: „Num *alienum?* Certe *locum* nullo modo ferendum est."

t) Vet. Coll.: *id pactum de natura, id est de s. c. esse, sine* — *possit, veluti* — *pretio, ut evictio praestetur de.* „Edd. male *in* pro *sine*" Haub.

u) Vet. Coll.: *conventa; quum* — *duplam praestari, veluti* — *pretiosiora* (om. *vel v. serica*) — *contemtibile* (om. *venierit*), *ut.* Hug.: *duplam praestari, ut in m., s. de* (om. *his* et *quae essent*) *pretiosioribus rebus, veluti* — *pretiosiora v. vestis regalis vel - contemtibile* (om. *venierit*).

§. 22.

Certant in eo, utrum sit idem, scilicet si pactum fiat in continenti, tam in bonae fidei iudiciis, quam stricti iuris, hoc est, novam pariat actionem et veterem informet; et *Martini* sententia est[v]): in bonae fidei iudiciis pactum in continenti factum novam[x]) parere actionem, sc. praescriptis verbis, et veterem informare, sc. ex contractu, ut *C. de Pact.* (2, 3.) *L. In bonae fidei* (13.) et *D. de Pact.* (2, 14.) *L. Iuris gentium* (7.) §. *Quin imo* (5.). Sed *Iacobus* ab hac sententia longe abest, dicendo, idem esse[y]) in stricti iuris, quod in bonae fidei iudiciis, ut et novam pariat actionem pactum factum in continenti, in stricti iuris iudiciis faciat praescriptis verbis actionem, et[z]) veterem, quae fuerat, informet. Argumentum autem suum pro hoc prodesse[a]), ut *C. de Pact.* (2, 3.) *L. Petens* (27.) et *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Lecta est* (40.). Illas *Leges*, quae loquuntur in bonae fidei iudiciis, determinat, quasi non videatur loqui[b]) ad differentiam stricti iuris iudicii, sed quia[c]), quum essent bonae fidei, videbatur, quod pactum etiam ex intervallo factum debeat novam parere actionem et veterem informare, quod removet[d]).

§. 23.

Dissentiunt in eadem *Lege* [e]) *C. de Pact.* (2, 3.) puta *L. Petens* (27.) [f]), quae dicit, aliquem petere posse ex stipula-

---

§. 22. *Vet. Coll.* §. 53. *Hug.* §. 10.
§. 23. *Vet. Coll.* §. 54. *Hug.* §. 13.

v) Vet. Coll.: *Dissentiunt in eo, u. s. idem* (om. *scilicet*), *si — iuris ad hoc, ut novam — et dicit Martinus, in.*

x) Vet. Coll.: *factum, sive sit de natura contractus, sive non, novam.*

y) Vet. Coll.: *sc. ex eo contractu —* §. *Sed cum* (4.) *I. d. ṗ* (leg. *idem.* Vid. Vet. Coll. l. c. not. g.) *dicit in stricti iuris iudiciis, si pactum sit de natura contractus; si vero extra, dicit, tantum novam parere, scilicet praescriptis verbis, veterem non informare. Iacobus* (des. vv. *sed* et *ab — abest*) *autem dicit, idem esse.*

z) Vet. Coll.: *iudiciis, scilicet pr. verbis* (om. *actionem*), *et.*

a) Haub.: „Locus pessime corruptus, quem restituere non audemus". Restituit Vet. Coll., ubi haec: *informet, et argumentum* (om. *autem*) *s. p. hac sententia facere C.*

b) Vet. Coll.: *illasque Leges — iudiciis sic determinat, q. n. videantur.* Cod. Bon.: *determinant.*

c) Ed. a. 1537.: *iudicii, scilicet quia.* Vet. Coll.: *iuris* (om. *iudicii*), *sed quia.*

d) Vet. Coll.: *quum esset — deberet etc.* Cod. Bon.: *pactum non ex i. factum non deberi novare actionem etc.* Hug. vid. in Vet. Coll. not. n.

tione, quae sequuta est gratia servandi pacti[g]), seu antecessit pactum, seu post statim sit interposita. *Iacobus* adfirmat, quod illud *statim* non debeat intelligi ad differentiam, sive postea fiat non statim, licet sic evenerat, vel subaudiendum[h]) ibi maxime *statim*, et hoc eo[i]) argumento, quod valeat stipulatio, si dicam: promittis mihi, quod cras erit iudicatum? *Martinus* hanc *Legem* explicat, quod aliud sit, quum[k]) pendet stipulatio ex arbitrio contrahentium, aliud, quum arbitrio iudicis, et dicit, *statim* accipiendum in propria significatione, quoniam continuus actus desideratur in stipulatione, ut *D. de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Continuus* (137.)[l]).

§. 24.

Contraria[m]) sentiunt in *L.* illa *Filiusfamilias* (9.) *D. de Act. et oblig.* (44, 7.), quae dicit, filiumfamilias suo nomine nullam habere actionem, nisi iniuriarum, et quod vi aut clam, depositi et commodati. Dicit *Martinus:* illas quatuor habet directas, multas vero alias habet utiles, ut *D. de Iudic.* (5, 1.) *L. Si longius* (18.) §. 1. Actiones etiam in factum filius scilicet potest exercere, ut *D. de Act. et oblig. L.* 3. et *L. In factum* (13.). *Iacobus* adserit, quod illas quatuor suo nomine habet, et nullas directas, sed quia non inveniuntur utiles, quae ei competant, dicit, eum non habere directas suo nomine, sed a Praetore tribuendas.

§. 25.

Diversi sunt in dote a patre profecta; nam soli *Martino*

---

§. 24. *Vet. Coll.* §. 23. *Hug.* §. 434.
§. 25. *Vet. Coll.* §. 55. *Hug.* §. 269.

e) Cod. Bon.: *Indulgendum ei, qui dissentiunt in L.*; v. *eadem* abest a Vet. Coll. et mox v. *puta.* Hug.: *Dissentiunt in quadam L. eod. tit. petens.*

f) In Cod. Par. om. *L. Petens.* Cod. Bon.: *de Pactis* (2, 3. *L.*) *Si pacto* (14.) Leg. *L. Petens.*

g) Cod. Bon.: *placiti,* quam lectionem recepimus moti L. 27. C. de Pactis.

h) Vet. Coll.: *Iacobus dicit — si postea n. f. s., sed sic etc.* Hug.: *Dicit enim Iac., quod — debet — post — sed sic evenit, v. subaudies.*

i) Hug.: (om. v. *ibi*) *maxime statim, quum idem sit ex intervallo et* (om. *hoc*) *eo arg.*

k) Vet. Coll.: *quod valet — Legem determinat etc.* Hug.: *iudicatum? B. et M. h. L. determinant.*

l) Cod. Bon.: *aliud sit* et deest v. *quum.* Cod. Par.: *aliud est, quum — aliud que quum.* Cod. Par.: *ex arg.* De extrema §. vid. Vet. Coll. not. x.

m) Haec quaestio aliis verbis legitur in Vet. Coll. l. c., ubi etiam proposuimus textum Hugolini, eum Rog. fere congruentem. Ed. a. 1537.: *quod vi et clam.*

placet, redire ad patrem, liberis non exstantibus, debere; et hoc n) probat ex *L. Illam* (19.) *C. de Collat.* (6, 20.), quae dicit, nepotes conferre debere dotem suis patruis, vel avunculis, volentes venire ad successionem. Colligit o) ergo ex illa *Lege*, quod, filia defuncta in matrimonio liberis exstantibus, si patri competeret actio, non omnimodo cogerentur nepotes ad collationem. Unde constat, quia possunt conferre, et debent, si volunt successionem auctam et dotem habere praecipuam, hoc est, si caussam spernunt, et quia proprium patrimonium est filiae, ut p) *D. de Minor.* (4, 4.) *L. Denique* (3.) §. *Sed utrum* (4.) *D.* q) *de Pact. dotal.* (23, 4.) *L. Pacta conventa* (3.) et *L. Inter socerum* (26.) §. *Quum inter* (2.) et *L. Si pater dotem* (12.). *Alii* longe lateque absunt ab hac sententia; dicunt enim, dotem profectitiam omnimodo patri restituendam, non habita distinctione existentium liberorum r), ut *C. Soluto matrim. dos* s) (5, 18.) *L. Dos.* (4.) et *C.* t) *de Rei uxor. act.* (5, 13.) §. *Sileat* (5.), et quia iure succursum est patri, si filia amissa succedat u), et reddatur ei dos ab ipso profecta, ne et filiae amissae, et pecuniae damnum sentiat, ut *D. de Iure dot.* (23, 3.) *L. Iure.* (6.) et quia per pactum videtur remanere apud virum, non est supersitum liberorum v), ut *D. de Pact. dotal.* (23, 4.) *L. Inter* (26.) §. *Quum inter* (2.) et *L. Si pater.* (12.). Ex utraque parte argumentatur *Martinus*, quod dos x) sit proprium patrimonium filiae, quum etiam peculium dicatur pusillum y) patrimonium servi,

---

n) Cod. Par.: *Contra sentiunt in — solus Martinus dicit, debere redire ad p., tantum l. n. exst., et hoc.* In Cod. Bon. des. vv. *Diversi sunt* et exstant vv. *De d. a p. pr.* in inscriptione §.; Ed. a. 1537.: *quae dicitur.* Vet. Coll.: *debere conferre.*

o) „In edd. *aut colligit etc.* absque sensu. Sed et sequentia vitiis scatent" Haub.

p) Vet. Coll.: *non omnino* (Cod. Bon.: *Colligitur igitur — non omnimodo*) *coarctarentur nepotes — successionem avitam possunt et — si eam avitam successionem spernunt, et quia dos pr. p. filiae est, ut.* Ed. a. 1537.: *patri competet actio.* Cod. Bon.: *et q. pactum matrimonium.*

q) Vet. Coll.: *utrum. Adfirmat hoc etiam ex L. illa D.*

r) Vet. Coll.: §. *Quum inter et D. Soluto matrimonio* (24, 3.) *L. Post dotem* (40.). *Alii vero contra dicunt; nam dotem — distinctione non existentium lib.* Haub. ad v. *Alii* notat „Praeeunte *Bulgaro*".

s) Haub. add. *quemadm. pet.*

t) *et quia silere debet ob liberos retentio*, ut Vet. Coll.

u) Vet. Coll.: *amissa solatii loco succedat.*

v) Vet. Coll.: *virum, nomine superstitum.*

x) Vet. Coll.: *Si pater; ex qua utraque pars argum.; nec obloquitur, si dos.*

y) *pusillum* deest in Vet. Coll.

D. de Pecul. (15, 1.) *L. Depositi* (5.) §. *Peculium* (3.); argumentatur itidem ex quadam *Lege D. ad Legem Falcid.* (35, 2.) *L. Pater* (14.), ubi dicit, in Falcidiae rationem non deduci[z]), etiam si pater hoc petierit, quia dos in hereditate patris non inveniretur, quam ita solvunt: in Falcidia iure institutionis non deducitur, sed in quarta detrahitur lege naturae, ut *C. de Rei uxor. act.* (5, 13.) §. *Quumque* (9.)[a]).

§. 26.

Nec eadem sentiunt in eo, an in stricti iuris iudiciis post litem contestatam usurae[b]) currant ex *L. Vulgo receptum est* (2.) *D. de Usur.*[c]) (22, 1.), quae dicit: „lite contestata usuras currere[d])", adseruntque, eam loqui de iudiciis stricti iuris, quum in bonae fidei contractibus ex mora debeantur usurae, ut *de Usur. et fruct. L. Mora* (32.) §. *In bonae fidei* (2.), quum[e]) si fundus vel homo petitus sit post litem contestatam, omnis caussa sit restituenda, ut[f]) *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Quum fundus* (31.). *Quidam alii* adserunt, illam *Legem* de usuris loqui in bonae fidei iudiciis; *Alii* vero censent, quod illa *Lex* velit post litem contestatam in stricti iuris iudiciis usuras currere[g]).

§. 27.

Nec[h]) in eo consonant, utrum aliquis praescriptione X vel XX annorum dominus efficiatur, et directam habeat rei vindicationem; et *Martinus* dicit, possidentem titulo et

---

§. 26. *Vet. Coll.* §. 56. *Hug.* §. 416.
§. 27. *Vet. Coll.* §. 27. *Cod. Chis.* §. 55. *Hug.* §. 327, 328.

z) Vet. Coll.: *Martinus argumentatur* (om. *itidem*) *ex — dicit, dotem in Falc. ratione non deduci.* Edd.: *ad L. Fal. puta L. Pater.* Cod. Par.: *pater in ubi dicit D. de Collat. L. ult. Dotem.*

a) Vet. Coll.: *quae ita solvitur: — in quartam lege naturae debitam imputatur ut etc.*

b) Cod. Par.: *Contra sentiunt etc.* In Cod. Bon. des. vv. *Nec — eo;* vv. *an — usurae* leguntur in inscriptione §phi. Haub.: „edd. absque sensu *iuris id est p.* et *usuras.*

c) Vet. Coll.: *currant? Martinus et Iacobus dicunt „usuras in stricti iuris iudiciis currere ex illa L.* (35.) *D. de Usur.*

d) Vet. Coll.: *usurae currunt.*

e) Vet. Coll.: *bonae fidei contr. usurae ex m. deb., ut, D. eod. L. — fidei et quum.*

f) Vet. Coll.: *caussa restituatur, ut.*

g) Vet. Coll.: *fundus* (om. *Quidam*). *Alii contra et adserunt, L. illam — iudiciis, nec esse aliquam, dicunt, legem, quae post — usuras dicat currere.*

h) Haec quaestio brevissimis absolvitur in Vet. Coll., quam vide l. c.

bona fide X vel XX posse directam rei vindicationem habere ex *L. Si quis emtionis* (8.) *C. de Praescript. XXX vel XL annor.* (7, 39.). Si quidem vindicet, eum dominum esse, quum directa in rem domino competat. *Alii* dicunt, praescriptiones praedictas non esse comparatas ad adquirendum dominium, sed ad hoc, ut quis se valeat tueri praescriptione. Sed uterque dicit quodammodo [i]). *Alii* dicunt, esse die adposita, quam semper in memoria potest habere promissor, *Alii* de interpellatione, a qua semper cavere non potest.

§. 28.

Non convenit inter eos, quum [k]) aliquis promittit quid dare vel facere, etsi non daret poenam [l]), an post interpellationem possit purgare moram; et est sententia *Iacobi*, si promissor interpellatus fuerit, et non solverit [m]), postea offerendo purgare moram non posse, et hoc probat argumento eius, qui certa die promisit, is certe post diem transactam non potest purgare moram [n]), etiam postea volens solvere, ut *C. de Con-*

§. 28. *Vet. Coll.* §. 57. *Hug.* §. 356., 355. i. f., 369. c. m.

i) Haub., praeeunte Wenckio, monet, vv. *Sed — quodammodo* cum antecedentibus plane non cohaerere. Rogerio lucem adfert Hug. §. 327.: *Dissentiunt in eo, utrum quis per XXX annos vel XX vel X efficitur dominus — possidentem cum titulo — annorum, ubi dicit, d. esse e., q. actio d. ei in rem competit. Sed B. et alii — comparatas vel inventas ad quaerendum dominium — v. se defendere praescriptione, quae solet obiici dominium vindicanti, et quia possessor est, dicit, possessorem utilem vindicationem habere. Pro hac sententia videtur facere lex, quae est in D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Si duo* (13.) §. 1. *Sed dominus Iac(obus) dicit, illas possessiones esse inventas ad dominium quaerendum et ad hoc, ut etiam quis valeat se tueri; nam utrumque quodammodo dicit.* Iam videmus, nonnulla in editis omissa esse, alia in locum non aptum translata, velut *Alii — non potest*, quae h. l. desunt, sed paucis mutatis, leguntur apud *Hug.* in extr. §. 356. et sine dubio in Codice, quo usus est Nic. Rhodius, in f. §. 28. exstiterunt. Itaque adsentiendum est Hauboldo, sagacissime observanti: „postrema haec sententia ad proximam quaestionem videtur pertinere". De Cod. Chis. cf. Vet. Coll. l. c. not. r.

k) Vet. Coll.: *Contra sentiunt, quum.*

l) Cod. Bon.: *daret, promisit poenam.*

m) Vet. Coll.: *interpellando offerendo — Et dicunt Bulgarus et Iacobus, si pr. interpellatus* (om. *fuerit et*) *non solverit.* Hug.: *interpellationem offerendo, quod promisit, p. p. moram.* (om. *et*). *Dicunt Iac. et Al'* (Albericus) *et Iob.* (Ioannes Bassianus), *si etc.*

n) Vet. Coll.: *offerendo non posse p. moram, et hoc comprobant argumento illius, qui c. d. promisit, qui* (om. *certe*) *post etc.* In Cod. Bon. des. vv. *et hoc — moram.* Hug.: *promisit aliquid dare,*

trah. et committ. stipulat. (8, 38.) *L. Magnam* (12.). Nam etsi arbiter o) certa die pecuniam dari iusserit, transacto die poena committitur, ut *D. de Act. et oblig.* (44, 7.) *L. Traiectitiae* (23.) §. *De illo.* Quum etiam dies habeatur pro interpellatione, quemadmodum ergo post diem offerendo non p) potest purgare moram, ita nec post interpellationem. *Alii* q) nituntur in contrarium, dicentes, post factam interpellationem ante litem contestatam infra modicum tempus, quum adversarii nihil r) intersit, posse purgare moram, ut *D. de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Si ita quis* (135.) §. 1. et *L. Si insulam* (84.) *L. Interdum* (73.) et *L. penult. D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. Etsi post tres* (8.) *D. de Arbitr.* (4, 8.) *L. Celsus* (23.), quam *Legem Iacobus* interpretatur ita: aliud est s), quum dies adiicitur a partibus, aliud, quum a lege. In supradictis t) *Legibus* dicit poenam non fuisse promissam, et ideo moram posse purgari, quum adiecta poena diversum foret. Nam u) propterea stipulamur, ut unusquisque sibi adquirat, quod sua interest, ut *D. de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Stipulatio ista* (38.) §. *Alteri* (17.) x).

§. 29.

Bulgarus y) longe lateque ab *Aliorum* sententia abest

---

§. 29. *Vet. Coll.* §. 58, 59. *Cod. Chis.* §. 170, 171. *Hug.* §. 364, 365, 366.

quod post — potest transferendo purgare moram et des. seqq.: *etiam — pecuniam dari.*

o) v. *arbiter* deest ap. Hug.

p) Cod. Bon.: *offerendo pecuniam non.*

q) *Alii*, v. g. *Ugo, Martinus.* Cf. Hug., Dist. XVI. in Adc. II. §. 4.

r) Vet. Coll.: *Alii* (om. *nituntur in*) *contra; adserunt enim, post* etc. Hug.: *moram, id est si per stipulationem. Alii contra et dicunt, post etc.* Cod. Bon.: *modicum* (om. *tempus*), *si nihil adv. intersit.* Cod. Par.: *contestatam tamen infra modicum, si tamen adv. etc.*

s) Vet. Coll.: *Iacobus ita determinat, quoniam aliud est.*

t) Vet. Coll.: *aliud, si a lege, in etc.*

u) Sequentia in brevius contracta sunt in Codd. Vid. Vet. Coll. not. n.

x) Cum v. *Alteri* coniungenda est extrema pars §. 27., inde a vv. *Alii dicunt, die adposita etc.* Vid. §. 27. not. i. Hug.: *quas leges dominus Iac. ita determinat: quoniam aliud — aliud, — ideo poenam posse — Nam quum stipulatur etc., ut* (om. *unusquisque — ut*) *D. — Alteri, non inspicitur, quid intersit, sed quae sit quantitas, quae venit in condictione. Alii sic: non dicunt enim esse* (Cod. Par. Hug.: *hic esse*) *diem appositam, quam viventes possint habere promissores et a qua poterit provocari; aliud esse post interpellationem, a qua provocari non potest* (leg. *posse*) *adserunt post Io. le.* (Ioannis lecturam).

y) Haec §. in Vet. Coll. efficit duas §§., §. 58. et 59.

in actione iniuriarum. Nam *Omnes* dicunt z), omnem iniuriarum actionem, sive ex iure praetorio, sive ex legibus venientem, tolli utili anno, et hoc adserunt ex *L. C. Si non* (5.), quae dicat a), eam actionem tolli anno, quum et iniuria, quae metu fiat, utili anno tollatur, ut *D. Quod met. caussa.* (4, 2.) *L. Si cum exceptione* (14.) §. 2. Nam et magistratus, qui sine fraude in ius vocari non potest, si iniuriam quasi privatus fecerit, quod a magistratu abeat, in ius vocari non b) potest, ut *D. de Iniur.* (47, 10.) *L. Nec magistratibus* (32.), quam *Legem* vult *Martinus* specialem, adseritque, actiones praetorias tolli anno continuo; diversum tamen adserit in iniuria facta metu, eam enim, quae venit ex L. Cornelia, vult finiri vita personalium actionum, s. XXX annorum c). Nam quae ex lege proficiscuntur, solent perpetuo competere d), ut in *Inst. de Perpet. et tempor. act.* (4, 12.) *in principio*, quia iniuriarum actio originaliter est praetoria, nam Praetor loquutus est generaliter de omni iniuria e). *Iacobus* dicit, non tam ex lege actionem iniuriarum venire, quam etiam ex iure praetorio, quia Praetor generaliter loquutus est de omni iniuria f). *Martinus* g) tamen reclamat in eadem actione in-

---

z) Vet. Coll.: *Dissentit Martinus in a. i. ab aliis; nam omnes.*

a) Vet. Coll. et Hug.: sive ex lege *Cornelia venientem — L. C. de Iniuriis* (9, 35.) *L. Si non, quae dicit.* Hug.: *ut anno tolli. In hac sententia est Al.* (Albericus) *et hoc — C. de Iniuriis L. Si non* et om. *quae dicat — et iniuria.*

b) Cod. Bon.: *qui sine fraude magistratus est, si iniuriam — quoad de magistratu habeat etc.* Cod. Par.: *quoad magistratum habeat etc.* Hug.: *quoad magistratum pertinet, in i. v. n. p.* Vid. L. 32. cit.

c) Vet. Coll.: *quam* (om. *Legem*) *dicit M.* (Cod. Bon.: *M. quaedam dicit specialia*) — *actionem praetoriam — tamen dicit in i. f. metu, quam anno utili tolli dicit, ut D. Quod met. ca.* (4, 2.) *L. Si cum exc.* (14.) §. 2., *eam vero, quae v. ex L. Corn.* (om. *vult*) *finiri etc.* Cod. Bon.: *ea vero, q. veniunt ex L. finiri et iniuria personalium etc.* Hug.: *praetorias utili anno tolli; div.* Cod. Chis.: *actiones praetorias tolli anno continuo; personales vero, ut quae metus caussa illatae sunt, utili anno sopiri, eam vero — Cornelia*, om. *vult.*

d) Vet. Coll.: *Nam quae actiones ex L. profic.* etc. Hug.: *nam actiones, q. ex L. Cornelia proficiscuntur, sol. perpetuo vivere.* Cod. Bon.: *solas perpetuo.*

e) In Vet. Coll. des. vv.: „*quia — iniuria.*

f) Vet. Coll.: *Iac. dicit — lege eam actionem i. v., quam* (om. *etiam*) *ex i. p., nam praetor gen. de o. i. loquutus est.* Haub. adnotat: „Verba: *quia iniuriarum actio originaliter est praetoria*, glossema redolent, quod margini proximi loci adscriptum videtur in contextum migrasse; et reliqua: *nam Praetor — de omni iniuria*, procul dubio per errorem e sequentibus huc translata sunt.“ Recte, desunt enim haec vv. in Vet. Coll.; Hugolinus autem et Cod. Chis. inde a v. *Ia-*

iuriarum, ut quum iniuriarum agit quis, debeat h) iniuriam iudex aestimare, an pars i), et dicit, quum agitur ex Lege Cornelia k), aestimatio debet fieri a iudice, non a parte, ex *Lege* illa *D. de Iniuriis* (47, 10.) *L. Constitutionibus* (37.), quam *Iacobus* ita intelligit, ut iudex debeat aestimare, nec minus et pars et Praetor consentire debent l).

§. 30.

Opinio *Martini* ab omnium aliorum magnopere est aliena in eo, utrum m) venditor teneatur praecise ad rem tradendam, quam vendidit; et dicit, quum res exstat, cogitur venditor rem tradere, nec est audiendus volens interesse praestare; hoc probat ex *L. Ex emt.* (11.) *D. de Act. emt. et vend.* (19, 1.), quae *Lex* dicit n) (§. 1. 2.): „*quod, quum inter emtorem et venditorem nihil convenit, ea praestentur, quae naturaliter* o) *insunt huius iudicii potestate, et in primis ipsam rem praestare venditorem oportet*, „*id est, tradere.*" Praeterea dicit, „*facere cogitur*", necessitatem in se talem continere, ut, quum res exstat, cogatur omnimodo venditam rem prae-

---

§. 30. *Vet. Coll.* §. 60. *Hug.* §. 409.

cobo novam exhibent §., quae ita legitur ap. Hugolinum: *Praedicto titulo. Dominus Iac. dicit, quod actio iniuriarum originaliter praetoria est et ideo tam ex L. Cornelia quam ex i. praetorio convenire.* (Nam praetor) *Generaliter de o. i. loc. est et ideo anno tollitur continuo, ut C. de Iniuriis. Si non.* (H)*ugo dicit, continuo anno finiri, excepta ea; quae metu descendit, quae utili anno tollitur, ut D. Quod met. ca. L. Si cum, §.* 2. Cod. Chis.: *Dominus Iac*(obus) dicit — *praetorio. Nam — locutus est et actio iniuriarum originaliter praetoria est.*

g) In v. *Martinus Vet. Coll.* orditur §. 59. *Cod. Chis.* §. 171. *Hug.* §. 366.

h) Vet. Coll.: *Martinus contra sentit in eadem a. i., utrum, q. ini. agitur.* Cod. Chis. *ut, quum quis iniuria fecit.*

i) Ita Edd., sed Haub. corr. *non*, Wenck *ac*. Sed v. *utrum*, quod in Vet. Coll. legitur pro *ut*, tollit omnem dubitationem.

k) Cod. Bon. add.: *ad poenam pecuniariam.*

l) Vet. Coll.: *et pars. In praetoria consentiunt.* Cod. Chis.: *iudice et non — aestimare, nihilominus et pars, nisi in praetorem consentiat.* Hug.: *Contra sentiunt in eadem a. i. Dicit enim M., quod q. agitur iniuriarum, d. i. a. i., an pars et dicit: quod, quum agitur iniuriarium praetoria, aestimatio — parte et hoc ex — quam dominus Iac. dicit sic esse intelligendam, ut — minus al'* (alias) *unius pars. Sed in praetoria sentit cum eo.*

m) Vet. Coll.: *Dissentit M. ab omnibus, utrum.*

n) Vet. Coll.: *et dicit, quoniam, quum res exstat et possibilitas tradendi, cogitur — hoc quod adprobat ex illa L. D. — vend.* (19, 1.) *Ex emto, quae* (om. *Lex*) *dicit.*

o) v. *naturaliter* deest in Vet. Coll.

stare, ex alia *Lege* eiusdem tituli, quae dicit p): „*si quis rem alienam vendiderit, et medio tempore domino heres exstiterit, cogatur implere venditionem*", et ex multis aliis *Legibus* q), et quia, quum obligatus sit venditor ad rem tradendam, non posse dicit praestando interesse liberari. Si potest liberari, quaeritur, si panem vendideris, te non tradente mihi mortuo fame, quia interesse poterit praestari r). *Alii* contra: adprobant enim, quod dicunt, ex multis Legibus; nam si res vendita non tradatur, ad interesse agitur, ut *D. de Act. emt. et vend.* (19, 1.) *L.* 1. et *C. eod.* (4, 49.) *L. Si traditio* (4.) et *L. Sicut* (12.) *D. de Evict.* (21, 2.) *L. Venditor.* (8.), quam dicit *Martinus* in eo casu loqui, quum res non exstiterit, quod falsum est s).

§. 31.

Contraria t) sentiunt in actione furti, quum ea defertur gratia usus vel possessionis; et est quorumdam sententia dicentium, quum furtum fit gratia usus vel possessionis, interesse duplari vel quadruplari, quod aetas u) suadere videtur, quum animus surripientis talis non sit, ut ipsius rei furtum committere vellet. *Quorumdam Aliorum* sententia est, quocumque modo furtum fiat, si uu) ipsius rei gratia, sive usus, sive possessionis, semper verum rei pretium duplari, quum aliud ut corpus contrectari non potest, et hoc dicit *B.*

---

§. 31. *Vet. Coll.* §. 61. *Hug.* §. 463. *Haub.* praef. p. XIV.

p) Vet. Coll.: *oportet, quod verbum, scilicet oportet dicit* (om. *praeterea* et *facere cogitur*) *in se necessitatem talem habere, ut, quum res exstat et tradi potest, cogetur omnimodo venditor rem — dicit.*

q) H. l. citt. in Vet. Col. *L.* 13, §. 3. *D. de Iurei.*, L. 21. D. de *Hered. v. act. vend.*, L. 12. D. *de Religiosis.*

r) Vet. Coll.: *tradendam dic., non p. lib. praest. int. Quaerit etiam Martinus, si panem — quod interesse p. pr.* Edd. *tradenti;* Haub. em. *tradente.* Idem, praeeunte Wenckio, legi iubet *quomodo* pro *quia.* et ad h. l. conferri vult L. 21, §. 3. D. de Act. emt. et vend. Mox Edd.: *Si tradidero* pro *Si traditio.*

s) Vet. Coll.: *Alii contra: nam dicunt, quod si noluerit venditor rem tradere, si solvat interesse, liberatur et hoc adpr. ex multis — ad id quod interest tenetur, ut — venditor et D. Quib. mod. pig. v. hyp. solv.* (20, 6.) *L. Voluntate,* (10.) *quas — non exstat vel si exstat etc.* Vid. Vet. Coll. §. 60. c. f.

t) Inverso ordine et mutatis verbis legitur haec quaestio in Vet. Coll. §. 61.

u) Ita edd.; Haub., consentiente Wenckio, corr. *aequitas.*

uu) *Si* edd.; Haub. em. *sive.*

v) Haub.: „Retinuimus siglas ex edd. quoniam ambigua est formula, utpote quam legeris vel: *Bulgarus teste Gar.* i. e. *Garnerio* (cui ordini temporis ratio plane adversa-

teste *Gar.* v). Quum et in furti actione non, quod interest, duplatur vel quadruplatur, sed verum rei pretium, ut *D. de Furt.* (47, 2.) *L. In furti actione* (50.) *L. Si quid fur* (22.) x), nisi quid speciale dicatur, ut in lance rasa, ut *D. eod.* y).

§. 32.

In eo etiam differunt, si sola oblatione debiti quis liberetur; et sunt, qui dicunt, quod is, qui paratus est solvere, ita demum liberetur, si consignavit et deposuit, ut *C. de Usur.* (4, 32.) *L. Acceptam* (19.) et *L. Si per te* (9.) *C. de Solut. et liberat.* (8, 43.) *L. Obsignatione* (9.) z). *Alii* sunt, qui credunt, quod si paratus est quis solvere, statim liberatur, idoneo tamen loco a), ex illa *L. D. Quib. mod. pign. vel hyp. solv.* (20, 6.) *L.* 6. §. *Qui paratus est* (1.), quae dicit, quod, qui paratus est solvere, merito liberasse videtur. Consignationem vero et depositionem b) inventam dicit ad inhi-

---

§. 32. *Vet. Coll.* §. 62. *Hug.* §. 244.

tur), vet.: *Bulgaro teste Garnerius* (i. e. *Irnerius*) quod postremum verius est et Wenckio probatur." Cod. Bon.: *'ytea.* Hug.: *teste V. a.* (Alberico). Locus sine dubio suspectus.

x) Haub.: „Haec lex spectat potius ad verba finalia."

y) Scil. L. 22, §. 2. 'Hauboldi coniecturas confirmat Hug., qui haec habet: *Differunt in a. f., utrum deferatur — sententia, ut Martini, quum* (om. *furtum*) *sit — interesse dicitur duplari, quod aequitas — talis* (om. *non*) *sit — — velit. Quorundam vero a. s. est, dicentes, quocumque — fiat, sive ipsius — aliud non pot. contrectari, nisi corpus. Hoc dicit B. teste V.* (Hugone) *a.* (Alberico), *quum* (om. *et*) *in — quadruplatur, ut in lance rasa, sed verum - actione - quid specialiter repperiatur, ut in l. rasa, ut D. eod. Si quid fur.* (22.) §. *ult. Idem dicit Io.* (Ioannes). *Idem dicit Azo, arg. D. de Furt.* (47, 2.) *Qui iumenta* (40.)

z) Vet. Coll.: *qui dicunt* (om. *quod is*): *qui p. e. solvere et creditor accipere sine iusta caussa recusaverit, i. d. liberatur, si c. et d., nec amplius in suos convertit usus, ut — per te et L. Creditrici* (6.) *C. de Sol. etc.* Hug.: *Differunt in eod. Tit. L. Acceptam, utrum oblatione — quod* (om. *is*) *— ut in praedicta L. dicitur, si constat, partem vel non stetisse* (vel) *non stare et ut dicitur C. etc.*

a) Haub. mon.: „verba *idoneo tamen loco* videntur collocanda post solvere, quod praecedit." Dubitationem removet Hug.: *ita demum* (pro *statim*) *liberatur, si hoc faciat idoneo tempore et loco, arg. ex — L. VII alias VI.* Vet. Coll. sic: *Alii contra; dicunt enim, quum quis paratus est* (om. *qui*) *solvere — loco et tempore.*

b) *liberasse.* Haub. add. *pignus.* Vet. Coll.: *merito pignus liberasse videtur etc.* et sequuntur multa, quae vid. in Vet. Coll. l. c. Hug.: *merito dicitur pignus liberasse, et dicunt, cons. vel depositionem inv. ad.*

bendum cursum usurarum, ut ex supradictis *Legibus C.* colligi potest c).

§. 33.

Dissentiunt in eo, utrum in donatione praestetur evictio d); et dicit *Martinus* sine distinctione, quod, si quis donaverit rem alienam, ea evicta omnimodo teneatur. *Iacobus* dicit, ita demum eum teneri, si non a datione, sed a praecedenti pactione donatio coepit, quo casu fuit condictione ex *Lege Si quis argentum* (35.) *C. de Donat.* (8, 54.) obligatus, quae compellit donationis caussa rem tradere; non autem videtur tradidisse e), qui rem non fecit accipientis, merito ergo conveniri potest, etiam ea evicta non tenetur. Et haec est tertia sententia discrepans a superioribus f). Non est tamen lex, quae dicat, evictionem rei donatae praestandam.

§. 34.

In quampluribus aliis pugnant, sed sua non adprobant dicta Legibus aut argumentis. Differunt enim in *Auth. Ut liceat matri et aviae (Nov. 117.) §. Ad hoc autem (c. 2.)*, ubi dicitur, si aliquis de libera muliere, cum qua poterat habere coniugium, filium aut filiam habuerit, et instrumento publice confecto filios nominaverit, et non adiecerit naturales, huiusmodi filios ius legitimorum habere, et si id uni

---

§. 33. *Vet. Coll.* §. 63. *Cod. Chis.* §. 59. *Hag.* §. 359, 358.

§. 34. *Hug.* §. 271. Casus Auth. Si quis L. 11. C. de Natur. lib. Gloss. v. *Actis* §. ult. Inst. de Adopt. Gloss. v. *Vocante* Nov. 117, c. 2. Huius quaestionis nullam est vestigium in Vet. Coll.

c) Vet. Coll.: *C. de Usuris coll. p.* Hug.: *ut in praedicta L. C. adparet.*

d) In Cod. Par. des. vv. *Dissentiunt — evictio*; in Cod. Bon. vv. *Dissentiunt in eo* et leguntur sequentia in inscriptione §phi sic: *utrum co. sit praestanda in d.*

e) Vet. Coll.: *Iac. et Bulgarus dicunt — donatio coeperat, q. c. fuit obligatus condictione — de Donat., quae c. donatorem rem tradere.*

f) Haub. ad v. *tenetur:* „Referri haec debent ad tertiam sententiam, de qua statim. Unde quaedam hic excidisse recte suspicatus est Wenck. l. l. p. 285, cui iungenda, quae monuit Vir Illustris in ipsa de Vacario Comment. §. 11. p. 158. not. *xx.*“ Optime; nam Vet. Coll. haec habet: *non autem videtur rem tradidisse — accipientis, vel non videtur tradita, si quis iure ab eo eam avocaverit, ut D. de Act. emt. et vend.* (19, 1.) *L. Ratio* (3.). *Merito e. c. p.* (om. *etiam ea*), *ut tradatur. Quum vero a datione coeperit donatio, nullo tempore fuit obligatus donator; ideo re evicta non tenetur. De dolo tamen tenetur, si dolum adhibuit, ut D. de Donat.* (39, 5.) *L. Aristo* (18.) §. *ult.* et des. vv. *Et h. e. t. s. d. a superioribus.*

tantum dixerit, ceteri idem ius habebunt, praescriptione pro eis omnimodo faciente g). *Iacobus* contrariam voluntatem testatoris non admittendam sentit. *Alii* contra. Adfirmant enim, praescriptionem ita admittendam, si non adpareat testatoris voluntas contraria h).

§. 35.

Dicit *Martinus*, usuras iure novo non deberi, nisi pro solido siliquam unam, ut in *Auth. Ut null. agric. cred. terram illius ten. (Nov. 34.)*, quam dicit *Iacobus* in agricolis loqui tantum, ut rubrica indicat. Verumtamen *Omnes* adsentiunt, alio novo iure usuras non deberi propter canones, quia nostrae leges non dedignantur sequi sacros canones, ut in *Auth. Ut clerici apud episc. propr. (conven.) in fin. (Nov. 83.)* i).

§. 36.

Varie sentiunt in eo, utrum sola Romana ecclesia centum annorum gaudeat privilegio? et dicit *Martinus*, *constitutionem* positam in *Auth. Ut ecclesia Rom. centum annor. gaud. (Nov. 9.)* generaliter innovatam esse per inferiorem *constitutionem: Haec constitutio innovat. (Nov. 111.)*, ut sine distinctione habeant universae ecclesiae praescriptionem XL annorum. *Bulgarus* vero dicit, quod illa prior *constitutio* innovata sit, non tamen sola ecclesia Romana potest dici hoc privilegio privilegiata, sed sola gaudet praescriptione centum annorum, quae qua ratione dicat, ignoro k).

---

§. 35. *Vet. Coll.* §. 64. *Cod. Chis.* §. 118. *Hug.* §. 243.
§. 36. *Vet. Coll.* §. 65. *Cod. Chis.* §. 122. *Hug.* §. 1.

g) Haub.: „Haec verba et quae sequuntur plane ad aliam quaestionem videntur pertinere. Nam in *Nov.* 117, c. 2. ne verbulum quidem exstat, quod praescriptionem respiciat." Leg. *praesumptione* et mox *praesumptionem* pro *praescriptione* et *praescriptionem*, quam lectionem, a Wenckio in Ephem. Lit. Lips. l. c. propositam, confirmat Hugolinus.

h) Hug.: *C. de naturalibus liberis. Differunt in Auth. — aviae C. Ad hoc autem. Si quis. Posita est in C. de Naturalibus liberis* (5, 27, 11.), *ubi d., quod si quis habet liberos ex muliere lib., c. q. possit habere coniugium, et instrumento p. c. eos filios n., et non adi. n., isti habebunt ius legitimorum filiorum, et si de uno tantum dixit, ceteri i. i. haberent, praesumtione pro his o. f. Dominus Iacobus dixit, talem voluntatem t. n. esse adm. Sed Alii contra et dicunt, praesumtionem esse admittendam*, nisi *c. t. v. adpareat.* De *Azonis* sententia cf. glossa Inst. cit.

i) Vet. Coll.: *Martinus dicit — Ut null. cred. agric. terram illius ten. in Coll. IV.* (om. *quam*). *Dicit. I., in a. tantum loqui rubricam. Verumtamen omnes consentiunt — in fin. V. Coll.*

k) Vet. Coll.: *Dissentiunt in eo*

§. 37.

Varia dicunt in eo, an minor possit adversus venditorem *l*) venire, adversus quem non venire iureiurando firmavit *m*). Dicit *Martinus*, non posse venditorem contra venditionem venire, si facta fuerit decreto, quo casu necessaria

---

§. 37. *Vet. Coll.* §. 66. *Hug.* §. 36.

utrum (om. *sola*) *e. R. g. praescriptione C annorum.* (et des. vv. *et dicit — gaud.* Vid. Vet. Coll. not. ll.) *Auth. Coll. II. generaliter inn. est p. inferiorem* (om. *constitutionem*): *Haec c. innovat constitutionem, quae C annorum praescriptionem dabat. Coll. VIII. Bulgarus: sine d. habent u. e. p. XL annorum. V.* (*Hugo*) *vero — sed* (om. *sola*) *gaudet etiam praescr. o. a.*, *quod q. r. d. i.* Cod. Chis.: *Dissentiunt, utrum* (om. *sola*) *e. R. g. pr. C. a.* (om. *et dicit — gaud.*) *generaliter i. est — innovat constitutionem, quae C annorum praescriptionem locis venerabilibus dabat, Coll. VIII. V.* (*Hugo*) *sine — tamen e. R. sola potest d. pr. h. pr.*, *sed etc.* Hug.: *Dissentiunt in eo, utrum R. e. s. gaudeat spatio vel praescriptione C annorum* (om. *et*). *Dicit M.*, *quod constitutio posita in Auth. Coll. II. Tit. Ut — gaud. priv. C ann.* (om. *generaliter*) *innovata est per i. c.*, *scil. Haec c. innovat in Coll. VIII.*, *ut sine* (om. *distinctione*) *habeant — tamen* (om. *sola*) *ecclesia — quod q. r. d. ignoro.* Sqq. vid. in Vet. Coll. l. c. not. *m*).

l) Haub. em. *venditionem.* et mox quam. In Vet. Coll. des. vv. *Varia — an* et vv. *an — minor*, paucis mutatis, efficiunt inscriptionem §phi.

m) Haub.: De hac famosissima contentione, quae anno 1158. a Friderico I. lege est sopita, adeundi *Brunquellus* Pr. laud. §. 16. in Opusc., p. 321. et, quod historiam Authenticae *Sacramenta puberum* Codici Iustinianeo insertae attinet, prae ceteris *Frid. Aug. Bienerus*, Vir Illustris, Diss. II. Historia Authenticarum Codici r. p. et Institutionibus Iustiniani insertarum (Lips. 1807. 4.) P. II. §. 17. p. 54—56. E veteribus autem interpretibus, qui huius controversiae meminerunt, nemo eam diligentius enarravit *Iac. Alvarotto* in Lectura in Usus feudorum ad Lib. II. tit. 53. §. Item Sacramenta f. 260. ed. Francofurt. anni 1587. cuius verba temperare nobis non possumus, quin hoc loco adiiciamus. *Pro cuius notitia*, ait, *sciendum secundum Doctores, quod iste Imperator Fede. hanc decisionem huius §. ex certa scientia statuit, ut tolleret altercationem opinionum, quae erat inter Bulgarum et Martinum super intellectu Legis primae C. Si adversus vendit. qui* (forsitan *quia*) *Bulgarus intelligebat dictam Legem in minore viginti quinque annis contrahente cum decreto, et firmante dictum contractum iuramento, quo casu non potest amplius contravenire; secus autem si contraheret sine decreto, quia tunc, quantumcumque firmaret dictum contractum per iuramentum, nihilominus posset contravenire ea ratione, quia, quum contractus esset nullus, iuramentum nihil operabatur, ut in L. Non dubium C. de Legibus. Martinus autem intelligebat, quod, etiamsi minor vendat absque decreto, si tamen firmat per iuramentum, quod tunc valeat et non possit contravenire per dictam L. primam, quae simpliciter loquitur. Quae opinio Martini hodie adprobata est per istum textum, dummodo ipse minor sit pubes, ut hic patet. Ex qua opinione concluditur, quod iuramentum habeat* (l. *valeat*) *roborare contractum, sive ipse contractus fuerit de se validus, sive ipso iure invalidus et nullus.*

est restitutio, quae necessaria non esset, si venditor non teneretur. *Iacobus* dicit, illam *Legem* (1.) *C. Si adversus vend.* (2, 28.) generaliter loqui, ut, quocumque modo venditio a minore fiat, decreto interveniente, vel non firmata cum iureiurando, adversus eam non possit venire, ne auctor habeatur periurii, et via aperiatur periuriis per leges, quae periuria puniunt, ea distinctione adhibita, an pupillus sit, qui iuravit, qui non prohibetur adversus iusiurandum venire, quoniam non videtur periurare, qui sciens fallere non videtur, ut *D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Qui iurasse* (26.) n).

§. 38.

Contrarii sunt sibi invicem in his, qui vocant in ius vetitas personas, venia edicti non petita. Et est sententia *Quorumdam*, solum libertum, si ius vocaverit patronum sine impetratione veniae, poena quinquaginta aureorum adfici. *Iacobus* dicit, non solum libertum ea poena teneri, sed etiam filium. Amplius dicit, illam *Legem de In ius vocando* (2, 4.) generaliter loqui, quae dicit: „*in eum, qui adversus ea fecerit, quinquaginta aureorum iudicium datur*, ex qua o) *Lege* colligi potest, omnes illos, quos continent *secunda*, vel *tertia*, vel *quarta LL. (D.) de In ius vocando*, vocantes aliquos in ius adversus edictum Praetoris, ea poena adficiendos p).

---

§. 38. *Vet. Coll.* §. 67. *Hug.* §. 469.

Ceterum hic *Rogerii* locus est ille ipse, e quo *Wenckius* in Comm. de Vacario §. 11. not. z. p. 160. probare voluit, libellum nostrum ante annum 1158. videri conscriptum, quod Viri Illustris iudicium in Praefatione sub examen vocavimus.“ Praeterea Haub. dicit ad vv. *illam Legem etc.*: „scil. L. 24. D. de In ius voc.“

n) *Vet. Coll.*: *Martinus dicit, quod si minor vendidit cum decreto sive sine decreto et iuravit, non posse* (om. *venditorem*) *contra v. v.* (des. vv. *si f. f. decreto*), *quo c. n. est in integrum restitutio, quae — firmata tamen iureiurando — ne principes auctores habeantur p. et v. p. ap. p. leges — an, qui iuravit, pupillus fuerit, qui — venire, quia n. v. periurare, quoniam sciens etc.* De Hug. cons. Vet. Coll. l. c. not. *t*.

o) Haub. add. *in*, quod in Edd. deest.

p) Vet. Coll.: *Contra sentiunt de his — si in ius — Iacobus* (et des. vv. *non — amplius*) *dicit — illos, qui continentur — voc. alium in ius* etc. Hug.: *Contra sentiunt in his, quae vetitas — petita; nam quasi dicat, solummodo libertum in hoc casu puniri Laur. p. et Iacobus — filium et omnes, qui vetitas personas in ius vocant, et dicit, L. D. de — potest omnes* (om. *illos*), *qui tenentur secunda — D. eiusd. Tit. vocando — poena esse adficiendos. Dominus Al.* (Albericus) *per omnia cum Ia.* (Iacobo) *sentit.*

§. 39.

Pugnant utrimque in probatione testium. Nam *Martinus* differentiam facit, utrum sit quaestio voluntatis, quo casu dicit probandum testamentum septem testibus, an sollemnitatis, quo casu dicit posse probari duobus testibus vel tribus. Hoc [q]) quoque adprobat ex illa [r]) *Lege* (2.) *C. de Bonor. possess. secundum tab.* (6, 11.), qua cavetur, posse peti bonorum possessionem ex testamento sine scriptis facto, si numerum testium septem adfuisse probari potest. Quod dicit posse probari duobus testibus, nam ubi numerus testium non adiicitur, ibi duo vel tres sufficiunt, ut *D. de Testib.* (22, 5.) *L. Ubi* (12.). *Alii* contra testamentum adserunt probandum septem testibus, quo plenissime veritas reveletur, ut *C. de Fideicommiss.* (6, 42.) *L. Quaestionem* (32.). Illam vero differentiam, utrum [s]) sit quaestio voluntatis, an sollemnitatis, pro nihilo dicunt [t]) habendam, quum, si heres confiteatur, et ad legis subtilitatem decurrat, omnimodo cogendus sit solvere, ut *Inst. de Fideicommiss. hereditat.* (2, 23.) §. *fin.*

§. 40.

Est sententia *Quorumdam*, §. illum in *Inst. de Obligat. ex quasicontr.* (3, 28.) §. *fin.*, qui dicit, legata indebita soluta venerabili loco non repeti, ita intelligendum, si fuerit legatum relictum in minus perfecta voluntate. *Iacobus* dicit, hoc etiam in quovis privato contingere, quum naturale debitum solvat, quod solutum non solet repeti, sed ita *Bulgarus* illum §. intelligit: etiamsi non praecessit testatoris voluntas, et hoc favore ecclesiae [u]).

---

§. 39. *Vet. Coll.* §. 68. *Hug.* §. 275.
§. 40. *Vet. Coll.* §. 69. *Hug.* §. 461.

q) Vet. Coll.: *Dissentiunt — voluntatis, quam dicit probandam duobus testibus — duobus vel tribus testibus. Hoc.*

r) *illa* deest in Ed. a. 1537.

s) Vet. Coll.: *si num. testium* (om. *septem*) *adfuisse* ad*probari potest, quo casu dicit — duo* (om. *vel tres*) *sufficiunt — Alii contra sentiunt vel adserunt, test. probandum — vero distinctionem, utrum.*

t) Ed. a. 1537.: *ducunt.* Cod. Bon.: *pro malo dicunt* et mox: *adversus sollemnitates.*

u) Vet. Coll.: *Est — Obligat., quae quasi ex contr.* (om. §. *fin.*), quae *dicit — voluntate. Martinus et Iacobus dicunt, hoc — solvatur — ita Legem illam intelligendam, etiamsi — ecclesiarum.* Hug.: *Est autem sent. quor., Legem Inst. de Obl., quae quasi ex contr.* (om. §. *fin.*), *quae dicit, legata relicta venerabili l. n. r., ita esse intelligendam — hoc*

§. 41.

Solet quaeri, si panis mutuo detur, quis contractus sit; et fere *Omnes* dicunt, contractum esse innominatum, scilicet do ut des, sed solus *Iacobus* dicit, proprie non esse mutuum, quia non constat pondere, numero, vel mensura, sed ad instar mutui agendum, scilicet certi condictione, quia is, qui panem mutuo dat, gratiam alii facere intelligitur *v*).

§. 42.

Differunt, utrum in criminalibus sit de calumnia iurandum, quod *Omnes* adserunt, sed *Martinus* contra, ut *C. de Iureiur. propter calumniam* (2, 59.) *L.* 1. Vide *Gloss.* verbi *Quidquam ibidem x*).

§. 43.

Differunt in eo, an quis a me possidere valeat salva materia possessionis *y*).

§. 44.

Differunt in eo, an quis per servum procuratorem manumittere valeat *z*).

§. 45.

Differunt in *L. C. de Iudic.* (3, 1.) *L. Licet* (2.).

---

§. 41. *Vet. Coll.* §. 72. *Hug.* §. 459.

§. 42. *Vet. Coll.* §. 16. *Hug.* §. 65.

§. 43. et §. 44. des. in Vet. Coll. et ap. Hug. De §. 44. vid. *Infra* §. 63. *Vet. Coll.* §. 14. *Hug.* §. 303.

§. 45. *Vet. Coll.* §. 42. *Hug.* §. 88.

idem in quolibet privata c., q. n. d. solverit, repeti non posse (om. *quod solutum*) *sed illam Legem* (om. *Bulgarus*) *sic intelligendum esse,* etiamsi *nulla pr. — favore ecclesiae.*

v) Vet. Coll.: *Solet quaeri in Inst. Quib. mod. re contrah. obl.* (3, 14.) *pr. actio nascitur si — sit? Bulgarus, Martinus et Hugo dicunt — agendum utili certi.* Hug.: *Solet quaeri in Inst. Quib. mod. re contr. obl. si — innominatum tantum, scil. — sed ad instar mut. certi de cond. utili agendum — gratia accipientis hoc fac. intelligitur.*

x) Vet. Coll.: *Bulgarus dicit, quod non sit iurandum de calumnia in criminali caussa* (om. *quod — sed.*). *M. contra — L.* 1. et des. vv. *Vide etc.*

y) Haub.: „Id est, ut succedat in eamdem possessionem, quam ipse tenui. Vid. Viri Summi, *Frid. Car. de Savigny,* Opus immortale: *Das Recht des Besitzes* §. 5. not. 2. p. 26. ed. III. qui etiam huic controversiae, ut innumeris aliis quaestionibus ad difficillimum possesionis locum spectantibus, primus lucem attulit.“

z) Haub.: „Nullum huius controversiae in glossa ordinaria vestigium exstat.“

§. 46.

Differunt in arbitraria, quum quis promittit certo loco[a]).

§. 47.

Differunt in quadam *Lege C. de Pignor.* (8, 14.) *L. Creditores* (3.)[b]). Vide *gloss. verb. Non videntur.*

§. 48.

Differunt in interdicto de itinere actuque privato[c]).

§. 49.

Variant sententiis in malae fidei possessore, qui percipit fructus[d]). Nam *Quidam* dicunt, malae fidei possessorem teneri de fructibus perceptis furti, quia domino rei vindicatione de exstantibus, de consumtis condictione tenetur, ut *C. de Condict. ex lege* (4, 9.) *L. penult.*, et furti tenetur, qui contrectat[e]) rem alienam mobilem animo furandi, licet domino invito, et nihil obviat, quod possessionem non habuerit, ut *D. de Furt.* (47, 2.) *L. Si is, qui rem* (59.), et inducunt has *Leges: D. de Furt. L. Inficiando* (67.) §. *Si colonus* (5.) et *D. Quod vi aut clam* (43, 24.) *L. Si alius* (7.) §. *Notavimus* (5.) *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *L.* 1.[f]) §. *Qui vi a me* (30.) et *D. Depos.* (16, 3.) *L.* 1, §. *Si praedo* (39.), *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Non a iudice* (64.), *D. Fam. ercisc.* (10, 2.) *L. Fundus* (51.) et *D. de Condict. ob turp. causs.* (12, 5.) *L. Idem etsi* (4.), *D. de Furt.* (47, 2.) *L. Sed etsi* (31.) §. *Itaque illud*[g]). *Iacobus* dicit, illum non teneri de fructibus furti,

---

§. 46. *Hug.* §. 139. Haec §. om. in Vet. Coll.
§. 47. *Vet. Coll.* §. 43. *Cod. Chis.* §. 100. *Hug.* §. 351.
§. 48. Haec §. deest in Vet. Coll. et ap. Hug.
§. 49. *Vet. Coll.* §. 70. *Hug.* §. 202.

a) Haub.: „Forsitan huc spectat glossa ordinaria ad *L.* 2. *D. de Eo, quod certo loco* (13, 4.) vv. *Arbitraria actio.*"

b) Sequentia des. in Vet. Coll.

c) Haub.: „Est fortassis controversia, cuius meminit gl. ord. ad *L.* 1. *D. de Itin. actuque priv.* (43, 19.) vv. *An non.*"

d) vv. *Variant — fructus* des. in Vet. Coll.; Hug.: *Dissentiunt in C. de Cond. ex L.* (4, 9.) *L. Mala fide possidens* (3.) *circa malae f. possessorem* (om. *qui p. fr.*) *Nam.*

e) Edd. *contractat.*

f) Vet. Coll.: *Nam quidam dicunt, sicuti Martinus, malae — tenetur, quia c. r. alienam* (om. *mobilem*) *animo lucrandi* (om. *licet*) *domino — inducunt has* (Cod. Bon. *duas*) *Leges — de Vi arm. L.* 1, §. *Illud* (6.) et des. Leges citt. usque ad vv. *Itaque illud.*

g) Haub.: „Eiusmodi §. non ex-

maxime usus hoc argumento, quia quodammodo ex necessitate legis percipit fructus. Alioquin non teneatur de percipiendis, et iniquum est, de his fructibus eum teneri furti, quos ex necessitate legis percipit[h]), et quia furti actio non competit ei, qui non habuit possessionem et dominium, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Fructus* (44.) et *C. de Liberal. causs.* (7, 16.) *L. Si filium* (37.), *D. de Usur.* (22, 1.) *L. Qui scit* (25.) §. *Bonae fidei* (2.) et [i]) *D. de Praescript. verb.* (19, 5.) *L. Si rem* (13.), *D. de Furt.* (47, 2.) *L. Si vendidero* (80.) §. *ult.*, *D. de Crim. expil. hered.* (47, 19.) *L.* 2., *D. de Divers. et temporal. praescript.* (44, 3.) *L. Longae* (3.), *D. Pro suo* (41, 10.) *L. Ancillam* (4.) [k]).

§. 50.

Dissensus est inter eos in alienatione facta a Principe [l]). Nam *Quidam* dicunt, sive Imperator scivit, rem esse alienam, sive ignoravit, illud obtinere, quod dicit [m]) *C. de Quadrienn. praescr.* (7, 37.) *L. Bene* (3.). *Iacobus* dicit, illam *Legem* loqui: quum ignoraverit [n]).

§. 51.

In varias abeunt sententias in eo, utrum mulier praefe-

---

§. 50. *Vet. Coll.* §. 71. *Hug.* §. 323.
§. 51. *Vet. Coll.* §. 1. *Hug.* §. 352.

stat." Referenda est ad *L.* 1. *D. de Vi et vi arm.*

h) vv. *Alioquin — percipit* des. in Vet. Coll.

i) vv. *D. de Rei vind. — et* des. in Vet. Coll.

k) Vet. Coll.: *L. Si rem* (13.) §. *Tibi* (1.) *et D. — ult et D. de Divers. — Ancillam et D. de Crim. exp. her.* (47, 19.) *L.* 2. et sequuntur complura, quae vid. in Vet. Coll. §. 49. i. f. Hug.: *teneri furti de fr. p. Furti tenetur, quia contrectat r. a. m.* (om. *licet*) *invito dom. et animo lucrandi. Nam et de exstantibus tenetur* (om. *domino rei*) *vindicatione, de c. vero condictione, ut in L. ista, et f. tenetur, quia contrectat rem alienam mobilem animo lucrandi, nec obviat. — L.* 1. §. *Illud* (om. *et D. Depos. — Fundus*) *et D. de Cond. — etsi* (om. *D. de Furtis — Illud.*) *Iacobus contra: dicit enim, non t. de fr. furti actione, maxime — fructus* (des. vv. *Alioquin — percipit*) *et q. f. a. numquam competit ei — possessionem vel dominium* et sequuntur leges a Rog. citt. sed inverso ordine.

l) In Vet. Coll. des. vv. *Dissensus — Principe.* Hug.: *Dissentiunt in alienatione f. a. Pr.*

m) In Edd. *quod l. dicit.*

n) Vet. Coll.: *scivit sive ignoravit, rem alienam esse, illud — Bene. Martinus et Iacobus ill. L. loqui dicunt, q. ignor.* Hug.: *Nam — rem* (om. *esse*) *— alienam, illud obl. Lex dicit C. Tit. eod. Bene — quum Imperator ignoravit. P.* (Placentinus) *dicit* etc. Vid. Vet. Coll. l. c. not. *b.*

ratur omnibus creditoribus [o])? *Martinus* dicit, mulierem praeferri omnibus creditoribus [p]) habentibus hypothecas, sive tacitas, sive expressas; ut *C. Qui potior. in pign.* (8, 18.) *L. Adsiduis* (12.), quod ius *Bulgarus* tantum in tacitis locum habere dicit, ut *Inst. de Act.* (4, 6.) §. *Actionum* (28.) [q]).

§. 52.

Nec convenit inter eos in arrha [r]). *Martinus* dicit, si de pretio alicuius [s]) rei vendendae convenit, et arrha data est, si arrham nomine pretii dedit [t]), et velit a contractu recedere, quod arrham perdet et interesse praestabit. *Bulgarus* dicit, venditorem esse contentum debere amissione arrharum [u]), ut *C. de Fide instrum.* (4, 21.) *L. Contractus* (17.).

§. 53.

Contraria sentiunt in hoc, scilicet per servum fieri praeiudicium domino [v]). *Bulgarus* dicit [x]), si servus deseruit possessionem, vel tradidit, alii [y]) non generari praeiudicium circa possessionem, nec circa dominium [z]), ut *C. de Adquir. possess.* (7, 32.) *L. Ex libris* (12.). *Martinus* dicit, sive per servum, vel alium possidentem nomine domini, nos posse amittere possessionem, ut [a]) *D. de Adquir. possess.* (41, 2.) *L.* 3, §. *Quod si servus* (8.) [b]), et dicit, non generari praeiudicium, quando amissa recuperare possumus.

---

§. 52. *Vet. Coll.* §. 2. *Hug.* §. 222.
§. 53. *Vet. Coll.* §. 4. *Hug.* §. 321, 322.

o) In Vet. Coll. des. vv. *In varias — creditoribus.*

p) Wenck l. c. p. 161. om. vv. *Martinus — creditoribus.*

q) Vet. Coll.: *sive expressas nec non in pignoribus, ut C. — pign. Auth. Quo iure. Bulgarus t. in tacitis* (om. *locum h. dicit*), *ut in Inst. de Act.* §. *Fuerat antea* (29.) Wenck l. c. recte mon.: „vv. quibus usus est Bulgarus hodie leguntur §. 29.“ Hug.: — *Martinus vero dicebat, eam* (sc. *mulierem*) *prioribus omnino hab. praef. pignora vel hypothecas tacitas vel expressas.*

r) vv. *Nec — arrha* des. in Vet. Coll.

s) Vet. Coll.: *alterius.*

t) „Sc. emtor“ Haub.

u) Vet. Coll.: *venditorem debere esse contentum amissione arrharum* (Cod. Bon. *bonorum*). *L.* 17. cit. deest in Cod. Par. De Hug. vid. Vet. Coll. l. c. not. *u*.

v) In Cod. Par. des. vv. *Contraria — domino.* In Cod. Bon., om. vv. *Contraria — scilicet*, inscriptio §phi constat vv. *per — domino.*

x) Cod. Par.: *Bulgarus in eum solum casum, si.*

y) Vet. Coll.: *alii tradidit.*

z) Cod. Bon.: *generetur praeiudicium contra possessionem vel contra dom.*

a) Vet. Coll.: *per servum vel per colonum vel per alium — nos possessionem amittere posse.*

b) Vet. Coll.: *servus et L. Quemadmodum* (8. eod.) De Cod. Bon.

§. 54.

Dissentiunt in hoc, utrum mulier omnia bona sua in dotem dare possit[c]). *Bulgarus* [d]) dicit: nulla lege prohibitum est, mulierem omnia bona in dotem dare, ut *C. de Iure dot.* (5, 12.) *L. ult.* [e]). *Martinus* dicit: quum transit ad secundas nuptias, non potest omnia bona in dotem dare, ut *C. de Secund. nupt.* (5, 9.) *L. Hac edictali* (6. *princ.*) et in *Auth. de Nupt.* (*Nov.* 22.) §. *Sed quum minorem f*). *Bulgarus* dicit: sufficit, si non morte relinquat[g]).

§. 55.

Contraria sentiunt in hoc: quod tuo nomine vendidisti, possum habere ratum, ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Mater* (3.). *Bulgarus* dicit: non potest habere ratum [h]), nisi in defectum, re forte exstincta, vel alio modo proprietate eius amissa, ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Mater* (3.) [i]), *C. de Comm. rer. alienat.* (4, 52.) *L.* 1., *D. de Negot. gest.* (3, 5.) *L. ult.* et *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Si eum servum* (23.)[k]).

---

§. 54. *Vet. Coll.* §. 5. *Hug.* §. 42.
§. 55. *Vet. Coll.* §. 6. *Hug.* §. 167.

cf. Vet. Coll. l. c. not. *h.* Hug.: *Differunt C. de Adquir. poss.* (L.) *Ex Libris. Dicit enim dominus M.* (leg. *B.*) *et U.* (Hugo), *quod si servus vel alius, de quo eadem Lex loquitur, deseruit p. v. a. tr., domino circa p. et dominium non gen. praeiudicium, sicut in ead. L. dicitur — Unde vi* (Vid. Vet. Coll. l. c. not. *t.*) *M. dicit, quod dominus possessionem admittit* (leg. *amittit*), *ut D. ead. L.* 3. §. *Si quis* (8.), *sed amissam recuperare poterit et sic non generetur ei praeiudicium.*

c) vv *Dissentiunt — possit* des. in Par. Cod. In Cod. Bon. des. vv. *Dissentiunt in hoc, utrum* et sequentia efficiunt inscriptionem §phi *mulierem — posse.*

d) Cod. Bon.: *Bulgarinus.* Hug.: *B. et Py.* (Pillius) *dicunt, m. n. l. prohiberi o. bona etc.*

e) Vet. Coll.: *L. Nulla* (4.).

f) Haub.: „Tale initium neque capitis neque §. cuiuspiam Novellae commemoratae exstat.“ Vid. *Eund.* in Praef. p. XVII. not. *z.* Vet. Coll.: *de Nupt. et quum minor est.* Hug.: *nuptias quod non potest — et quum minor est.*

g) v. *Non* deest in Vet. Coll.; Haub. not. p.: „Bulgari haec quasi replicatio (siquidem supra iam sententiam suam dixerat) exemplo caret in opusculo.“ Re vera quaestio apud Hugolinum deficit in vv. *Auth. de Nupt.* Nihilosecius commodus sensus elici potest e fine §phi qualis exstat in Vet. Coll. et ap. Hug.

h) Vet. Coll.: *Martinus dicit: si rem meam vendidisti tuo nomine, possum — Bulgarus contra dicit, quod non p. haberi ratum.*

i) Cod. Bon.: *L. Cum a matre* (14.).

k) Hug.: *Dissentiunt in C. Mater. Dicit enim Martinus, si rem meam vendidisti tuo nomine, quandocumque p. h. r., ut in L. ista, Bulgarus contra et dicit, quod non possum* (om. *hab. rat.*) *— modo* (om. *proprietate eius*) *amissa, ut etc.* Vid. Vet. Coll. l. c. not. *u.*

§. 56.

Contraria sentiunt, utrum, remissa actione, ad eam quis redire possit [l]. *Bulgarus* dicit: si remisi actionem alicui, ut me heredem institueret, possum redire ad pristinam actionem, si me heredem non instituit, ut *C. de Transact.* (2, 4.) *L. Sive apud* (28.). *Martinus* dicit, non posse, ut *(C.) de Transact. L. Quum donationis* (34.) et *L. Si quis maior* (41.) [m].

§. 57.

Diversa sentiunt in transactione ob falsa instrumenta facta [n]. *Bulgarus* dicit, si fuit transactum timore falsorum instrumentorum, quod falsum debet civiliter revelari et in modum exceptionis. *Martinus* dicit per actionem in factum tantum, nisi solutum est, ut *D. ad L. Corn. de Fals.* (48, 10.) *L. Qui nomine* (25.), sed ubi solutum non est, per actionem et exceptionem. Vide quoque *L. penult. C. de Transact.* (2, 4.) [o].

§. 58.

Dissentiunt in hoc verbo, scilicet procuratorem levissimam culpam praestare [p]. *Bulgarus* dicit, a procuratore praestandam levissimam, ut *C. Mand.* (4, 35.) *L. A procuratore* (13.). *Martinus* contra [q] dicit, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Contractus* (23.), *D. eod. L. Idemque* [r].

---

§. 56. *Vet. Coll.* §. 7. *Hug.* §. 18.
§. 57. *Vet. Coll.* §. 8. *Hug.* §. 19.
§. 58. *Vet. Coll.* §. 9. *Hug.* §. 29, 248.

l) In Vet. Coll. des. vv. *Contraria — possit.*

m) Vet. Coll.: *institueret, quod potest rediri ad — dicit, quod non potest — L. Si* (om. *quis*) *maior.*

n) vv. *Diversa — facta* des. in Vet. Coll.

o) Vet. Coll.: *Bulgarus d., si fuerit — revelari* (om. *et*) *in m. exceptioni vel replicationis. Martinus — tantum* (om. *nisi sol. est*), *ut — nomine* (om. *sed*); *ubi* etc. Hug.: *Contra sentiunt in eo, utrum transactio facta ob falsum instrumentum possit per actionem revocari? B. dicit, quod si fuerit facta transactio timore — quod debet factum civiliter revocari — factum tamen, si solutum non est, ut C. — L. ipse* (7.), *sed u. sol.* (om. *non*) *est, non per actionem, sed per exceptionem. Albericus dicit per restitutionem, ut D. de Re iudic.* (42, 1.) *L. Divus* (33.).

p) In Vet. Coll. des. vv. *Dissentiunt — scilicet.*

q) Sequentia des. in Cod. Par.

r) Haub.: „Procul dubio intelligenda sunt verba d. *L.: in his quidem*" De Hug. cf. Vet. Coll. l. c. not. *f.*

§. 59.

Variarum sunt sententiarum super hoc, quando promissum est per singulos annos, unicuique debere opponi praescriptionem, id est, unicuique anno debet opponi praescriptio XXX annorum [s]), ut *C. de Praescript. XXX vel XL annor.* (7, 39.) *L. Quum notissimi* (7.) §. *ult.* ***Bulgarus*** contra [t]).

§. 60.

Dissentiunt in hoc, scilicet inutilem acceptilationem habere utile pactum, nisi in contrarium acceptilatum sit, ne haberet, ut *D. de Acceptil.* (46, 4.) *L. An inutilis* (8.), *D. de Pact.* (2, 14.) *L. Si unus* (27.) §. *penult.* ***Martinus*** dicit, quod non habet utile pactum [u]), nisi hoc agatur, ut haberet, ut *D. de Acceptil.* (46, 4.) *L. An inutilis acceptilatio* (8.).

§. 61.

Dicit ***Martinus***, accusationes non perire litis contestatione, ***Bulgarus*** dicit, perpetuari [v]).

§. 62.

Diversa sentiunt in hoc, scilicet exceptionem non numeratae pecuniae perpetuo opponendam, in hoc casu [x]). ***Martinus*** dicit, quod si cavi, me accepisse pecuniam ob turpem caussam, perpetuo possum opponere exceptionem non numeratae pecuniae, ut *C. de Condict. ob turp. causs.* (4, 7.) *L.* 1.

---

§. 59. *Vet. Coll.* §. 10. *Hug.* §. 326.
§. 60. *Vet. Coll.* §. 11. *Hug.* §. 435.
§. 61. *Vet. Coll.* §. 12. *Cod. Chis.* §. 41. *Hug.* §. 125, 56. i. f., 330, 324.
§. 62. *Vet. Coll.* §. 13. *Hug.* §. 200.

s) Haub.: „Haec vv. glossema redolent.“

t) Vet. Coll., om. vv. *Variarum — opponi*, sic: ***Martinus dicit, ab initio singulorum annorum currere*** *praescriptionem, id est*, etc. De Hug. cf. Vet. Coll. l. c. not. *l.*

u) Vet. Coll.: ***Bulgarus dicit***, *inutilem — contrarium actum sit — habet* (om. *utile*) *pactum*. De Bon. Cod. vid. Vet. Coll. l. c. not. *n — p.*

v) Haub.: „Utraque sententia ne eodem redeat, ante τὸ ***perpetuari*** videtur repetenda esse negatio;“ sed cf. Vet. Coll., ubi Cod. Par. sic: *Martinus dicit: actiones* (Cod. Bon.: ***accusationes***) *non* ***perpetuantur*** *litis contestatione.* ***B. contra.***

x) vv. *Diversa — casu* des. in Cod. Par.; in Cod. Bon. des. vv. *Dissentiunt — scilicet* et vv. *in hoc casu;* reliqua exstant in inscriptione §phi.

Bulgarus intra y) biennium tantum, ut *C. de Non numer. pec.* (4, 30.) *L. In contractibus* (14.) z).

§. 63.

Nec a) concordant in hoc, sc. manumissione per alium. Dicit enim *Bulgarus*, quod non possum manumittere per alium, nisi per filium, ut *C. Comm. de manumiss.* (7, 15.) *L.* 1, §. *ult.*, et dicit, hoc generaliter verum esse in omnibus manumissionibus, ut *D. Solut. matr.* (24, 3.) *L. Si vero negotium* (64.) et *Titulo Mandati* (17, 1.) *L. Si hominem* (30.). Et si verum est in vindicta libertate, quae dignior est, multo fortius vel pariter verum est in ceteris, nisi vindicta manu fiat, ut *C. de Vindicta libert.* (7, 1.) *L.* 3. b).

§. 64.

Contraria sentiunt in hoc, an condemnato, qui dolo desiit possidere, sit cavendum c). *Bulgarus* dicit: si dolo desiit possidere quis, debet ei caveri, ut *D. de Re iudic.* (42, 1.) *L. In depositi* (12.), quod non erit impedimento, quo d) minus rem persequatur, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Eius* (46.) et *L. Haec si res* (47.). *Martinus* contra, ut *D. de Rei vind. L. Is, qui dolo* (69.), et dicit, speciale esse in depositi et commodati actione; quod dicitur de iudi. e) non negat illam caussam, sed dicit, non debere cedere actiones, ubi non habebat g) caussam possidendi.

---

§. 63. *Supra* §. 44. *Vet. Coll.* §. 14. *Cod. Chis.* §. 66. *Hug.* §. 303.

§. 64. *Vet. Coll.* §. 15. *Hug.* §. 391.

y) Haub.: „edd. perperam *inter*.“

z) Vet. Coll.: *caussam, quod perpetuo — Bulgarus dicit, intra b. tantum.* Cod. Bon.: *intra triginta dies tantum* e L. 14. cit. §. 2.

a) „Cf. qu. 44.“ Haub.

b) Vet. Coll. breviter sic: *Bulgarus — ult. Martinus contra dicit, nisi vindicta m. f., ut C. de V. l. L.* 3. Hug. vid. in Vet. Coll. l. c. not. z.

c) vv. *Contraria — cavendum* des. in Cod. Par.; in Cod. Bon. des. vv. *Contraria — an;* sequentia exstant in inscriptione §phi, ubi vero *esse* pro *sit*.

d) Vet. Coll.: *Bulgarus dicit, quod si d. q. d. possidere, debet — erit* (Cod. Bon. *esset*) *impedimento*.

e) Haub.: „Puto respici ad *L.* 12. *D. de Rei vind.*, cuius supra meminerat.“ Vet. Coll.: *actione, et quod dicitur de re vindicata* Hug.: *et q. dicitur de Rei vindi.* (D. 6, 1.) *L. Haec si res praesens* (47.) Reliqua vid. in Vet. Coll. not. *f*.

g) Ed. a. 1537.: *habebit*.

§. 65.

Dissentiunt in hoc, an rem dotalem a marito venditam constante matrimonio mulier vindicare possit h). *Martinus* dicit, quod, si maritus vendiderit rem dotalem, possit mulier eam vindicare constante matrimonio. *Bulgarus* contrarium adserit, ut *C. de Iure dot.* (5, 12.) i).

§. 66.

Dissentiunt, utrum idem possit dicere testimonium contra eundem; quod k) *Bulgarus* negat, sive in criminali negotio, ut *D. de Testib.* (22, 5.) *L. antepenult.* (23.). *Martinus* contra in civili et criminali l).

§. 67.

Contraria sentiunt, an extraneus heres possit tantum usucapere rem commodatam defuncto m). *Bulgarus* dicit, quod suus heres potest usucapere, quod defunctus non potuit, si res sine vitio sit, sumto a se vitio, non a defuncto n), non pro o) herede, sed pro suo usucapit, ut *D. de Divers. tempo-*

---

§. 65. *Vet. Coll.* §. 17. *Hug.* §. 267, 266.
§. 66. *Vet. Coll.* §. 18. *Hug.* §. 420.
§. 67. *Vet. Coll.* §. 19. *Hug.* §. 314, 316.

h) vv. *Dissentiunt — possit* des. in Vet. Coll,

i) „Edd. male *contractum*" Haub.; Vet. Coll.: *vendidit r. d., quod p. e. v. m. c. m.* Cod. Par.: *quod non possit* (om. *eam*) *v.* (om. *mulier*) *c. matr.* Hug.: *Item in eod.* (Tit. C. 5, 12.) *Martinus d., q. si m. v. r. d., mulier potest eam vindicare, etiam const. matr. B. vero contra* (om. *adserit*), *ut — dot. L. In rebus* (30.) *et ut in L. illa Ubi adhuc etc.* (29.).

k) vv. *Dissentiunt — utrum* des. in Vet. Coll.

l) Cod. Par.: *Bulgarus negat, quod idem p. d. t. c. eundem, sive in civili sive in — Martinus contra dicit* et des. sqq. Cod. Bon.: *sive in civili, sive in C. de Iure dot. In rebus criminali etc.* Hug.: *Bulgarus dicit, quod bis idem ferre non potest testimonium c. eund., sive ei* (leg. *in*) *negotio civili sive in — contra et dicit, quod potest ferri in c. et in criminali.* Haub. corr. *scilicet* pro *sive:* „*Edd. sive*, quod defendi non potest." Iam locus recte se habet. Omissa enim sunt in Edd. Rogerii vv. *Sive in civili*, quae exstant in Cod. Par. et apud Hug.

m) In Cod. Par. des. vv. *Contraria - defuncto;* in Cod. Bon. om. vv. *Contra sentiunt;* sequentia, nonnullis mutatis, exstant in inscriptione §phi. Haub. ad haec vv.: „Videtur quaeri, utrum eiusmodi usucapio cadat tantum in heredem extraneum, an etiam in suum? Sed et quae sequuntur, minus cohaerent." Omnem dubitationem tollunt Hug. l. c. et Cod. Par. Notabilis est dissensus inter Cod. Par. et reliquos libros, cum mss. tum editos. Vet. Coll. l. c. not. s.

n) Vet. Coll.: *sumto a se initio et non.* Ed. a. 1537.: *sumto vero a se* et mox Edd.: *de Div. et temp. praescr.*

o) Vet. Coll.: *non tamen pro.*

ral. p) praescript. (44, 3.) *L. An vitium* (5.) et *Titulo Pro suo* (41, 10.) *L. Si ancillam* (4.) §. *penult.* ***Martinus*** dicit, quod suus heres non potest usucapere, quod defunctus non potuit, neque pro herede, neque pro suo, quum vitiorum sit successor, ut *D. de Divers. temporal. praescript.* (44, 3.) *L. Quum heres* (11.), *C. de Adquir. et retin. possess.* (7, 32.) *L. Vitia* (11.), *D. de Usucap. pro emt.* (41, 4.) *L.* 1. *et* 3. q).

§. 68.

Nec idem sentiunt, an fructuum fructus veniant in actione in rem r). ***Martinus*** dicit, quod fructus fructuum veniunt speciali in rem actione, ut *D. de Petit. hered.* (5, 3.) *L. Illud.* (40.) §. *Praedo* (1.). ***Bulgarus*** contra s).

§. 69.

Pugnant in condictione furtiva, an competat colono t). ***Martinus*** dicit, competere ei, qui ad pecuniam conduxit, ut *D. de Furt.* (47, 2.) *L. Si apes* (26.) §. *ult.* ***Bulgarus*** dicit, nulli competere colono u).

§. 70.

Differunt in eo, qui vim fecit, utrum ius suum amittat v). ***Martinus*** dicit: si rem meam mala fide possideas et in iudicium detrectas, et si x) damnum in eam dedi, veluti si vineas

---

§. 68. *Vet. Coll.* §. 20. *Hug.* §. 203, 387. i. f.
§. 69. *Vet. Coll.* §. 21. *Hug.* §. 265, 398.
§. 70. *Vet. Coll.* §. 24. *Hug.* §. 377. in m.

p) Edd.: *de Div. et temp. praescr.*

q) Vet. Coll.: *D. de Us. pro emt. L.* 1. *et* 2.

r) In Cod. Par. om. vv. *Nec — rem*, in Cod. Bon. vv. *Nec idem sentiunt, an* et leguntur sequentia in inscriptione §phi.

s) Vet. Coll.: *Martinus — in speciali — contra adserit.* Hug.: *Eod. Tit. ead. L.* (C. 4, 9, 3.). *Item differunt in ead. L.* (3.), *nam dicit M., quod — Praedo. Sed B. contra.*

t) vv. *Pugnant — colono* des. in Cod. Par.; in Cod. Bon. dess. vv. *Pugnant in*, reliqua, paucis mutatis, extant in inscriptione §phi.

u) Vet. Coll.: *Martinus dicit* (Cod. Par. *M. ait*) *condictionem furtivam competere* etc. Hug. vid. in Coll. l. c. not. z.

v) vv. *Differunt — amittat* des. in Cod. Par.; de Cod. Bon. cf. Vet. Coll. l. c.; Ed. pr. a. 1530.: *gestum* pro *vim*. Haub. ad v. *gestum:* „Ita optime ed. a. 1537. loco absurdae lectionis, quam sistit princeps ed. a. 1530. ubi *gestum fecit.* Ferri potuisset: *metum fecit* ob glossam ad *L.* 12. *D. Quod met. caussa* verb. *Mox ego.*" Pone Ital. v. *guastum*, i. e. *damnum*, *vastationem*, quod v. exhibet Cod. Bon. in inscriptione §phi.

x) Vet. Coll.: *et* (om. *in*) *iudicium detrectas* (om. *et*) *si;* Hug.: *et in iud. deductam et si;* Edd.: *detractas.* Haub.: *detrectas.*

cecidi, quod ius meum amisi, ut *D. Quod metus caussa* (4, 2.) *L. Exstat* (13.). *Bulgarus* contra sentit.

§. 71.

In rem actionem dat *Martinus* de arbore, quae in alienum agrum translata coaluit et radices inmisit, sicuti *Varus* et *Nerva* tradunt, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L.* 5, §. *De arbore* (3.). *Bulgarus* contra [y].

§. 72.

Dicit *Bulgarus*, si praedo rem pignori dedit et creditor fructus percepit, quod restituet eos praedoni, ut *D. de Pignorat. act.* (13, 7.) *L. Si Pignore* (22.) §. *Si praedo* (2.). *Martinus* contra [z].

§. 73.

Diversa sentiunt, an certi condictio competat tantum ad pecuniam numeratam, quod *Bulgarus* adserit, ut *D. de Condict. tritic.* (13, 3.) *L.* 1. *Martinus* etiam ad species pertinere dicit, ut *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Condictio certi* (9.) [a].

§. 74.

Dissentiunt, an quidam inter se possint pacisci de omni casu praestando. *Bulgarus* dicit, conventionem istam non valere, nisi omnis casus praestetur in re deposita, vel commodata et in similibus, nisi specialiter eos expressit, ut *D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. Sed et* (4.) §. *Quaesitum* (4.). *Martinus* contra, ut *C. Commod.* (4, 23.) *L.* 1. et *Quando mulier tutelae offic. fungi potest* (5, 35.) *L. ult.* [b].

---

§. 71. *Vet. Coll.* §. 25. *Hug.* §. 389.
§. 72. *Vet. Coll.* §. 26. *Hug.* §. 402.
§. 73. *Vet. Coll.* §. 28. *Cod. Chis.* §. 49. *Hug.* §. 394, 399.
§. 74. *Vet. Coll.* §. 29. *Hug.* §. 369, 368.

y) Vet. Coll.: *M. dat in r. actionem de — sicuti Proculus et N. dicebant, ut — Bulgarus negat.* Edd.: *L. VI., §. etc.*

z) Ed. a. 1537.: *percipit.* Cod. Par.: *perceperit.* Vet. Coll.: *praedoni et praedoni restituet eos petenti, ut etc.* Hug.: *Dominus Bulgarus — quos praedoni restitueret petenti — contra etc.* Vid. Vet. Coll. l. c. not. *pp.*

a) Vet. Coll.: *Bulgarus dicit, quod certi c. competit t. ad p. n., ut — pertinere adfirmat, ut etc.* De Hug. cf. Vet. Coll. l. c. not. *u.*

b) Ed. a. 1537.: *Quam mulier.* Vet. Coll., om. vv. *Dissentiunt — praestando* sic: *Bulgarus — valere, ut omnis — expresserit — contra notat* et des. Leges citt. Haub. ad vv. *nisi* adn.: „Ita quidem edd. Sed recte monuit *Wenckius*

§. 75.

Variant in hoc [c]): *Bulgarus* dicit; si caput alicuius sit percussum gladio, potest agere iniuriarum civiliter et criminaliter, et unum iudicium potest tolli per aliud, ut *D. de Iniur.* (47, 10.) *L. Praetor edixit.* (7.) §. 1. *Martinus* contradicit, quando agitur de re familiari, ut *C. Quando civilis act.* (9, 31.), sed quando agitur de re, quae spectat ad publicam vindictam [d]).

§. 76.

Non consentiunt in quadam *Lege*, ut *C. de Longi temp. praescript., quae pro libertate et non advers. libert.* (7, 22.) *L.* 2. Nam dicit *Martinus*, eum, qui gessit se pro libero, ductus iustis rationibus, XX annis, sive inter praesentes sive inter absentes, fit civis Romanus, sed si X annis fuerit moratus inter praesentes, non fit liber, sed erit in possessione libertatis. *Alii* vero contra. Dicunt enim: si gessit se pro libero X annis inter praesentes, ductus iustis rationibus quibuslibet, fit civis Romanus [e]).

§. 77.

Dissentiunt, an raptor sit fur manifestus. *Martinus* dicit, semper manifestum esse, sive deprehendatur sive non, ut *D. de Furt.* (47, 2.) *L. Si vendidero* (80.) §. *Quum autem raptor* (3.). *Bulgarus* contra [f]).

---

§. 75. *Vet. Coll.* §. 30. *Hug.* §. 363.
§. 76. *Vet. Coll.* §. 73. *Hug.* §. 309.
§. 77. *Vet. Coll.* §. 74. *Hug.* §. 437.

l. l. pro: *nisi* (quod forsitan ex inferiori linea in superiorem migravit) legendum esse *ut;* quo admisso, oratio alias hiulca fit planior."

c) vv. *Variant in hoc* des. in Vet. Coll.

d) Vet. Coll.: *Bulgarus — gladio, quod potest — vindictam, idem quidem.* Vv. *ut* — §. 1. et vv. *quando — idem* des. in Par. Cod. De Hug. cf. Vet. Coll. l. c. not. *d.* Haub. ad v. *Sed:* „Forsitan legendum *non*, ut de oppositis constat." Iam locus recte se habet.

e) Vet. Coll.: *Dissentiunt — eum, qui* (Cod. Bon. om. *qui.* Leg. M. d., *quod si quis g.*) — *Alii* (om. *vero*) *contra — rationibus, quod liber fit et c. Romanus.* Hug.: *Differunt* (om. *in — C.*) *de — Martinus, quod si quis rat. i. d. pro l. se gessit, XX a., s.* [*i. a. s. i. pr., efficitur c. Rom., sed si* (om. *X — libero*) *X annis, licet inter pr., i. r. d., sit liber et c. Romanus.* Ed. a. 1537.: *de Longa etc.*

f) Vet. Coll., om. v. *Dissentiunt*, sic: *Martinus dicit, quod raptor semper sit fur manifestus, sive — quum* (om. *autem*) *raptor etc.* vv. *an — manifestus* exstant in inscriptione §phi, ubi vero *utrum* pro *an.*

§. 78.

Lis est inter eos, utrum fructus in quadrimestri tempore restituantur g). *Bulgarus* dicit, quod fructus percepti in quadrimestri tempore non restituentur h), nec in rei vindicatione, nec in personali actione, si mora non praecessit litis contestationem, ut *D. de Usur. et fruct.* (22, 1.) *L. In fideicommissi* (3.). *Martinus* contra. Dicit enim, quadrimestre tempus non debere dari ei, qui conventus rem non restituit, imo i) manu militari ei auferenda est, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Qui restituere* (68.). Sed ei, qui convenitur personali actione, dant quadrimestre tempus, nec restituuntur fructus quadrimestri tempore, nisi sit actio arbitraria, vel bonae fidei, et litis contestationem mora praecessit, praestantur fructus quadrimestris temporis k).

§. 79.

Invicem repugnant, an de caussa, de qua consilium dederit aliquis, amplius iudex super ea re esse possit l). *Martinus* dicit: si consilium de re aliqua tibi dedero, amplius de ea iudex esse non potero, ut *C. de Adsessor.* (1, 51.) *L. ult.* *Bulgarus* et *Alii* contra. Dicunt enim, si advocationem de caussa aliqua praestitero, et postea in magistratum sum creatus, quod eamdem caussam alii demandare potero, ergo et ipse cognoscere possum, ut *D. de Iurisdict.* (2, 1.) *L. Praetor* (17.) m).

---

§. 78. *Vet. Coll.* §. 75. *Hug.* §. 414.
§. 79. *Vet. Coll.* §. 76. *Hug.* §. 3.

g) vv. *Lis — eos* des. in Vet. Coll. et vv. *utrum — restituuntur* exstant in inscriptione §phi. *Inter eos*, i. e. inter *Martinum* et *Bulgarum*, quorum contentiones inde a §. 51. exponuntur, suppresso nomine *Iacobi*.

h) Vet. Coll.: *restituuntur.*

i) Vet. Coll.: *qui convenitur rei vindicatione* (om. *non* rest.), *imo*. Hug.: *praecessit ante litem contestatam — convenitur rei vindicatione, imo.*

k) Vet. Coll.: *datur quadrimenstre tempus* (et des. vv. *nec — tempore*), *nisi — fidei, ut D. de Usur. et fruct.* (22, 1.) *L. In fideicommissi* (3.), *sive mora praecessit litiscontestationem sive non. Nam quando est arbitraria vel bonae fidei, et litis etc.* Hug. cf. in Vet. Coll. not. *v.* Haub. ad v. *praestantur*: „Ante *praestantur* supplendum videtur *ubi*;“ sed plura excidisse, quae medicinam loco corrupto adferunt, cognovimus e Vet. Coll.

l) vv. *Invicem repugnant* des. in Vet. Coll.; sequentia usque ad v. *possit* transierunt in inscriptionem §phi.

m) Vet. Coll.: *dedero, quod amplius — praestiti etc.* Hug.: *Dissentiunt, an de c., in qua a. c. d., postea i. e. possit. M. dicit, quod non potest* (om. *si* —

§. 80.

Certant in hoc, an emphyteuta ius suum in scriptis vendere habeat necesse. *Martinus* dicit, si emphyteuta ius suum vendidit, quod ipsa emtio in scriptis fieri debet, et si non fiat, nullius momenti erit. *Bulgarus* et *Alii* contra, ut *C. de Iure emphyt.* (4, 66.) *L.* 1.[n]).

§. 81.

Controversia est inter eos in hoc, utrum simplex donatio conferatur [o]). *Martinus* dicit, quod omnia data conferuntur, sive sit dos, sive donatio propter nuptias, sive simplex donatio, quae morte confirmatur, et hoc dicit ex *Auth.* (*c.*) *Illud* (6.) *de Triente et semisse* (*Nov.* 18.). Dicit quoque, illam *L. penult. C. de Collat.* (6, 20.) immutari [p]). *Bulgarus* dicit: simplex donatio non [q]) confertur, nisi nominatim dicatur, vel quum alius filius confert donationem propter nuptias [r]), ut *C. de Collat. L. penult.* et *de Inoffic. testam.* (3, 28.) (*L.* 30, §. 2.), et [s]) dicit, quod non immutatur per *Authenticam*, nisi quod ex testamento conferatur dos, vel donatio propter nuptias, si non nominatim dictum sit, ut non conferatur, et hoc probatur ex illo verbo: *ceteris capitulis, quae de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus* [t]). Item

---

§. 80. *Vet. Coll.* §. 77. *Hug.* §. 259.
§. 81. *Vet. Coll.* §. 78. *Cod. Chis.* §. 58. *Hug.* §. 277, 153.

esse), *ut C. — contra, et dicunt, quod si etiam advocationem in a. caussa praestiti, et p. magistratus creatus fuero, eamdem c. a. d. p., ergo multo magis cognoscere potero, ut D. de I. omn. iud.* (ita etiam in Edd. Rog.) *L. Praetor etc.* Vid. Vet. Coll. l. c. not. *x*.

n) In Vet. Coll. des. vv. *Certant in hoc;* vv. *an — necesse* leguntur in inscriptione §phi; sequentia vero ita: *M. dicit: si — vendiderit — non fuerit — mom. esset.* et des. vv. *ut etc.* Hug.: *Differunt in C. in illo Tit. de Emphyteuticario iure, an — dicit* (om. *si — vendidit*), *quod illa emtio — debebit, et si non fuerit in scriptis, n. e. m. Bul. vero et alii contra* et deest *L.* 1. *cit.*

o) vv. *Controversia — hoc* des. in Vet. Coll.; reliqua exstant in inscriptione §phi.

p) Haub.: „sc. per *Nov.* 18., *c.* 1.“ Vet. Coll.: ex *illo Auth. — semisse, quo etiam dicit L. illam penult.*

q) Haub.: „Negationem, quae ab edd. abest, recte restituit Wenck. l. l.“ Vet. Coll.: *B. dicit, quod simplex.*

r) Vet. Coll.: *alius frater confert etc.* Haub.: „Hic locus in edd. turpiter foedatus sic: *quum alius* (ed. a. 1537.: *aliis*) *fert, confert, donat propter nuptias* rursus a Wenckio tacite est emendatus.“ Wenckius em. *alius filius c. donationem.* Orta est haec vitiosa lectio ex compendio *fr̄ c doat̄.*, quod primus editor non intellexit.

s) Vet. Coll.: *et D de Inoff. t.* (5, 2.) *L. Si non* (25.) *et.*

t) Haub.: „Esse haec verba non

alio modo probatur: simplex donatio morte confirmatur et habet vim relicti, et fructus detrahitur *u*) sicut de relictis, ergo sicut relicta non conferuntur, ita *v*) simplex donatio.

§. 82.

Contraria sentiunt, utrum *Lex* illa *fin.* *x*) *Antiquae C.* (4, 29.) *ad Velleianum* posita, debeat legi in fine tituli, et addit *y*), ut mulier non obligetur, nisi scribat in instrumento tribus testibus subsignato, et hoc dicit *Martinus* ex verbis in fine *Legis* positis; *Alii* dicunt, quod in dote et in libertate nihil immutetur *z*).

§. 83.

In valde repugnantes distrahuntur sententias in hoc, utrum filia possit institui heres in dotem *a*). *Martinus* dicit, patrem non posse instituere eam in dotem, et utitur talibus argumentis: dos non est de hereditate patris, ut *D. de Collat. dot.* (37, 7.) *L. Si pater* (4.). Si *b*) filia debet institui de eo, quod est in hereditate patris, non ergo potest institui in dotem. Item utitur tali argumento: dos sequitur filiam

§. 82. *Vet. Coll.* §. 79. *Cod. Chis.* §. 110. *Hug.* §. 236, 235.
§. 83. *Vet. Coll.* §. 80. *Hug.* §. 268.

ipsius Novellae (quippe cuius versio vulgaris *d. c.* 6. hunc in modum desinit: „*omnibus, quae prius de collationibus a nobis sancita sunt, in sua virtute manentibus*"), sed *Auth.* inde decerptae *Ex testamento C. de Collat.* (6, 20.) observavit etiam *Wenckius* l. l. simulque monuit, ipsam Authenticam a *Bulgaro* eiusve adseclis scriptam videri."

u) Vet. Coll.: *et Falcidia ex ea detrahitur.*

v) Haub.: „excidit *nec*". Recte, nam v. *nec* exstat ap. Hug.

x) Haub.: „Imo *L.* 23." optime. Cf. Hug. l. c. et inscriptio §. in Vet. Coll. l. c.

y) Haub.: „Desiderari h. l. aliquid, neminem fugiet. Sed nec liquet, quo spectent illa: *debeat legi in fine tituli.*" Dubitationem tollunt Cod. Bon. et Hug. Vid. etiam gloss. cit., quae sic: *et debet haec esse ultima in hoc titulo secundum eum* (sc. *Martinum*), *ut sic duae sequentes per hanc corrigantur.* Itaque non possum adstipulari Wenckio, in Ephem. lit. Lips. l. c. emendanti pro *et addit: et ad id* (*utrum lex — debeat legi ad id*, i. e. *utrum debeat lex ita intelligi.*)

z) Vet. Coll.: *Martinus dicit, quod Lex illa* (om. *fin.*) *Antiq. C. ad Vell.* (om. *posita*) *debet legi — instrumento* a *tribus — dicit* (om. *Martinus*) *ex etc.*

a) Haub.: „Praeter modum prolixa et ultro citroque tractata quaestio, sicut et quae proxime sequitur." Vet. Coll. om. vv. *In — in hoc*, et exstant sequentia in inscriptione §phi.

b) Haub.: „Ita edd. At crediderim legendum *Sed.*" Recte, nam Vet. Coll., quacum consentit Hug., sic: *Martinus dicit, quod pater non potest instituere — est in hereditate p., ut D. ad L. Falcidiam* (35, 2.) *L. Pater* (14.); *Sed filia.*

exheredatam, ut dicitur *C. de Rei uxor. act.* (5, 13.) §. *Videamus* (11.), non est ergo in bonis patris dos, quia, si in bonis esset, non ea [c]) sequeretur exheredatam. Item alia ratione: potest se abstinere ab hereditate patris, si in hereditate patris tantum dotem habebit, nec dos est in hereditate patris; proinde, si in hereditate patris non est, non ergo ea institui potest, quum de bonis paternis institui debeat, ut *D. Quib. mod. pign. vel hyp.* (20, 6.) *L. Lucius* (11.). Sed et hic pater, ut sit contenta dote, dicendo ita [d]): filia heres esto, et sis dote contenta, habet eam loco institutionis, et non iure institutionis. Et ad confirmationem huius utitur eo argumento. Quum pater possit eam exheredare dotis contemplatione, ut *D. de Collat. dot.* (37, 7.) *L. Si pater* (4.), multo magis iubere potest, eam esse contentam dote. Si obiiciatur hoc modo: quamvis dos non sit in hereditate patris, quantum ad possessionem, tamen dominium remanet apud patrem, contrarium hoc modo probatur: datione dotis dominium mutatur, ut *D. de Pecul.* (15, 1.) *L. Quoties* (47.) §. *ult.*, non ergo dominium apud patrem remanet. ***Bulgarus*** dicit, patrem posse instituere filiam de dote, et utitur talibus argumentis: dos confertur, sed id, quod confertur, videtur esse in bonis patris, unde dos in bonis patris esse videtur, filia ergo in dotem institui potest. Quod dicitur, dotem non esse in hereditate, verum est, quantum ad possessionem, sed dominium remanet apud patrem, nec est inconveniens [e]), si dicatur, filiam dominam esse, quia plures simul possunt habere dominium, sicuti video in marito et uxore, quod uterque dominium habet, sed alio et alio modo; etiam filii intelliguntur domini vivente patre, nihil tamen habent in bonis patris praeter administrationem [f]).

§. 84.

Varii sunt et hic [g]): ***Martinus*** dicit, ex sola litis contestatione non fit aliquis malae fidei possessor, nisi habeat

---

§. 84. *Vet. Coll.* §. 81. *Cod. Chis.* §. 139. *Hug.* §. 160, 386, 392.

c) Ed. pr. et a. 1637.: *eam.*
d) Ed. a. 1537.: *dicendo ira.*
e) Haub.: *conveniens,* vitiose.
f) Vet. Coll.: *Item utitur alio argumento — exheredatam, in isto casu* (om. *non est ergo — esset*) *non* (om. *ea*) *sequeretur* (om. *exheredatam*). *Item a. r. filia potest — patris* (om. *si — patris*), *tamen dotem habebit; non ergo dos e. in*

scientiam rei alienae, et hoc utitur argumento: bonae fidei possessor non condemnatur, nisi quatenus invenitur locupletior tempore rei iudicatae, non ergo ex litis contestatione fit malae fidei possessor, licet petitor percepisset, si possidere licuisset. Item alio argumento: bonae fidei possessor post iudicium acceptum iumentorum aut mancipiorum mortalitatem non debet praestare, ut *D. de Petit. hered.* (5, 3.) *L. Illud* (40.). Nam ius suum indiscussum non debuit relinquere temere, quod praedo facere debet, non ergo post litis contestationem fit malae fidei possessor. Item hac ratione: si actum sit cum aliquo ad exhibendum, quod tempore [h]) iudicii possidebat, si sine dolo malo [i]) possidere desierit, absolvi debet, ut *D. Ad exhib.* (10, 4.) *L. Tigni* (7.) §. *Si quis* (5.), non ergo ex litis contestatione fit malae fidei possessor, quia, si hoc esset, etiam si sine dolo malo postea possidere desiit, condemnari debuit, si petitor distracturus erat, scilicet si res fuit distrahenda. Item alio argumento: litigator victus, si postea incumbat rei alienae, non in sola rei redhibitione tenetur, sed de omnibus fructibus, quos percepit, vel percipere potuit, ex quo, re in iudicium deducta, inscitiam rei alienae habuit. Si qua vero lege inveniatur post litis contestationem fieri malae fidei possessor, qui scientiam rei alienae habuit, secus debet intelligi. **Bulgarus** dicit: ex sola litis contestatione fit malae fidei possessor, et hoc per *Legem C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Certum* (22.) [k]). Quod autem bonae fidei possessor non condemnatur, nisi quatenus invenitur locupletior tempore rei iudicatae, verum est de fructibus ante litem contestatam, sicut quilibet malae fidei con-

---

h. patris, (om. *proinde*) *si — non* (om. *ergo*) *potest in ea institui, quum — contenta, et sic habeat — Et* (om. *ad conf. huius*) *utitur hoc argumento — videtur* (om. *filia ergo*), *quod possit institui in dotem. Quod — hereditate, hoc verum — uxore, qui utrique dominium habent, sed etc.*

g) vv. *Varit s. et hic* des. in Vet. Coll.

h) Vet. Coll.: *Martinus dicit, quod ex — possessor, quum malae fidei possessor teneatur de omnibus, quos percepit vel percipere potuit et de omnibus his, quos vetus possessor* (om. *licet petitor*) *percepisset, si p. lic. Item utitur alio — suum inconcussum — Item alia ratione probatur, si — qui tempore.*

i) Haub.: „Edd. male *eius*, quod sensu destituitur. Ita etiam Cod. Bon.; sed Hug. omittit v. *eius*.

k) Vet. Coll.: *deducta, scientiam rei al. habuit. Si qua vero lex inveniatur, quae dicat, post — possessorem, quod sc. r. a. habeat, hoc debet — dicit, quod ex.* Vid. Vet. Coll. l. c. not. *b*.

demnatur. Quod de bonae fidei possessore dicitur, qui post iudicium acceptum iumentorum etiam mortalitatem non debet praestare, speciale est ibi, quia mortalitatem praevidere non potuit, quum sit fortuitus casus *l*).

§. 85.

Varia dicunt, scilicet, an actio tutelae utilis detur in magistratum *m*). *Martinus* dicit, quemadmodum tutor tenetur ea, sic et magistratus *n*), et hoc per *ult. L. D. de Magistrat. conven.* (27, 8.), quae dicit, *quod eadem actio datur in magistratus, quae competit in tutores;* sed in tutores datur utilis actio tutelae, ut *D. de Tutel. et rationib.* (27, 3.) *L. Quum tutor.* (18.) *o*), ergo in magistratus eadem actio datur. *Bulgarus* contra; dicit enim, quod actio in factum subsidiaria in eos datur, ut in *Inst. de Satisdat. tutor.* (1, 24.) §. *Sciendum* (2.), et dicit, quoniam non est tutor, nec ipse, nec heres eius tenetur tutelae, sed hic quasicontractus inter tutorem tantum et pupillum intervenire videtur, et quod *D.* dicitur, non obloquitur, scilicet, eamdem actionem dari in magistratum, quae in tutorem; refertur enim potius ad exactionis effectum, quam ad nomen actionis: est enim philosophice dictum *p*).

§. 86.

Nec in hoc concordes sunt, an clerici debeant iurare de calumnia. *Martinus* dicit, quod non debent iurare de ca-

---

§. 85. *Vet. Coll.* §. 82. *Hug.* §. 445.
§. 86. *Vet. Coll.* §. 83. *Hug.* §. 64.

l) Vet. Coll.: *Quod autem dicitur, quod bonae — contestatam perceptis, quia post litem contestatam, sicut q. m. fidei possessor condemnaretur — iumentorum et mancipiorum mortalitatem.* Hug.: *contestatam perceptis, de percipiendis post litem contestatam, sicut q. m. f. p. teneretur, ut C. de Rei vind.* (L.) *Certum. Quod — et mancipiorum mortalitatem.*

m) In Vet. Coll. om. vv. *Varia dicunt, scilicet*, et exstant vv. *an — magistratum* in inscriptione §phi. Hug.: *Disssentiunt in actione in magistratum danda.*

n) Vet. Coll.: — *Mart. dicit, quod quemadmodum t. t. ea* (om. *sic*) *et m.* Hug.: *Nam d. M., q. tenentur tutores, ita tenentur et mag.*

o) Hug. add.: *et D. de Neg. gest.* (3, 5.) *L. Cum pater* (29.).

p) Vet. Coll.: *et dicit, quod qui non — tutelae; hic enim quasi contractus — videtur vel creditur, et quod in D. — tutorem datur, refertur etc.* Hug.: *dicit, quod qui non — tutelae, hoc enim quasic. — videtur vel creditur, nec obloquitur, quod dicitur in D.: „eadem actio datur in magistratibus, quae datur in tutores“; re-*

lumnia, quia ecclesiasticis regulis, et more a beatissimis patribus instituto, clerici iurare prohibentur, ut *C. de Sanctiss. episc.* (1, 3.) *L. Quum clericis* (25.); item quodam simili q), quia remittitur patrono et r) propter reverentiam, ut *D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Iusiurandum* (34.) §. *Qui iusiurandum* (4.), multo magis clericis, quibus maior reverentia debetur. Hoc tamen intelligendum est, quum vacant divinis ministeriis, et ea agunt, quae ad clericos spectant, aliquando privilegio s) carent, ut *C. de Sanctiss. episc.* (1, 3.) *L. Generaliter* (52.). *Bulgarus* dicit, debere iurari, quia in t) unaquaque lite iurandum est, ut *C. de Iureiur. propter calumn.* (2, 59.) *L.* 1. per advocatum tamen, ut Imperator Henricus statuit et Honorius confirmavit u).

§. 87.

Dissentiunt, utrum tigni immissio tempore adquiritur v). *Martinus* dicit, quod istae duae tantum servitutes tempore

---

§. 87. *Vet. Coll.* §. 84. *Hug.* §. 179, 393.

fertur (om. *enim potius*) *ad e. effectum magis, quam* — est (om. *enim*) *ph. d.*

q) Vet. Coll. om. vv. *Nec — sunt* et sqq. in inscr. §. pos. sic: *M. d. clericum non debere iurare de cal., quoniam eccl. regulis et canone a — item quadam similitudine.*

r) Haub.: „Abest hoc vocabulum (*parentibus*) in edd. sed e L. 34. commemorata supplendum."

s) Vet. Coll.: *reverentia habetur — spectant alioquin pr.* Haub.: *alias.* Vid. Vet. Coll. l. c. not. s.

t) Vet. Coll.: *Bulg. dicit, clericum debere iurare, quia in.*

u) Haub.: „Ante oculos auctor habuit epistolam decretalem Honorii II. editam circa annum 1127. quae nunc legitur in *Cap.* 1. *X. de Iuramento calumniae* (2, 7.), ipsa vero originem debet constitutioni Imperatoris Henrici II. (in Germania III.) factae Arimini III. Nonas, vel, ut alii habent, III. Kal. Apriles, vel rursus secundum alios d. IV. m. Aprilis anni 1047. ac Legibus Longobardicis illatae, in quibus inter Leges Henrici II. Augusti primum tenet locum apud *Paulum Canciani* Operis, quod inscripsit: Barbarorum Leges antiquae cum notis et glossariis, Vol. I. p. 237. iunct. Vol. V. p. 106. Meminit iam Henrici constitutio huius quaestionis tamquam inter Iurisconsultos suae aetatis controversae his verbis: *nonnullis legis peritis res venit in dubium, utrum clerici iusiurandum praestare debeant, aut alii personae hoc officium liceat delegare*, et permisit, id delegari *advocatis* ecclesiarum *propriis idoneis*, plane, ut apud nostrum legitur, nam Honorius Pontifex usus est nomine *defensorum*; unde patet, nostrum libellum neque ante annum 1127. neque post annum 1234. qui est natalis Decretalium Gregorii IX., esse compilatum. Quo argumento ad definiendam opusculi aetatem, quantum ad initii vestigia attinet, usus est etiam *Wenckius* l. l. §. 11. p. 157. De ipsius constitutionis Henricianae memoratu maxime dignae fontibus, fatis et argumento adeundus *Sartius* de claris Archigymnasii Bononiensis Professoribus Prooem. §. 3. T. I. P. I. p. 2. et potissimum Celeberrimus *Savignius in der Ge-*

adquiruntur, scilicet stillicidii servitus et aquaeductus, ut *D. de Servitut. urb. praed.* (8, 2.) *L. Foramen* (28.) et *C. de Servit. et aqua* (3, 34.) *L. Si aquam* (2.). Aliae vero servitutes non adquiruntur tempore, quia non habent caussam naturalem, et hoc dicit ex eadem *Lege Foramen*. **Bulgarus** et *Alii* dicunt, quod inmissio tigni tempore adquiritur, et hoc ex ista *Lege D. de Servit. urb. praed.* (8, 2.) *L. Sed si inter me et te* (27.), quae dicit, si in me x) inmissum habeas, an tecum debeo agere, an rem perdere y), quod *Martinus* determinat ita: scilicet, quum dicitur, rem perdere non decennio, vel vicennio, sed ea consuetudine, quae excedit sursum versum memoriam hominum, ex qua etiam non servitus, sed quasiservitus adquiritur; et merito, quia, quod manu fit, non habet perpetuam caussam, quamvis effectus perpetuus sit z).

§. 88.

Interesse non debet esse duplum, scilicet quod a) *C. de Sentent. quae pro eo, quod interest, prof.* (7, 47.) b). *Iacobus* et *Alii* ita intelligunt c), interesse singulare non debet excedere duplum, id est, ubi datur certum pretium, vel certa merces, non debet excedere duplum eius, quod datum est d).

---

§. 88. *Vet. Coll.* §. 85. *Hug.* §. 338.

schichte des Römischen Rechts im Mittelalter c. 14. T. II. p. 209. sq."

v) v. *Dissentiunt* abest a Vet. Coll.; sequentia exstant in inscriptione §phi.

x) Vet. Coll.: *in meo.* Haub. ad v. *me:* „H. e. in aedes meas, ut in d. L. 27." Hug.: *Dominus M. dicit, q. i. duae* (om. *tantum*) *s., sc. still. et aq. adq. temp. — si* (om. *in me in*)*missum habuit.*

y) Vet. Coll.: *habeas, aut tecum d. a., aut rem p.*

z) Cf. Hug. in Vet. Coll. l. c. not. z.

a) Haub. em. *propter*; sed vid. Vet. Coll. l. c.

b) Vet. Coll.: *Interesse non debet excedere duplum — secundum quod legitur in C. — prof. L. un.*

c) Haub.: „Incongruo loco edd. hic inserunt *id est*, quod ex sequente contextu recepisse videntur;" sed vid. not. *d.* et Vet. Coll. l. c. not. *c.*

d) Haub.: „Absunt rursus contrariae sententiae vestigia, quae tamen forsitan suppleri possunt e glossa ad *d. L. un. C.* verb. *dupli;* unde certe discimus, *P.* (*Placentinum* an *Pillium?*) Legem illam accepisse de interesse *convento*, (quod noster videtur intelligere sus singulari) sed *B.* (*Bulgarum*) de *communi.*" Vet. Coll.: *duplum communis interesse. Martinus dicit, non debere excedere duplum, id est etc.* Hug.: *Dissentiunt, interesse an debeat excedere duplum? Quidam tamen dicunt, quod debet duplum excedere, sicut legitur alias, nec obstat L. un C. — interest, ubi dicitur, quod interest non debet*

§. 89.

Nec idem senserunt in hoc, utrum debitor cogatur probare dolum admissum in pignore amisso e). *Martinus* dicit, sufficere creditori dicenti, se pignus amisisse, si probet, se amisisse, quia cum eo agitur aut quia habet, aut quia dolo desiit habere. Probandum est ergo, quod habeat, vel dolo desierit possidere, quia, qui dolum obiicit, vel culpam, probare debet f), ut *C. de Pignorat. act.* (4, 24.) *L. Si nulla* (8.), *D. de Probat.* (22, 3.) *L. Quoties* (18.) et *D. de Legat. II.* (31.) *L. Omnia* (32.), *D. de Administrat. tutor.* (26, 7.) *L. Chirographis* (57.). *Bulgarus* dicit, eum debere probare, se sine dolo malo amisisse, quia, qui excipit, probare debet, et hoc per *L. D. de Except. rei iud.* (44, 2.) *L. Si rem* (17.) et *de Noxal. act.* (9, 4.) *L. Quoties* (21.) §. *Praetor* (2.) et *C. de Fide instrum.* (4, 21.) *L. Quum quidam* (21.).

§. 90.

Certant inter se in legato conditionali. Nam dicunt g), quod legata conditionalia relicta filiis transmittuntur ad suos heredes, quamvis filii moriantur ante eventum conditionis, ut *C. de His, qui ante apert. tab.* (6, 52.). *Alii* contra, quia sive sint relicta filiis, sive aliis, si legatarii moriantur ante conditionis eventum, non transmittuntur ad heredes, ut *C. de Caduc. toll.* (6, 51.) §. *Sin autem* (7.), et dicunt, *Legem* illam *de His, qui ante apert. tab.* loqui de legatis relictis sub certa conditione. Ad quod *Martinus* respondet: aliquid speciale est in filiis. Quod falsum est. Nam illa *Lex de Caduc. toll.* loquitur generaliter, illa vero *de His, qui ante apert. tab.*, specialiter in filiis.

---

§. 89. *Vet. Coll.* §. 86. *Hug.* §. 225, 411.
§. 90. *Vet. Coll.* §. 87. *Hug.* §. 297.

cavere (leg. *dupli quantitatem excedere*). *Iac. et a. sic intelligunt, id est singulare interesse — duplum communis interesse. Martinus dicit, non debere excedere duplum, id est — merces* et des. seqq.

e) In Vet. Coll. des. vv. *Nec — hoc;* reliqua exstant in inscriptione §phi.

f) Vet. Coll.: *M. dicit, si creditor dicit, se a. pignus, sufficit, si probat, se amisisse sine dolo, nec cogitur dicere, se amisisse sine dolo, quia, quando cum eo agitur, aut* quod *habet, aut* quod *dolo desiit* (om. *habere — desierit*) *possidere, is, qui obiicit dolum vel culpam, probare debet.*

g) Vet. Coll.: *Martinus dicit, quod* et des. vv. *Certant — conditionali.* De reliqua §phi parte cf. Vet. Coll. l. c. not. *k — m.*

§. 91.

Dissentiunt in re sua legata [h]. *Martinus* dicit, si testator legaverit rem suam, legatarius, adita hereditate, habet actionem hypothecariam, dicens, etiam quum res testatoris est, competere personalem actionem ex testamento, ut dicat legatarius heredi, oportere eum dare respectu possessionis, quam habet heres, ut *C. de Legat.* (6, 37.) *L.* 3. et *D. de Legat. II.* (31.) *L. Quum filius* (76.) §. *penult.*, tunc etiam hypothecariam competere in aliquibus rebus defuncti, in quantum personalis actio durat, ut *C. Comm. de legat.* (6, 43.) *L.* 1. *et* 2. *Alii* contra dicunt, non competere actionem ex testamento, quia rem iam factam legatarii legatarius non debet petere actione personali, quia non potest legatarius dicere heredi, oportere dare, quum res sua sit; nam ille, qui in rem convenitur, non est obligatus, ut in *Inst. de Act.* (4, 6.) *in principio* [i].

§. 92.

Martinus dicit, quod actio vi bonorum raptorum competit in quadruplum, ita quod totum quadruplum est poena, scilicet quum hominibus coactis rapitur, ut *D.* [k] *Vi bonor. raptor.* (47, 8.) *L. antepen.* (4.) §. *Si quis adventu* (6.). *Alii* contra, sc. quod in quadruplo inest rei persequutio, ut in *Inst. Vi bonor. raptor.* (4, 2.) *in principio* [l].

---

§. 91. *Vet. Coll.* §. 88. *Hug.* §. 294.
§. 92. *Vet. Coll.* §. 89. *Hug.* §. 438.

h) vv. *Dissentiunt — legata* des. in Vet. Coll.

i) Vet. Coll.: *Martinus dicit, quod si testator legavit rem — actionem ex testamento et rei vindicationem et hypothecariam, dicens: ego puto, quum — heredi: oportet te dare — in aliis rebus — dicere heredi: oportet te dare, quum res legatarii sit — non obligatur, ut etc.* Hug.: *Differunt, quae actio competit ad legata praestanda. Dominus M. dicit, quod si t. legavit rem s., legatarius habet actionem ex testamento, adita tamen hereditate et rei vindicationem et act. hypothecariam. Ego autem Io. de le. puto, quum r. t. fuerit, pers. act. ex t. comp., ut — oportet te dare — habes heres, ut D. de Leg. II. (L.) Cum filius* (76.) §. *Variis* (8.) *Sed pro eadem re non datur hypothecaria, sive contra heredem sive contra legatarium, sed pro aliis rebus, quae sunt apud heredem a testatore sibi obvenientes. Alii c., et dicunt — quia res iam facta est legatarii, et non d. l. p. a. p. — oportet te dare, quum res sit legatarii, nam — non obligatur, ut probatur in Inst. de Act. in pr. etc.* Cf. Vet. Coll. l. c. not. *r.* i. f.

k) Vet. Coll.: *coactis rapina facta est, et hoc ex illa L. D.* Hug.: *raptorum datur in quadruplum — hominibus coadunatis facta est rapina, et hac ex illa L. D.*

l) Hug.: pr. *et D. de Vi bon. rapt.* (47, 8.) *Iul.* Leg. *L.* 2, *pr.*

CODICIS CHISIANI COLLECTIO.

NUNC PRIMUM EDITA.

§. 1.

An iudex delegatus caussam sibi delegatam alii delegare possit?

Differunt in quadam *Cod. L. de Iudiciis* (3, 1.) *A iudice* (5.). Ibi dicitur: „*a iudice iudex datus iudicis dandi potestatem non habet, nisi a principe datus fuerit.*“ Dicunt *Quidam*, *Legem* correctam per *Auth.* ibi positum, *Ad haec si administrator*, in quo dicitur, „*quod iudex delegatus omnino per se litem audiat*“, et sic nullo modo poterit delegare, et hoc *B.* (*Bulgarus*) et *V.* (*Hugo*). *Alii* dicunt, quod ibi dicitur in *Lege* eadem non esse correctum, et hodie iudex delegatus nihilominus poterit delegare, et quod dicitur in illo *Authentico*, intelligitur, ex quo per se coeperit audire. Nam postea non delegat, et hoc *Iacob*; a) (*Iacobus*). *Alii* dicunt, quod iudex ordinarius, ut puta praeses provinciae, cui aliqua caussa delegata est, et ipse poterit b) et hanc delegare alii. Si vero non

§. 1. *Hug.* §. 90. *Placentinus* in Summa Tit. C. Qui pro sua iurisd. l. c. p. 98. *Azo* in Summa Tit. C. Qui pro sua iurisd. l. c. fol. 48 b. et in Lect. ad L. 1. C. eod. l. c. p. 176. et ad Auth. Ad haec L. 5. C. de Iud. l. c. p. 166. *Roffredus*, Ord. iud. Part. I. cap. Qui possunt esse iudices, l. c. p. 5 a. *Hug.* Dist. LXV. Gloss. v. *Non habet* L. 5. C. de Iudiciis. Gloss. v. *A principe* eod. Cas. et Glossa v. *Delegatus* Auth. Ad haec si administrator. Gloss. v. *Iudicandas* et v. *Resedissent* L. 1. C. Qui pro sua iurisd. Gloss. v. *Mandata est* L. 12, §. 1. D. de Iudiciis. Gloss. v. *Audiant* Nov. 60, c. 2, §. 2. Gloss. v. *Legatus* L. 12. D. de Officio proconsulis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 5. C. cit. fol. 139 a. et sup. L. 12, §. 1. D. de Iudiciis l. c. fol. 201 b. *Giphanius*, explan. L. 5. C. de Iudiciis l. c. p. 138. *Brunnemann* ad L. 5. cit. l. c. p. 227. et ad L. 1. C. Qui pro sua iurisd. l. c. p. 237. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 45—47. p. 37. sq. Lib. XII. c. 97—99. p. 991—995. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 614. sqq. p. 662. n. 8. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 151. n. 2. sq. p. 180. *Glück* l. c. T. III. p. 296. sqq.

a) Hug. loco *Iacobi* ponit *Ioannem* et *Azonem*. *Ioannes* commemoratur etiam in gloss. cit.

b) Add. *cognoscere*.

est ordinarius, sed per motus privatos, tunc delegatus etiam ab imperatore. *P.* (*Placentinus*).

§. 2.

Actore in bona rei absentis misso, an reus possessionem recuperare possit?

Differunt in eod. *Tit. Properandum* [c] (C. 3, 1, 13, §. 3.). Dicunt enim *Quidam*, quod si actor missus sit in possessionem, quia reus ad iudicium non veniebat, sive abfuerit sive non, dummodo per contumaciam non abfuerit, semper recuperat possessionem, si satisdat. *Martinus* [d]). *Alii* dicunt, sive abfuerit per contumaciam sive non, distinguitur, utrum iam lite contestata absit [e]), quo casu, si missus sit actor iam in possessionem, nullum reo postea [f]) superest auxilium sive de proprietate sive de possessione, ut in hac *Lege;* si vero lis non fuerit contestata, tunc, etiam si intra annum veniat, non recuperabit possessionem, salva tamen ei de proprietate actione [g]), ut *C. Ubi in rem actio* (3, 19.) *L.* 2.; si vero non est contestata nec quasi, tunc possessio semper transfertur ad actorem, ut [h]) *C. de Praescr. XXX vel XL annor.* (7, 39. *L.*) *Si quis emptionis* (8.) *i. f.* [i]) *W.* [k]) (*Wilhelmus de Cabriano*), *Al.* (*Albericus*), *Iac.* (*Iacobus*).

§. 3.

An actiones, quae per pactum ipso iure tolluntur, denuo institui possint.

Differunt, quia *B.* (*Bulgarus*) dicit, quod in eis actioni-

---

§. 2. *Vet. Coll.* §. 37. *Rog.* §. 8. *Hug.* §. 107, 105, 106. *Azo* in Summa Tit. C. Ubi in rem actio l. c. fol. 54[b]. et in Lect. ad L. 2. C. eod. §. 8. l. c. fol. 193. *Odofredus* in Lect. sup. L. penult. C. eod. l. c. fol. 164[a].

§. 3. *Hug.* §. 374.

c) Hug.: *Item differunt super eodem verbo;* v. *eodem* indicat, aut plurima in Cod. Chis. excidisse, aut quaestionem antecessisse, quae intercidit.

d) Hug.: *abfuerit, recuperabit p. si satisdatur. Azo et Alii d.*

e) Hug.: *non; dicunt tamen, interesse, utrum* (deest *iam*) *lite c. absit.*

f) Hug.: *actor* (deest *iam*) — *reo* (deest *postea*) *superest.*

g) Hug.: *contestata, sed quasi, tunc, etsi* (deest *iam*) — *salva t. est ei de pr. actio, ut.*

h) Hug.: *si vero lite non contestata vel quasi, sed intra annum veniens et satis dederit, tunc possessio* (deest *semper*) *transfertur ab actore in reum, ut.*

i) Hug.: §. 2. In Edd. est §. 3.

k) Cod. Cantabr.: *Iac. et Vb.* (Ubertus de Bobio) et Cod. Par.: *Iac aro;* reliqui Hugolini codices habent *Iac. et W.*, omisso *Alberico.* Cod. Cantabr. librarium

bus, quae ipso iure tolluntur pacto, si remittatur caussa transactionis, ut furti, vi bonorum raptorum re integra, ex emto et locato, rescissa transactione pristina intenditur actio, quae eadem pristina dicitur [l]. *Ugo (Hugo)* utilem [m] ex aequitate [n].

§. 4.

De exceptione non numeratae pecuniae.

Differunt in *L.* illa (C.) *de Postulando* (2, 6.) *L.* 3. Dicunt *Quidam*, quod, etiamsi non opposuit intra certum tempus exceptionem non numeratae pecuniae, non obest, et hoc ideo [o] simulate sit actum, ut lex circumveniretur. *Alii* contra [p].

§. 5.

Quot testibus probanda sit scriptura, qua testator codicillos in testamento rupto confirmatos denuo agnovit.

Differunt in *prima Lege C. de Codicillis* (6, 36.). Dicunt *Quidam*, rupto testamento, et codicillis in eo confirmatis agnatione postumi, si postea epistola testator confirmaverit, quod hoc duobus testibus potest probari et postea legata praestentur. *B. (Bulgarus)*. *Alii* dicunt, nonnisi VI [q] testibus, arg. *C. de Latina libert. toll.* (7, 6.) *L.* 1, §. *Sancimus* (1.) et *Infra de Fideicomm.* (6, 42.) *L. ult.* [r].

---

§. 4. *Hug.* §. 20. *Azo* in Lect. sup. L. 3. C. de Post. l. c. p. 92. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. Cit. l. c. fol. 86 b.

§. 5. *Hug.* §. 290. *Azo* in Lect. ad L. 1. C. de Codic. l. c. p. 510. Gloss. v. *Literas* L. 1. C. de Codicill. Gloss. v. *Ostenditur* L. ult. C. de Fideic.

siglum *W.* cum *Vb.* commutavisse, manifestum est.

l) vv. *quae e. p. d.* abundant.

m) Sc. *dat.*

n) Hug.: *Differunt*, *quia in — tolluntur per pactum, B. dicit, quod si remittantur — integra, emti, locati, pristina tamen* datur *actio* (vv. *quae e. pr. d.* desunt). *V. vero dat utilem ex aeq. et bene poterat, ut* in *Lege illa Iuris gentium* (D. 2, 14, 7.) §. *Adeo* (6.) §. (Leg. *L.*) *Veteribus placet, pactionem obscuram vel ambiguam.* (L. 39. eod.)

o) Ins. *quia.*

p) Plura habet Hug.

q) Ita Cod. Chis.; Hug. *V.*

r) Hug.: *Differunt in C. de Cod.* (6, 36.) *L.* 1. *in pr. Dicunt Quidam, quod rupto — postea test. conf. per epistolam praecedens praeiudicium, scil. factum in codicillis, quod d. p. t. probari. Bulgarus et Alii dicunt, quod n. V testibus — ult. Io. le.* (Ioannis Lectura?), *quibus et dominus Y.* (Irnerius; Cod. Stuttg.: *P.* i. e. Placentinus) *consentit, et super illo verbo, quod est in praedicta Lege, scilicet „literas etc.", subaudit dominus Azo: „vallatas sollemnitate codicillorum", id est, quia in eis quinque*

§. 6.

Quibus heredibus competat ius variandae actionis.

Differunt in *C. de Codicillis* (6, 36.) *L. ult.* Dicunt *Quidam*, tunc tantum esse locum variationi actionis, quum instituuntur adscendentes vel descendentes, secundum adhibitam distinctionem, utrum coniungantur tantum iure cognationis, et tunc nisi ad tertium gradum locus est variationi, an iure agnationis, et tunc usque ad quartum gradum. *Al.* (*Albericus*). *Alii* vero dicunt, in adscendentibus et descendentibus in infinitum. Inter agnatos usque ad quartum gradum, inter cognatos usque ad tertium tantum locus est variationi. *P.* (*Placentinus*) s).

§. 7.

Crimen stellionatus quando infamet?

Differunt in *D. de His, qui not. inf.* (3, 2.) *L. Quid ergo* (13.) §. *Crimen* (*ult.*). Dicunt *Quidam*, quod crimen stellionatus, ex quacumque descendat actione, sive famosa, ut ex dolo, sive non, ut ex emto et in contractibus nominatis t), mandati, semper ex sententia irrogatur infamia. *B.* (*Bulgarus*) u). *Alii* dicunt, quod si descendat crimen stellionatus ex actione famosa, lata sententia semper infamat v), aliter numquam, nisi per sententiam. *Al.* (*Albericus*), *Iac.* x) (*Iacobus*) y).

---

§. 6. *Hug.* §. 291. *Placentinus*, Summa Tit. C. de Codic. l. c. pag. 277. sq. *Azo*, Summa Tit. C. de Codic. i. f. et in Lect. ad L. ult. C. eod. l. c. p. 511.

§. 7. *Hug.* §. 372. *Azo* in Summa Tit. C. de Crim. stell. l. c. fol. 262^{a}. Gloss. v. *Publicum* L. 13, §. ult. D. de His, qui not. iuf. not. inf. Gloss. v. *Ictus fustium* L. 22. D. eod. Gloss. v. *Importat* L. 7. D. de Publ. iudic. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. C. de Crim. stell. l. c. fol. 549^{b}. et in Lect. sup. §. ult. D. cit. l. c. fol. 103^{b}. *Walch.* l. c. p. 693. sq. *Glück* l. c. T. V. p. 192. sqq. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 414. n. 1.

testes aderant, alioquin non valerent, nisi sollemnitate V testium interveniente, quia nuda voluntate non possent restitui codicilli iam rupti, ut D. de Bon. poss. sec. tab. (37, 11.) *L. ult. Secundum Az.* (Azonem.).

s) Hug.: *Item differunt — dicunt enim q., tunc demum esse — tunc nonnisi usque ad — variationi, aut iure — gradum et his dominus Azo consentit. Dicit enim, in L. illa* (leg. *L. illum*) *non loqui in quolibet agnato vel cognato, sed de his tantum, qui sunt liberi vel parentes. Alii* (deest *vero*) *dicunt, in adscendente vel etiam descendente in — tantum gradum locus etc.*

t) Cod. Chis. habet *nōī.*

§. 8.

Contrario mandati iudicio condemnatus an sit infamis et an hoc speciatim in mandato valeat?

Differunt in *D. eod.* (3, 2.) *L. Furti* (6.) §. Mandati (5.). Dicunt *Quidam*, quod idem est in qualibet contraria, mandati etc., ut in talibus condemnati efficiantur infames, si vero eius directa talis sit, quae importet infamiam damnato et quod hic dicitur, exempli caussa dicitur. *Al.* (*Albericus*). Omnes *Alii* contra dicunt, *Ia.* (*Iacobus*) etiam et *B.* (*Bulgarus*) z).

§. 9.

An durior sententia existimationem condemnati laedat?

Differunt. *Quidam* dicunt, quod, quia res iudicata non praeiudicat veritati, multo minus condemnatoria praeiudicat, nisi delictum interveniat. Sed ei obiicitur: praeses provinciae non potest efficere, quod damnatum furti non consequatur infamiam a), ergo sententia praeiudicat veritati. Responde:

---

§. 8. *Hug.* §. 371. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. II. c. 11. not. 39. p. 199. *Azo* in Lect. C. ad L. 1. C. Mand. l. c. p. 119. Gloss. v. *Mandati condemnatus* L. 6, §. 5. D. de His qui not. inf. Gloss. v. *Non erit infamis* L. 6, §. ult. D. eod. *Glück* l. c. T. XV. p. 320. sqq.

§. 9. *Hug.* §. 26. *Azo* in Summa Tit. C. Ex quib. cau. inf. l. c. fol. 24b. et in Lect. ad L. 8. C. eod. l. c. p. 97. Gloss. v. *Durior sententia* L. 8. Gloss. v. *Quaestione* L. 14. C. eod. Gloss. v. *Ictus fustium* L. 22. D. eod. Gloss. v. *Non conservat* L. 13, §. 7. D. eod. Gloss. v. *Damnatus* L. 4, §. fin. D. eod. Gloss. v. *Infamia* L. 63. D. de Furtis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 8. C. cit. l. c. fol. 90b. *Brunnemann* ad L. 8. C. cit. l. c. p. 146.

u) Gloss. add. *M.* (Martinum).

v) Sc. *ipso iure.*

x) Gloss.: *Io.* (Ioannes Bassianus) pro *Al.*, *Iac.*

y) Hug.: *Differunt — sive sit famosa — emto, locato, alias mandato, s. i. inf. ex sententia, arg. D. de Public. iudic.* (48, 1.) *L. Infamem* (7.) *B. — per sententiam, ut C. de Contrah. emt.* (4, 38.) *praeter haberi* (sic) *in eadem sententia. Alb'.* (Albericus). *Ia.* In Cod. Cantabr.: *Differunt in C de His — crimen stellionatus, ut ex qua dolo* et des. vv. *cumque — famosa, ut ex.* In Cod. Par. excidit *Iac.*

z) Hug.: *Differunt — §. ult. Quidam dicunt, q. i. e. in q. actione contraria,* (om. *mandati etc.*), *ut in t. c. non efficiantur* (deest *infames*), *si modo eius — damnato; al'* (Aldricus?), *al.* (Albericus?), *et in contrariis de dolo et desidia traderetur; est idem in confessionibus de dolo et fidei traderetur, et hoc, quod ibi dicitur, e. c. dicitur. Omnes — Ia. et B., ut D. Depositi* (16, 3.) *L. Ei apud* (5.) In Cod. Stuttg. deest *et B.* — Quaestio incuria librariorum turpiter depravata, quae illustratur a *Vacario* l. c. In gl. *Non erit infamis* ponitur *Io.* (Ioannes) pro *Ia.*

a) Leg. *Non sequatur infamia;* cf. *L.* 63. *D. de Furtis* (47, 2.).

tunc solum locum habet, quum in veritate praecessit furtum, et est speciale in caussa famae, et hoc arg. *D. de His, qui inf.* (3, 2.) *Ictus* (22.), ubi non sufficit, aliquem castigari ad hoc, ut sit infamis, nisi caussa praecedat, ex qua possit damnato infamia irrogari. *M.* (*Martinus*). Sed contra *Ugo* (*Hugo*) et *Al.* (*Albericus*), *I.* (*Irnerius*) et *Iacobus* [b]).

§. 10.

Quando procurator in rem suam de calumnia iurare debeat?

Differunt, quia dicunt *Quidam:* si procurator in rem suam factus intendat directam, dominus debet de calumnia iurare, quia nomine domini intendit. Si vero intendat utilem, ipse tantum iurat, quia suo nomine agit. *Alii* vero dicunt [c]), quod, sive directam sive utilem intendat, semper procurator de calumnia iurat, quia ad eum spectat omne commodum, arg. *C. de Procuratoribus* (2, 13, *L.*) *Qui stipendia* (9.) et *D. de Appellationibus* (49, 1.) *L. Qui suspectum* (20, §. 1.) et *D. Quando appellandum sit* (49, 4.) *L.* 1, §. *In propria* (11.). *Al.* (*Albericus*), *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) [d]).

---

§. 10. *Hug.* §. 71. *Pillius*, Ordo iudic. Part. III. cap. Quo casu procurator iuret de cal. *Placentinus* in Summa. Tit. C. de Iurei. pr. cal. l. c. p. 94. *Azo* in Summa Tit. C. cit. l. c. p. 46 [a]. *Roffredus*, Ordo iudic. Part. IV. rubr. de Act. ex stip. iud. solvi l. c. p. 328. Part. I. rubr. Qui pro aliis p. 13. Gloss. v. *Rem suam* L. 9. C. de Procurat. Gloss. v. *Si actor* L. 29. D. eod. Gloss. v. *Ex necessitate* L. 33. i. f. D. eod. Gloss. v. *Interrogationibus* L. 39. D. eod. Gloss. v. *Si quis* L. 34. D. eod. Gloss. v. *Suo nomine* L. 1, §. 11. D. Quando appellandum. Gloss. v. *Subeat* L. 2, §. 3. C. de Iurei. pr. cal. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. de Oblig. et act. l. c. fol. 215 [b]. et sup. Auth. Principales C. de Iurei. pr. cal. l. c. fol. 136 [a]. et sup. L. 39. D. de Procurat. l. c. fol. 111 [b]. *Lauterbach*, dissertationes academicae disp. 143. th. 102. n. 2. th. 109. Vol. IV. p. 1179. et p. 1181. *Glück* l. c. T. V. p. 276, T. XII. p. 362.

b) Hug.: *Placentinus dicit, quod* (deest *quia*) *res — non sequatur i., ut D. de Furt.* (47, 2, L.) *Non potest* (63.). *Ergo — Respondeo: hoc locum h., q. f. in v. praecesserat* — arg. *sumitur D. — ictus. Nam non — ut fiat infamis, n. c. praecesserit, ex qua caussa p. i. i. damnato, et hoc etiam M. et Iac. et Alb. Sed Y.* (Irnerius) *et Iob.* (Ioannes Bassianus) *contra.* Cod. Par. et Bamb.: *Placentinus — veritati, et hoc tali argumento: sententia absolutoria non praeiudicat veritati, multo minus.* Dubitari potest, quae hic tanquam *Iacobi* et *Alberici* sententia profertur, an revera ab ipsis profecta sit; nam in Cod. Chisiano discedunt a *Martino*, quocum consentiunt ap. Hugolinum.

c) Hug.: *dicunt, ut Pla.* (Placentinus).

d) Hug.: *Dominus Al., Iaco.* (Iacobus), *Aldricus et Ot.* (Otto Papiensis). *Et hoc ultimum dicit Iob. Idem dicit Azo etc.*

An procurator in rem suam debeat defendere eum, cuius nomine actionem intentat.

Al. (*Albericus*) dicit, quod procurator factus in rem suam semper cogitur dominum defendere, sive habeat lucrativam caussam, sive non. Sed hoc verum tantum est in actionibus ex eadem caussa provenientibus, puta: emi a te hereditatem et fecisti me procuratorem in rem meam, ego habeo necesse te defendere in omnibus actionibus ex hac hereditate provenientibus; alias minime. Ceterum *Iac.* e) (*Iacobus*) dicit, hoc tantum locum habere in lucrativis caussis, alias non cogitur defendere, puta, quum emit, nisi fecerit in fraudem.

§. 11.

De mandato procuratoris dubio et de cautione praestanda.

Differunt, quum dubitatur, utrum habeat mandatum procurator. Dicunt *Quidam*, si reus dicat dubitando: tuum habes mandatum? Tunc debet procurator probare, se habere mandatum. Si dicat reus dubitando: te non habere mandatum, tunc procurator cavere debet de rato. *B.* (*Bulgarus*). *Alii* dicunt, esse in potestate rei, velitne admittere ipsum procuratorem probantem, se habere mandatum, *C. de Procuratoribus* (2, 13, 12.) *princ.*, an velit admittere eum de rato caventem. *P.* (*Placentinus*). *Alii* dicunt, esse in potestate procuratoris, utrum probare velit, se habere mandatum. Nemo aufert ei hanc potestatem, arg. *Inst. de Satisdationibus* (4, 11.) §. *Sin autem* (3.) §. *Si vero* (4.), *D. Ut in possessionem legatorum* (36, 4, *L.*) *Si is a quo* (3, §.) *Si procurator* (2.), *Io. ba.* (*Ioannes Bassianus*).

---

§. 11. *Hug.* §. 28. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Procuratoribus l. c. p. 59. *Azo* in Summa Tit. C. de Procur. l. c. fol. 26 a. et in Lect. ad L. 1. C. eod. §. 7. sqq. l. c. p. 99. sq. *Hug.* Dist. XXVIII. in Adc. II. §. 7. Gloss. v. *Cautio* L. 1. C. de Procurator. i. f. Gloss. v. *Debet* L. 39, §. 1. D. eod. Gloss. v. *Quod* L. 21. D. Ratam rem hab. Gloss. v. *Verus* L. 5, §. 18. D. de Novi op. nunt. Gloss. v. *Procuratorem* L. 66, §. 1. D. ad Sc. Trebell. Gloss. v. *Habiturum* §. 3. Inst. de Satisdat. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. fol. 91 b. sq. *Brunnemann* ad L. 1. C. cit. l. c. p. 150. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 858. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. 46. Tit. 8. §. 2. l. c. T. III. p. 778.

e) Hug.: *Ceterum Jac.*, *Al.* (Albericus) *et M.* (Martinus) *dicunt.*

§. 12.

Possitne filius, qui debitum patris solvit, adversus patrem agere, aut post mortem patris adversus coheredes suos?

Differunt in *C. de Negotiis gestis* (2, 19.) *L. Si filius* (12.). Dicunt *Quidam:* quia*f*) filius in potestate constitutus solvat pro patre, nullam habet filius actionem. Sed videtur contra dicere in *D. Famil. herc.* (10, 2.) *L. Heredes* (25.) §. *Si filius* (19.). Nam ibi dicitur, quod habet familiae herciscundae iudicium cohaeres*g*). Sed responde: quoniam ibi filius erat emancipatus, et quod ibi dicitur: „*aequius etc.*", ideo dicitur, quia de iure stricto non haberet familiae herciscundae iudicium. Nam ad hoc, ut habeat quis familiae herciscundae iudicium, est necesse, ut quasi heres faciat, ut *D. Famil. herc.* (10, 2.) *L. Et puto* (16.) §. *Et ideo* (4. in f.). Ceterum hic filius, si esset in potestate, solvendo pro patre, nullam haberet actionem, quoniam iure naturali naturalis nascitur obligatio, ex qua non nascitur actio. *B. (Bulgarus). Alii* vero dicunt, quod, quamdiu est in potestate, sola est naturalis et non habet petitionem filius; morte tamen patris efficaciam sumit, ut *D. Famil. herc.* (10, 2.) *L. Heredes* (25.) §. *Si filius* (19.). Sed solam efficaciam sumit ex transcursu temporis, puta, quum scripsi, me accepisse spe futurae numerationis. Nam ante biennium sola civilis est, biennio vero transacto efficitur utilis. *Ugo (Hugo).* Sed *B.* respondet: adest utilis et, quum est inefficax patum *gg*) efficaciam sumere, ut hic. Sed obiicitur de patre, qui habet administrationem in rebus filii, quod si delinquant, ipsi non tenetur, heres tamen eius tenetur. Responde: ipse pater ex suo delicto tenent *h*), tamen videtur, quod non transmittetur ad heredes; sed quia quasi ex contractu est heres, tenetur hic, quum defunctus dolum commisit *i*).

---

§. 12. *Hug.* §. 32. *Azo* in Lect. ad L. 12. C. de Neg. gest. l. c. p. 112. *Infra* in Adc. III. §. 3. Gloss. v. *Cum solveret* L. 12. C. cit. Gloss. v. *Si filius* L. 25, §. 19. D. Fam. herc. *Brunnemann* ad L. 12. C. de Neg. gest. l. c. p. 168.

f) Leg. *Quod si.*

g) In L. 25, §. 19. cit.: *a cohaerede.* Gloss. L. 25. cit. commemorat *Placentinum* et *Azonem*, hic omissos.

gg) Fortasse legendum est *potest.*

h) Leg. *quod si delinquat, ipse — delicto tenetur.*

i) Hug.: *Differunt — Quidam, quod si filius — Nam* (deest ibi *d.*, *quod*) *habet — iudicium cum cohaerede. Sed* (Cod. Par. inserit

§. 13.

Quid malae fidei emtor, qui duplam stipulatus est, re evicta petere possit?

Differunt in *D. de Contrah. emt.* (18, 1.) *L. Si in emt.* (34.) §. *Item si emtor* (3.). Nam si malae fidei emtor fuerat stipulatus re evicta, sed ad simplum[k]), ut *C. Comm. de Leg.* (6, 43.) *L. ult.* §. *ult.* [l]), et hoc[m]). E contrario respondetur: illud specialiter dicitur favore ultimae voluntatis[n]). Quod noluit hoc emtor subvertere, non in tantum puniatur; alias semper agit ad id, quod convenit. *B. (Bulgarus).* Nam emtori, scienti rem ecclesiasticam, competit tamen actio de evictione, remota diversitate illius verbi, quod vario more exponitur, quia illud non bene [o]) reperitur in *Corpore Authenticarum*[p]), tamen, quia intelligitur ei denegari contra ecclesiam tantum et non contra alienam rem, ut ibi dicitur. Idem de patre vendente res filii. Idem, si invitus vendidit res filii. Item si maritus vendidit rem dotalem constante matrimonio, eamque uxor vindicavit[q]).

§. 14.

Quando transeat dominium rei pure legatae ad legatarium?

Dicunt *Quidam*, quod dominium rei pure legatae statim transit ad legatarium, etiam ignorantem, ut *D. Quemadm.*

---

§. 13. Quaestio mendis laborans. Hug. §. 406. *Infra* §. 84. *Hug.* §. 295.

§. 14. *Hug.* §. 436. Gloss. v. *Recta via* L. 64. D. de Furt. Gloss. v. *Aditae hereditatis* L. 86, §. 2. D. de Leg. I. Gloss. v. *Habuerit* L. 9, *quum*) *respondet Iob.* (Ioannes Bassianus); *quia ibi — ut hoc quasi heres* — §. *Sed etsi* (4.). *Ceterum iste filius, si e. in potestate et solveret pro — iure tantum naturali nascitur obligatio, ex — temporis, sicut fit, quum — numerationis* (Cod. Par.: *remunerationis*). *Nam — transacto naturalis sumit efficaciam* (deest Ugo. *Sed B. respondet*). *Civilis ergo inefficax fit efficax et tempore efficaciam sumit, et ita efficitur naturalis et civilis. Sed — delinquat, ipse non — Responde: et ipse p. ex s. d. tenetur, unde videtur, quod* (deest *non*) *transmittatur etc.* vv. *heres tamen — delicta tenetur* absunt a Cod. Cantabr.

k) Leg. *fuerat st. duplam re e., non agitur ad duplam, sed tantum ad s.*

l) De *L. ult. cit.* cf. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. VI. c. 42. n. 284. p. 276.

m) Add. *M.* (Martinus).

n) Sequentia corrupta sunt in Cod. Chis.

o) v. *bene* deest ap. Hug.

p) Simile quid legitur in gloss. ad L. 11. C. de haeret. Cf. *Biener,* hist. auth. p. 41.

q) Hug.: *vindicavit. Al.* (Albericus).

serv. amitt. (8, 6.) *L. Si partem* (19.) §. *Si* (1.) et *D. de Furtis* (47, 2.) *L. Si a Titio* (64.). *Iob.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, quod ita demum, si admiserit; verum ignoranti non potest adquiri dominium, ut *D. de Leg. II.* (31.) *L. Legatum ita* (80.), ac per hoc dicunt, dominium esse in pendenti [r].

§. 15.

Interdictum de Vi, cui competat, civiliter an naturaliter tantum possidenti?

Differunt in *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *L.* 1, §. *Deiicitur* (9.). Dicunt enim *Quidam*, quod sive civiliter quis tantum possideat, sive non, utroque modo locum habet interdictum, quia non datur habenti solam naturalem possessionem. *Alii* dicunt, quod sive utroque modo, sive naturaliter tantum possideat, dummodo pro suo tenet et hoc ultimum tantum *Al.* [s]) (*Albericus*). *Alii* autem dicunt, quod sive utroque tantum [t], sive naturaliter tantum, locum habere interdictum, ut puta, si sit creditor, sit fructuarius vel clandestinus possessor adversus extraneum, sed non contra eum, quem a nundinis revertentem expulit vel non admisit; nam hi, ut colonus, naturaliter possident. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*).

§. 16. [tt]

---

§. 5. D. de Pecul. Gloss. v. *Legatarii* L. 80. D. de Leg. II. Gloss. v. *Nactum esse* L. 26, §. ult. D. de Fideic. lib. Gloss. v. *Coeperat* L. 19, §. 1. Servit. quemadm. amitt. Gloss. v. *Si res* L. 15, pr. D. de Reb. dubiis. *Fachineus* l. c. Lib. XII. c. 68. p. 964. sq. *Brunnemann* ad Tit. Cod. de Caduc. toll. l. c. p. 793. n. 10. sq. *Walch.* l. c. p. 272. sqq.

§. 15. *Infra* §. 104, 17. *Hug.* §. 431, 428, 429. *Vacarius* ed. Wenck. Lib. VIII. c. 12. not. 392. p. 297. *Hug.* Dist. CXLV. Gloss. v. *Civiliter* et v. *Et naturalis* L. 1, §. 9. D. de Vi. *v. Savigny* d. R. d. Bes. p. 75, 462.

§. 16. *Hug.* §. 428.

r) Hug.: *Dicunt — a Titio et D. de Reb. eor., qui sub tut. vel cu.* (27, 9.) *L. Magis* (5.) §. 4. *et D. de Peculio* (15, 1.) *L. Sed.* (9, §. 5.). *Quidam contra. Iob., Ia.* (Iacobus) *et Alii dicunt, arg. D. ad L. Aquil.* (9, 2, L.) *Liber homo* (13.) §. *fin. ita — de Leg. II. L. Legatarius* §. 2. (Leg. *de Leg. I. L. Legatarius* (38.) §. 1.

s) Hug.: *Al.*, *Plac.* (*Placentinus*).

t) Hug.: *sive civiliter tantum.*

tt) De hac quaestione adeundus est Hug. l. c., nam Cod. Chis. ita mendose scriptus est, ut commodus sensus ex eo elici nullo modo possit.

§. 17.

De amissione possessionis rei immobilis et de interdicto unde vi.

Differunt. Dicunt *Quidam:* statim amittit naturalem possessionem, ex quo exigit [u] de possessione, et statim recuperat, ex quo ipsam ingreditur; quare millies in die potest amittere et recuperare possessionem [v] et tunc amittit, quum alius adprehendit possessionem, vel aliud ius intervenit. Nam hoc solo, quod exstant [x] a possessione et longe se separavit, quum habuerit animum retinendi possessionem [y]. *Iac.* (*Iacobus*). *Alii* vero dicunt, quod ex quo desinit in conspectu habere, amittit possessionem. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, quod si aliquis profectus sit ad nundinas et alius interim ingressus eius possessionem, ita demum interdictum habebit, si volens intrare, non sit admissus, nisi suspicatus fuerit, se posse repelli, et tunc locum habebit *Constitutio Quum Quaerebatur.* (8, 4, 11.) *Al.* (*Albericus*), *Placēt.* (*Placentinus*). *Alii* dicunt, non tantum, si fuerit expulsus, habet interdictum, sed etiam, quum posse repelli fuerit suspicatus, et si ad recuperandam possessionem non vetat [z]. *Bulḡ.* (*Bulgarus*) [a].

---

§. 17. *Hug.* §. 429. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Adquir. poss. l. c. p. 331. sq. et Tit. C. Unde vi l. c. p. 373. *Azo* in Summa Tit. C. de Adquir. poss. l. c. fol. 215 b. et in Lect. ad L. 11. C. Unde vi l. c. p. 619. Gloss. v. *Quia naturaliter* L. 1, pr. D. de Adquir. poss. Gloss. v. *E contraria* L. 3, §. 5. et Gloss. L. 3, §. 7. D. eod. Gloss. v. *Amisisse* L. 7. D. eod. Gloss. v. *Possessionem* L. 1, §. 24. D. de Vi et vi arm. Gloss. v. *Deiectum* L. 3, §. 7. D. eod. Gloss. v. *Vacuam* L. 11. C. Unde vi. v. *Savigny* l. c. p. 360 sqq. et p. 520.

u) Leg. *exit.*

v) Add. *Alii contra et dicunt, quod tunc.*

x) Leg. *exit.*

y) Add. *non amittit possessionem.*

z) Leg. *et sic ad r. p. n. venerit.*

a) Hug.: *Differunt. D. Q, quod st. amittitur naturalis possessio, ex quo exigitur de fundo, et st. recuperatur, ex quo quis eam ingreditur, quando miles* (leg. *quare millies*) *in — recuperare quis naturalem possessionem. Alii contra et dicunt, quod tunc — adprehendit vel mutat possessionem, vel aliud post interveniat. Nam eo solo, quod exivit a — revertendi, possessionem, non amittit possessionem. Iac. et Alii dicunt contra, quod — possessionem, sive longe se absentaverit sive non. Iob. — alius tunc ingressus sit vel fuerit eius — habetur, si — dicunt, notatum* (leg. *non tantum*), *si — sed* (deest *etiam*), *si posse —* sic *— non venit. B. et Al.* (Albericus) *et Iob.* (Ioannes Bassianus). Haec repetita *Alberici* commemoratio suspecta est. Sine dubio uno alterove loco legendum est *Aldricus*, quem gloss. v. *Naturaliter* cit. commemorat. Glossa v. *Vacu-*

§. 18.

De alienatione testamento prohibita.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod quando testator prohibuit rem alienari, nudum praeceptum est, quum solus heres est institutus vel legatarius est prohibitus alienare, quia non est alius, qui eam possit habere. *Alii* vero dicunt, tunc demum esse nudum praeceptum, quum non nominavit personam, contemplatione cuius prohibuit alienare, ut *D. de Leg. I.* (L.)[b] *Si filius* (fam. 114.) §. *Divus* (14.)[c].

§. 19.

De Catoniana regula.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod regula Catoniana non habet locum in rebus propriis, ut *D. de Reg. Caton.* (34, 7.) *L.* 1. *Alii* vero contra dicunt, quod loquitur tantum, quum res legatur sub conditione, ad quod legatum regula non porrigitur, ut *D. de Leg. I. L. Cetera* (41, 2.). *B.* (*Bulgarus*) [d].

§. 20.

De L. 1. D. de Opt. leg.

Dissentiunt in illis verbis *de Optione legata*, scilicet „*posse tres eligere*". Dicunt *Quidam*, qui poterit tres eligere,

---

§. 18. *Hug.* §. 257. *Azo* in Lect. ad L. 7. C. cit. l. c. p. 352. Gloss. v. *Sancimus* L. ult. C. de Reb. alien. non alie. Gloss. L. 114, §. 14. D. de Leg. I. Gloss. v. *Factum* L. 38, §. 4. D. de Leg. III. *Brunnemann* ad L. ult. C. cit. p. 505. n. 4. sq. *Westphal* von Vermächtnissen und Fideicommissen §. 351. sq., 363. p. 285 sq., p. 296.

§. 19. *Hug.* §. 422. *Eiusd.* Dist. LXXVII. et Summa Tit. D. de Reg. Caton. §. 4. l. c. fol. 258[a]. Gloss. v. *Falsa est* et v. *Item si tibi* L. 1. D. de Reg. Cat. Gloss. v. *ad Conditionalia* L. 41, §. 2. D. de Leg. I. Gloss. v. *Alienaverit* §. 10. Inst. de Leg.

§. 20. *Hug.* §. 421. Quaestio et hic et ap. Hugolinum corrupta. *Hug.* Dist. CXIX. in Adc. II. §. 26. *Infra* in Adc. III. §. 25. Gloss. v. *Divus* L. 1. D. de Opt. leg.

am mentionem facit *Hugonis*, hic omissi.

b) Codices: *Si filius* §. *Divus*.

c) *Dissentiunt in C. de Reb. alien. non alien.* (4, 51.) *L. ult. Dicunt — nudum* (Cod. Par. *nullum*) *praec. e., q. s. h.* (om. *institutus est*) *vel — quum* (deest *non*) *nominaverit p., c. c. prohibuerat rem alienare etc.*

d) Hug.: *Differunt — locum, nisi in — Alii* (deest *vero*) *dicunt — regula Catoniana non — Cetera. Io.* (Ioannes Bassianus). Sequentia non pertinent ad hanc quaestionem. Proponitur casus *L.* 88, *pr.*, §. 1. *D. ad Leg. Falc.* (35, 2.) de qua Lege adeundus est *Friedr. Haenel*, über das Wesen und den heutigen Gebrauch der actio und exceptio doli (in d. Arch. f. d. civil. Praxis, T. XII. p. 427. sqq.).

quum non est dictum, qui eligat[dd]? *Iā. (Iacobus)*: tunc tres eliget et non plus, etiamsi centum sint. *Alii* dicunt, usque ad tres eliget, non quidem, ut hos tres habeat, sed ut heredes tres eligant tantum de servis, non detur his legatario quem hi tres eligant, ut si discesserint, sint duo tamen concordes et stabitur[e] eorum electioni, ut de arbitris dicitur[f], et hoc dicitur glossula *Pla.* (*Placentini*), quae ibi est, non abrandorum[ff], sed optativorum, ut arbitrorum. *P.* (*Placentinus*)[g].

§. 21.

An denuntiatio, ne quis emat, emtorem malae fidei possessorem efficiat?

Differunt in *Eod. Tit.* (C. 3, 32.) *L. Si fundum* (17.). Dicunt *Quidam*, quod si denuntiavi alicui, ne rem meam emeret et ipse, omissa denuntiatione, postea emit, quod eo ipso efficitur malae fidei possessor, nisi de bona fide credidit, puta de qualitate personae denuntiantis inspecta, ut *D. Quae in fraud. cred.* (42, 8.) *L.* 1.[h] §. *Si quis* (3.) et *D. Quod falso tutore* (27, 6.) *L.* 2. et 3., *Lex* ista (C. 3, 32.) *Si fundum* (17.). *Alii* dicunt, quod semper efficitur malae fidei possessor quoad denuntiationem, sed quoad alia non nocet. Sed ibi falsus tutor non denuntiabat, sed tutorem se affirmabat, ut *D. de Eo, quod falso tutore* (27, 6.) *L.* 3. *Io.* (*Ioannes Bassianus*).

---

§. 21. *Hug.* §. 170. *Azo* in Lect. ad L. 17. C. de Rei vindic. l. c. p. 225. Gloss. v. *Non recte* L. 17. C. eod. Gloss. v. *Perseverat* L. 10, §. 3. D. Quae in fr. cred. Gloss. v. *Denuntiavit* L. 13. C. de Rescind. vend. *Brunnemann* ad L. 17. C. de Rei vind. l. c. p. 289. et ad L. 13. C. de Rescind. vend. l. c. p. 491.

Controversiam nullam deprehendimus, quapropter sequentia a nobis sunt inducta. In glossa v. *Falsa est Ioannes* et *Rogerius* proferuntur; *Bulgarus* et *Ioannes* in glossa v. *Alienaverit*.

dd) Hic videntur complura excidisse.

e) Leg. *sed ut hi tres eligant unum de servis, ut detur is legatario, quem hi eligant et ad hoc tres eligunt, ut — concordes, stetur.*

f) Sc. *L.* 17. i. f. *D. de Recept.* (4, 8.).

ff) An *non optandorum?*

g) Hug.: *Dissentiunt — quod eligat. Nam quum tres eliget* (Cod. Par. *eligere.* In Cod. Stuttg. des. vv. *et non — dicunt*) *— Alii dicunt, quod tres — ut hii tres eligant unum de servis, ut detur is legatario, quem hi tr. eligat* (leg. *eligant*), *et ad hoc eligunt, ut si dissenserunt* (Cod. Bamb.: *deserviat*, corrupte) *tamen* (Cod. Cantabr.: *ubi*) *duo sint concordes — hoc dicit — non* (deest v. *abrandorum*) *adoptorum ad instar arbitrorum. P.*

h) Leg. *L.* 10.

§. 22.

Rei legatae optio cui competat?

Differuut in optione rei legatae. Dicunt *Quidam*, quod si servi optio legata sit: puta, lego unum de servis meis et domesticis meis, vel Stichum et Pamphilum, semper heredis est electio [i]), nisi sit in mora aut delicti [k]). Tunc enim ad legatarium transfertur electio, ut *D. de Leg. I.* (30.) *L. Si quis adfirmaverit* [l]). *R.* (*Rogerius*). Sed *Alii* dicunt, quod semper heredis est electio, sed non tam cito ante moram. Sed si dixit [m]), ubi plures sunt et tunc mora interveniente legatarii est electio, sed non tam cito, quia tunc heres magis potest dubitare. Quod si testator Stichum legavit, quum plures haberet, sed de quo senserit dubitatur, ad legatarium convertitur electio post moram heredis. Si quis hominem in gente [n]) legavit, ab initio est legatarii electio, ut *D. de Leg. II. Cum res legatarius* et *D. de Leg. II. Si statu L.* 1. [o]) et *D. de Opt. leg.* (33, 5.) *L.* 2, §. 1. *Alii* dicunt, legatarii esse electionem, si hoc voluit testator et tunc in meliorem, et si testator hoc dixit, non eligetur; alias semper heredis electio est. *B.* (*Bulgarus*) [p]).

§. 23.

De naturali rei interitu a depositario, commodatario etc. praestando.

Differunt. Dicunt *Quidam*, depositarium, commodata-

§. 22. *Hug.* §. 454. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. VI. c. 29. n. 271. p. 274. sq. *Hug.* Dist. CXIX. in Adc. II. §. 26. Gloss. v. *Electio legatarii* §. 22. Inst. de Leg. Gloss. v. *Heres elegerit* L. 32, §. 1. D. de Leg. I. Gloss. v. *Legatarii* L. 108, §. 2. D. eod. Gloss. v. *Legatarii* L. 20. D. eod. Gloss. v. *Pessimus* L. 37. D. eod. Gloss. v. *Utrum* L. 11, §. 1. D. de Leg. II. Gloss. v. *ad Legatarium* L. 2. D. de Opt. leg. Gloss. v. *Ex servis* L. fin. §. 1. C. Comm. de Leg. Gloss. v. *Non consentiendo* L. 25, §. 17. D. Fam. herc. *Ge. Chr. Gebauer*, tit. D. de optione legata illustratus. Goett. 1747. 4. et in *Eiusd.* exerc. acad. T. I. p. 403. sqq. *Walch.* l. c. p. 240. sqq.

§. 23. *Hug.* §. 405, 385. *Azo* in Summa Tit. C. Depositi l. c. fol. 112ª. et in Lect. ad L. 11. C. eod. p. 328. Gloss. v. *Periculo* L. 12,

i) Sc. *a principio*.

k) Leg. *mora eligendi*.

l) Talis lex non exstat. Leg. *Si quis a filio* (32, §. 1.)

m) Sc. *testator*.

n) Leg. *in genere*. Hug.: *hominem certum leg.*

o) Leg. *de Leg. I.* (30.) *L. Cum res legata* (47.), §. *Sed et* (3.) et *D. de Leg. II.* (31.) *Statu liberum* (11.), §. 1.

p) Hug.: *Differunt in o.* (deest rei) *legata. Dicunt — meis domesticum* (deest *meis*) *aut Stichum*

rium et qui convenitur rei vindicatione et ad exhibendum post moram ita demum praestare naturalem interitum, sive actor fuerit distracturus sive non, ut *D. de Verb. obl.* (45, 1, *L.*) *Si ex legati* (23.). Sed quod in depositario dicitur speciale est, vel dicatur, quod ibi habuit iustam caussam litigandi. Quod dicitur in rei vindicatione, idem in bonae fidei possessore vel malae fidei, qui iustam caussam habet retinendi. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) q).

§. 24.

De possessione coloni.

Differunt. Dicunt *Quidam*, colonum sibi possidere, quum testatus est coram vicinis, se velle possidere. *Alii* contra hoc, arg. *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L.* 3., *Si in rem apud* (18.). *Al.* r) (*Albericus*).

§. 25.

De actione vi bonorum raptorum etc. post rei ablatae interitum domino competente.

Differunt. Dicunt *Quidam*, res raptas et per metum ablatas, quae erant in praedio tempore violentiae, si periissent eo modo, quo periturae essent, etsi vis non accidisset, ita demum posse pro his agi, si vim passus fuerat distracturus, quum rr) semper ab initio fuerat in mora; quare et periculum debet esse penes eum. Hoc idem fore in raptore et abigeo et invasore et fure et qui per metum rem abstulit, habita distinctione, ante sententiam vel post periit.

---

§. ult. D. Depositi. Gloss. v. *Rem iudicatam* et v. *Interitura* L. 14, §: 1. D. eod. Gloss. v. *Vendere* L. 47, §. f. D. de Leg. I. *Glück* l. c. T XV. p. 178. T. VIII. p. 238. *v. Schroeter* in *Linde's* Zeitschr. T. IV. p. 130, 160. De *Martini* sententia cf. gloss. *v. Periculo* et *Interitura* citt.

§. 24. *Hug.* §. 318.

§. 25. *Hug.* §. 430.

aut Pamphilum, semper de his est el. her., n. s. in mora eligendi. Tunc — *cito* (des. vv. *ante moram* — *tam cito*), *quia* — *legavit* (des. vv. *quum plures haberet*), *sed de quo dubitatur, sed sentit, an ad l. convertatur* — *Si quidem hominem certum legavit* — *ut* (des. vv. *D.* — et) *D. de Leg. II. Si statu L.* 4. et *de* Adopt. *leg. L.* 2. *Unde Alii* — *testator* (deest hoc) *dixit, ut eligatur etc. Ioannes* commemoratur in gloss. citt.

q) Hug.; *Iob.*, *I.* (Irnerius), *Az.* (Azo), *Iac.* (Iacobus).

r) *Al.* deest ap. Hug.

rr) Hug.: *si non ipse f. d., qui vim passus est, quum.*

§. 26.

An creditor, qui minores usuras stipulatus est, ob moram debitoris vel litem contestatam maiores usuras petere possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si debeas mihi X ex vendito et ego stipulatus sim omnes usuras, quam possint mihi deberi ex mora vel lite contestata, qualitate con potero intelligere, an velis s) consequi usuras, quae deberi possunt iudicis officio vel proposita actione ex stipulatu consequi deductas in stipulatione t).

§. 27.

Lis coram arbitro mota vel contestata an actionem interrumpat?

Differunt u). Dicunt *Quidam*, quod si lis fuerit mota vel contestata apud arbitrum, quod non fiat actionis interruptio v). *M.* (*Martinus*). *Alii* x) dicunt, quod omnino fiat interruptio, sive in scriptis sive sine scriptis, nil refert. *b. Il*$_7$. y) *Al.* (*Albericus*).

§. 28.

An vv. L. 13, §. 2. C. de Iudiciis, „X dierum spatio per unumquemque introitum", corrigantur per Nov. 112, c. 3.?

Differunt. Dicunt *Quidam*, intervalla XXX dierum non dantur actori ante litem contestatam. *B.* (*Bulgarus*).

---

§. 26. *Hug.* §. 415. Gloss. v. *Exceptionem* L. 13. D. Usuris. Cas. et gloss. L. 5. et 8. C. de Usur. De L. 13. D. de Usur. cit. cf. *Glück* l. c. T. XXI. p. 66. sq. *Maur. Baumann*, comm. ad L. 13. D. de Usuris. Lips. 1827. 4. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 333.

§. 27. *Hug.* 62. *Azo* in f. Summae Tit. C. de Rec. arb. l. c. fol. 46 b. et in Lect. ad L. 5. C. eod. §. 13. l. c. p. 159. *Hug.* Dist. LVIII. in Adc. II. §. 15. *Odofredus* in Lect. sup. L. penult. C. eod. l. c. fol. 133 b. *Brunnemann* ad L. 5, §. 1. C. *de Receptis arbitris* p. 220. *Lauterbach*, diss. acad. disp. X. th. 41. Tom. I. p. 280. *Eiusd.* coll. pand. Lib. 4. Tit. 8. §. 40. T. I. p. 407. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 538.

§. 28. *Hug.* §. 98.

s) Leg. *sim minores usuras* — *l. c., quod lite contestata p. eligere, an velim.*

t) Hug.: *Differunt — si tu debeas — sim minores usuras, quam deberi* (om. *mihi*) *possunt;* hic nonnulla videntur excidisse in codicibus. *Nam hoc esse in potestate mea. Possum enim eligere, an velim — vel eas proposita — consequi, quae ductae sunt in stip.* In Cod. Cantabr. desunt vv. *ex mora — consequi usuras.*

u) Hug. add. *in eadem Lege.* sc. *L.* 5, §. 1. *C. de Arbitris.*

v) Hug. add. *nisi conventum fuerit in scriptis, ut C. e. L. penult.* §. *penult.* (2!, 56, 5.)

x) Hug.: *M. et alii.*

y) Leg. *B.* (Bulgarus), *Ib.* (Ioannes Bassianus). Vv. *b. etc.* des. ap. Hug.

Alii [z]) vero dicunt, quod corrigitur, quod de actore dicitur in *L. Properandum* (C. 3, 1, 13, 2.). Sed *B.* dicit, (L.) *Properandum* loqui ante litem contestatam. *Alii* [a]) dicunt correctum, quod ibi dicitur de actore et de reo.

§. 29.

Actore vel reo ad finem triennii absente an pereat iudicium?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si reus et litigator abfuerit usque ad finem triennii, quod periit iudicium. Hoc *I.* (*Irnerius*), sed contra *P.* (*Placentinus*) [b]).

§. 30.

De restitutione pupilli adversus triennium, tutoris desidia elapsum.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod elapso triennio culpa tutoris perinde restituatur pupillus in integrum ad caussam agendam, ac si triennium superesset. *Alii* [c]) dicunt, quod si reus absolvatur, pupillus iterum [d]) aget et sic lis suum habet vigorem [e]).

§. 31.

An filius servi et liberae mulieris patri manumisso ab intestato succedat?

Dicunt *Quidam*, quod [f]) servus habuerit filiam [g]) in servitute cum libera muliere et manumissus postea per se et cum ea et *M.* [h]) (*Martinus*) contra sentit, quod filius in ser-

---

§. 29. *Hug.* §. 97. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Iudiciis l. c. p. 96. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1, §. 2. C. de Iudic. l. c. fol. 141 [a].

§. 30. *Hug.* §. 111. Gloss. v. *Nihilominus* et v. *Vigorem* L. 13, i. f. C. de Iudiciis. *Odofredus* in f. L. 13. C. de Iudiciis fol. 142 [b]. *Giphanius*, explan. L. 13, §. ult. cit. p. 144. *Brunnemann* ad L. 13, §. ult. cit. p. 232. *Glück* l. c. T. V. p. 537. not. 63. *Burchardi* l. c. p. 249.

§. 31. Huius et sequentis quaestionis nec vola nec vestigium exstat ap. Hug.

z) Ita codex; sed recentior manus correxit *Al.*

a) Recentior manus corr. *Al.* (Albericus). Ita etiam Hug. l. c.

b) Hug.: *Item differunt in eodem verbo. Quidam dicunt, q. si r. vel actor, vel litigator — iudicium, et hoc Y.* (Irnerius). *P. contra*

c) Recentior manus correxit *Al.*

d) Cod. Chis.: *irum.*

e) Hug.: *Differunt in ead. L. Dicunt etc.* In gloss. commemoratur *Ioannes*, hic omissus.

f) Add. *si.*

g) Leg. *filium.*

h) Locus turpiter depravatus.

vitute conceptus succedit ei ab intestato i), similitudinem eius, quod de concubina dicitur, arg. in *Inst. de Grad. cognat.* (3, 6.) §. *Illud* (10.) k).

§. 32.

De exceptione emtori ex absolutione venditoris competente.

Dicunt l) *Quidam:* si venditor meus, facta mihi traditione, ab alio conventus absolvatur, quod competit mihi illa exceptio. *Al.* (*Albericus*).

§. 33.

De transmissione hereditatis.

Differunt in *C. de Suis et legit. her.* (6, 55.) *L. Apud* m) (8.). Filia relicta in civitate patri est sua heres; unde si postea filia illa decedat, ad matrem suam transmittit successionem. Aliud si patri exstitit heres ex testamento; tunc enim non transmittit ad matrem, nisi ad solos filios, si non adiisset ex testamento; nam tunc indifferenter ad omnes transmittetur. *Hugo.* Contra *P.* n) (*Placentinus*).

§. 34.

De natalium restitutione.

Differunt in restitutione natalium. Dicunt enim *Quidam:* ita demum restituitur quis natalibus, si ab initio fuit verus liber, sed aliqua de caussa fuit servus effectus. *P.* o) (*Placentinus*). *Alii* omnes contra: imo ab initio ex servis genitoribus natus restituitur natalibus, scilicet pristinis, qui-

---

§. 33. *Hug.* §. 300. Gloss. v. *Successionem* L. 8. C. de Suis et leg. her.

§. 34. *Hug.* §. 274. *Azo* in Summa Tit. C. de Iure aur., l. c. fol. 169 a. Gloss. v. *Nati sint* L. 2. D. de Natal. rest. *Sigm. Wi. Zimmern*, Geschichte d. Römischen Privatrechts. 1. B. 1. Abth. Heidelb. 1826. 8. p. 787.

Fortasse legendum est: *postea fuerit, filius non succedit ei ab intestato. M.*

i) Add. *ad.*

k) De hac §. cf. *Reinh. Bachovius*, comm. in Inst. p. 679. sqq.: et *Vinnius* l. c. p. 548. sq.

l) Haec quaestio deest ap. Hug.

m) Leg.: *Apud hostes.*

n) Quaestio vitiis inquinata. Hug.: Dicunt *C. de — hostes, quod filia communis relicta in c. a patre ab hostibus capto, eo mortuo existat suus heres — decedet, ad — ad suos filios, si* (deest non) *adiisset — transmittet bonorum possessionem. Alb'.* (Albericus). *V.* (Hugo) et *P.* (Placentinus) contra.

o) Gloss. v. *Nati sint* cit.: *Py.* i. e. Pillius.

bus omnes homines liberi nascebantur. *Ib.* (*Ioannes Bassianus*) p).

§. 35.

An iudici, si prius taxaverit et ita secundum quantitatem a iudice taxatam, iuratum fuerit, liceat minoris quam iuratum fuerit, condemnare aut absolvere?

Differunt q) in *C. de Iudiciis* (3, 1, *L.*) *Sancimus* (15.). Dicunt, quod r) si iudex prius taxavit, mox detulit sacramentum, quod non potest immutare vel absolvere, ut *D. de In litem iurando* (12, 3, *L.*) *Videamus* (4.) §. *penult.* *Alii* vero dicunt, *Auth.* (*Post iusiurandum* ad *L.* 15. *C. de Iudiciis*) omnino corrigere. Sed item s) dicunt, quod *Auth.* loquitur tantum in expensis litium et corrigit solam *Legem Codicis*, non de expensis loquitur t).

§. 36. u)

---

§. 35. *Hug.* §. 113. *Azo* in Lect. ad Auth. Post iusiur. cit. l. c. p. 172. Gloss. v. *Post iusiurandum* Auth. Post iusiur. cit. Gloss. v. *Ex magna caussa* L. 4, §. penult. D. de in Litem iur. Gloss. v. *Solo* Nov. 82, c. 10. *Odofredus* in Auth. Sed hodie C. de Iudic. l. c. fol. 143a. *Giphanius* ad L. 15. C. de Iudiciis l. c. p. 149.

§. 36. *Hug.* §. 299.

p) Hug.: *Differunt — initio natus fuerit ex liberis, s. a. de c. sit servus — imo ex s. g. ab i. n. — nascebatur, non in quibus ipse nascitur, quum servus natus est, ut D. e. t.* (40, 11.) *L.* 2. *Idem Iob.* (Ioannes Bassianus) *et Al.* (Albericus) *et Iac.* (Iacobus), *quibus consentit Azo et dicit, quod ita demum proficit ei privilegium restitutionis, si principi, a quo solo restituitur, ut C. e. t.* (6, 8.) *L.* 1. *et patrono consentiente, non invito, ut D. e. t.* (40, 11.) *L. penult., veritatem de nativitate sua adfirmavit. Nam si ex ingenua dixit se natum, nil ei proficit* (Cod. Par.: *efficit*), *ut D. e. t.* (40, 11) *L.* 1. *Secundum Az.* (Azonem). Cod. Cantabr. et Par.: post *Iac.* ins. §. *adiectio a filio*, male. Cf. §. 275. not. q., §. 276. not. x., 277. not. a. et d., 278, 779.

q) Cod. Chisianus emendari potest adhibito Hugolino.

r) Hug.: *E. T. L. Sancimus. Differunt in eod. t. L. Sancimus. Dicunt Quidam, quod.*

s) Hug.: *taxaverit, mox detulerit sacr.* (om. *quod non*) *potest multare vel — Auth. ibi positum omnino corrigere hoc. Alii dicunt.*

t) Hug.: *Auth. ibi positum loqui de e. l. tantum et dicunt, per illud corrigi solam L. C., quae de exp. loquitur.*

u) E. §. 36. et 38., incuria librarii depravatis, commodum sensum elicere non potuimus. De his adeundus est Hug. §. 299. et §. 119., ubi diversitatem lectionis e Cod. Chis. adnotavimus.

§. 37.

An fratres et sorores ex utroque parente excludant avum ab hereditate defuncti fratris?

Differunt in *Auth. de Trebelliano* (*C.* 6, 56.) *Defuncto* (7.). Dicunt *Quidam*, quod fratres et sorores ex utroque coniuncti succedunt defuncto fratri cum adscendentibus in gradu proximis, scilicet cum matre et patre. Nam cum avo et avia et ultro non succedunt, quia in initio etiam ipsi fratres succedunt, et intelligunt verbum „*Proximis*", scilicet „in primis" et hoc tali ratione: admittitur cum patre; pater autem excludit avum; unde et frater excludit avum, quum in eodem gradu cum avo esse intelligatur et hoc *M.* (*Martinus*). Sed hoc fallit. *M.* (*Martini*) argumentum tale est: naturales excludunt legitimos, at uxor excludit legitimos. Quod falsum est secundum *Al.* v) (*Albericum*), arg. *D. ad Senatusc. Trebellianum* (36, 1.) *L.* 2., in *Auth. Quib. mod. nat. lib.* (Nov. 74.) §. *Si quis autem* (c. 6.), *D. Qui pot. in pign.* (20, 4.) *L. Claudius* (16.) x), ubi dicitur, quod fratres sororesque admittuntur cum adscendentibus et in gradu proximis, scilicet cum parentibus suis, si supersint et cum avis, si parentes non supersint, et intelligunt „*proximis*", quos nulli praecedunt, ut *D. Unde cognati* (38, 8.) *L.* 1, §. *Proximus* (5.). *Ugo*, *Al.* (*Albericus*) et *B.* (*Bulgarus*).

§. 38. y)

§. 39.

An possessores rerum immobilium satisdare cogantur?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod hodie semper satisda-

§. 37. *Hug.* §. 298. *Azo* in Summa C. de Legit. her. §. 5. l. c. fol. 202 b. et in Lect. Auth. Defuncto l. c. p. 542.; ad L. 1. C. de Suis et leg. her. l. c. p. 543. Gloss. v. *Proximis* Nov. 118, c. 2. Gloss. v. *Proximis* Auth. Defuncto cit. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. cit. l. c. fol. 423 a. *Glück*, Erört. d. L. v. d. Intestaterbfolge p. 632. sq. (ed. II.). *Hug.* l. c. eandem exponit quaestionem, sed mutatis verbis; praeterea sententiam Martini Bulgaro, Bulgari Martino tribuit. In gloss. Auth. cit. et in Azonis Lectura commemoratur *Joannes*, hic praetermissus. v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 402. not. 31.

§. 39. *Hug.* §. 367. *Infra* §. 42. Gloss. v. *Fideiussione* Auth.

v) Vid. Hug. l. c.

x) Leges hic citatae non pertinent ad quaestionem. Intelligenda est Nov. 118, c. 2., ex qua sequentia desumta sunt. Sed sine dubio auctor libelli respexit regulam: Si vinco vincentem te etc., de qua vid. Gloss. v. *Proximis* Auth. cit.

y) Cf. §. 36. not. u. *Hug.* §. 119.

bitur, sive quis sit possessor rei mobilis sive inmobilis, sive sit actor sive reus. Nam et actor geminam praestat satisdationem, primam per *Auth. de Episc. et cler.* (1, 3, *L.*) *Generaliter* (25.); postea vero et reus praestat satisdationem, nulla habita differentia, sive sit possessor sive non, ut *C. de Litiscont.* (3, 9.) *Auth. Offeratur. Py.* (*Pillius*) et *b.* (*Bulgarus*) z). *Alii* vero dicunt, non esse correctum, et intelligunt *Auth.* secundum quod dicitur in *D. Qui satisdare cog.* (2, 8.) *L. Sciendum* (15.) *pr.*, ut ita demum detur fideiussor, sive a) sit possessor rei inmobilis, quod ex textu *Auth.* convinci potest. Ibi enim dicitur, quod iudiciariam praestat satisdationem, secundum quod iudici visum fuerit. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt ************ b), sed faciunt relativum in *Auth.* ad actorem et non ad reum hoc modo: praebitis sportulis et dato fideiussore ab actore c).

§. 40.

De confessione indebiti.

Dicunt *Quidam* d), quod ubi per calumniam extorsi a te cautionem in plus et tu in iudicio confessus fuisti, quod in cautione continetur, quod omnino teneberis, nec tuae poteris confessioni contradicere, et hoc idem, si extra iudicium confessus es et coram V testibus. Similiter, etsi transactio fue-

---

Offeratur. Gloss. v. *Personali fideiussione* Nov. 53, c. 3. Gloss. v. *Non compelli* L. 15, pr. D. Qui satisdare. Gloss. v. *Nullam satisdationem* §. 2. Inst. de Satisdat. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Generaliter l. c. p. 28b. *Lauterbach* disp. ad L. Sciendum est. XV. D. Qui satisd. cog. 1654. (in *Eiusd.* dissert. acad. T. III. disp. 125. p. 621—638.) *Glück* l. c. T. III. p. 460. sqq. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 388. n. 6.

§. 40. *Hug.* §. 126. *Azo* in f. Summae C. de Plus petit. l. c. fol. 50b. et in Lect. sup. Tit. cit. l. c. p. 184. Gloss. v. *Transactionibus* L. 3. C. de Plus petit.

z) Hic permulta desunt. Vid. gloss. v. *Fideiussione* cit., quae sic: *Alii dicunt, corrigi dictam L. Sciendum per Auth. istam.*

a) Leg. *Si non sit.* Idem placet *Ioanni* in gloss. v. *Non compelli* cit.

b) Lacunam explet Hugolinus.

c) Hug.: *Dissentiunt. Dicunt — geminat — possessor rei inmobilis, ut C. de Dilat.* (3, 11.) *Auth. Offeratur* (Leg. *ut C. de Litisc. etc.*) *et Py., B. — Auth. ipsius convinci et concipi potest et colligi potest. Ibi* (deest *enim*) *dicitur — Al. Alii dicunt idem, quod Al.* (Albericus), *sed f. relationem — actore secundum praedictam Auth. Libellum* (C. 3, 9.), *Generaliter* (C. 1, 3, 25.), *et non ad reum.* (Leg. *et non ab reo.*).

d) Hug.: *Differunt in quadam Lege de Plus petitionibus* (C. 3, 10, 3.) *Dicunt enim Q.* Inscr. §. exstat in Cod. Cant.

rit per dolum extorta, valebit. *Ugo.* (*Hugo*) e). *Alii* dicunt, transactionem ita demum tenere, si bona fide facta fuerit, alias minime f), et dicunt, confessionem talem nullius esse momenti extra iudicium, in iudicio vero eatenus prodest talis confessio, ut actor non mulctetur totius debiti amissione, ut in hac *Lege* dicitur, sed non ut debitor de toto teneatur, imo veritate probata de superfluo debet absolvi. *Al.* (*Albericus*) g).

§. 41.

An litis contestatio praescriptionem interrumpat?

Dicunt *Quidam*, hoc verbum, quod ponitur in isto *Auth.* (*Offeratur* Tit. C. de Litiscont. 3, 9.), scilicet „*Litis ergo contestatio contra hoc indultum habita pro nihilo habenda est*" h), taliter esse intelligendum, quod incongrua litiscontestatio non facit interruptionem temporis, quod *Al.* (*Albericus*) concedit et dicit, quod sola conventio facta per executorem faciat interruptionem, ut *C. de Praescript. XXX* (vel XL) *ann.* (7, 39, *L.*) *Sicut* (3.) et *L. Quum notissimi* (7.) *in pr.* et *D. de Act. et Obl.* (44, 7.) *L. Constitutionibus* (33.) et *D. de Inoffic. test.* (5, 2.) *L. Postumus* (6.) et *L. Quemadmodum* (7.) et in *Auth. de Temp. non solutae pec. sup. dot.* (Nov. 100.) §. *Si vero* (cap. 1.). Litis contestatio i), sive congrua sive incongrua sit, interruptionem non facit, quum sit iam tempus interruptum. Verumtamen inter se differunt, quia sola conventio, licet tempus interrumpat, actio-

§. 41. *Hug.* §. 125, 56. i. f., 324, 330. *Vet. Coll.* §. 12. *Rog.* §. 61. Gloss. v. *Pro nihilo* Auth. Offeratur. Gloss. v. *Per executorem* L. 3. C. de Praescr. XXX vel XL ann. Gloss. v. *Solam conventionem* L. 7, pr. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Offeratur l. c. p. 152a. *Giphanius*, explan. L. 3. C. de Praescriptione XXX vel XL ann. l. c. p. 248. sq. *Brunnemann* ad L. 3. C. cit. l. c. p. 862. n. 9.; ad L. 26. C. de Rei vind. p. 291.; et ad Tit. C. Ne de statu defunctorum p. 840. n. 7. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 440. sq.

e) Hug.: *confessus fuerit et — extorta p. d. v. Alii* et deest v. *Vgo.*

f) *Hug.: tenere, si non dolo nullo fuerit facta, sed bona fide. Alii minime.*

g) *Hug.: extra i. factam, in* iudiciis — *ut C. de Plus petit. Sed* — ad*probata de s. a debeat. Secundum Al.* (Albericum). Post vv. *C. de Plus petit.* spatium est X literarum in Cod. Stuttg.; sed XXX literae videntur excidisse e Cod. Bamb.

h) Hug.: *E. T.* (C. 3, 39.) *et eod. Auth.* (Offeratur) *i. f. Item differunt in ultimo verbo e. aut., ibi scilicet — nihilo habenda* est. *Dicunt, verbum illud taliter.*

i) *Hug.: Sic ergo litis contestatio.*

nem tamen usque ad XL annos non extendit, sed tantum usque ad XXX, nec praecedens tempus inutile constituit, quod quidem facit litiscontestatio; nam et praecedens tempus inutile facit et actio [k]) usque ad XL annos perpetuatur. Sed obiicitur, quod sola litiscontestatio perpetuat actionem, ut *D. de Fideiussoribus et nominat. tut.* (27, 7.) *L. ult.* [l]) et *D. Si servit. vind.* (8, 5.) *L. Sicut.* (8.) §. *Distant.* (2.). Respondeo: quando sola est litiscontestatio, ipsa sola facit hoc. Puta [m]), ambo erant ante iudicem alia de caussa, postmodum dixit [n]) actor reo: volo, quod tu mihi respondeas de tali actione, et ita ex consensu contestati sunt litem; nam tunc non praecessit conventio super hac actione [o]), de qua quaeritur. Si enim praecessisset, ipsa sola praescriptionem interrupisset, etiamsi litiscontestatio non fuisset secuta, ut in illis *Legibus* continetur; vel aliter, quod ibi dicitur, verum est, quia olim sola conventio non interrumpebat, nisi litiscontestatio sequeretur, ut legitur in illis *Legibus* [p]). Hodie vero per solam contestationem fit interruptio et verbum illud, „*pro nihilo est*" [q]), taliter exponitur, ut per hoc non inpediatur [r]) iudicem refutare [s]), quod olim fiebat, et novos alios, scilicet XX dies habere et alium libellum proponere [t]). *Al.* (*Albericus*).

§. 42.

De cautione ab actore praestanda.

Dicunt [u]) *Quidam*, unam de illis *Auth.* esse superfluam, *Libellum vero* et *Offeratur* (C. 3, 9.) et *Supra de Episcopis et*

---

§. 42. *Hug.* §. 123. *Supra* §. 39. *Pillius* de Ord. iudic. Part. I. cap. de Libelli confect. et oblat. §. Hoc facto. *Azo* in Sum-

k) Hug.: *interruptum et hoc idem dicit Aldricus. Irnerius autem dicit contra et adserit, quod ita pro nihilo habetur, ut nec etiam praescriptionem interrumpat actio, tamen — extenditur, sed — inutilem* (des. vv. *constituit — inutile*) *facit* (om. *et*) *actionem, nec actio.*

l) Hug.: *D. de Fideiuss.* (om. *et nom. tut.*) *L. ult.*

m) Hug.: *Distant. Ergo sola litiscontestatio interrumpit praescriptionem. Respondeo: quod dicitur, sola litisc. perpetuat actionem, verum est, quando praecessit conventio per executorem, puta.*

n) Hug.: *ambo e. coram iudice a. de c., postea dixit.*

o) vv. *super hac actione* des. ap. Hug.

p) Hug.: *ut in Inst.* ****

q) Hng.: *et verbo, pro nullo est.*

r) Ita corr. secunda manus in Cod. Chis., in quo antea: *expediatur.*

s) Hug.: *recusari.*

t) Hug.: *quod et olim — alios* (om. *scilicet*) *XX dies habere debet ad alium libellum proponendum. Al.*

cler. (1, 3.) *Auth. Generaliter* (ad L. 25.). Nam in isto *Libello* v) dicit, quod actor restituit omne damnum reo in duplum, tamen non transmittente cautione et qui praestat x) decimam partem quantitatis libello comprehensae. Verumtamen, quum sit haec inferior, iure y) quod corrigat superiorem. Respondetur, neutram per alteram corrigi, imo quaelibet hodie locum habet et per se committi poterit z); nam *Libellum Auth.* primo debet ab actore offerri, per quod compellitur actor cavere et reo et executori a), quod intra duos menses a tempore b) cautionis praestitae litem contestetur et hoc poterit committi, si intra hoc tempus litem non contestetur c) et tunc praestabit d) actor reo, secundum quod ibi continetur. Si vero intra id tempus litem non contestetur, cautio evanescit; unde tantum locum habet ante litem contestatam, postea vero succedit e) *Auth. Generaliter* et statim in ipsa libelli porrectione cavebit, quod ipse permanebit in lite vel per se vel per alium usque ad finem litis, et si probatum fuerit, eum iniuste litem movisse f).

§. 43.

De pacto, quo quis ad casum fortuitum ferendum se obligavit.

Differunt. Dicunt *Quidam:* speciale est in cautione

---

ma Tit. C. de Litiscont. l. c. fol. 50. et in Lect. ad Auth. Generaliter l. c. p. 22. et ad Auth. Offeratur l. c. p. 183. Gloss. v. *Libellum* Auth. Libellum cit. Gloss. v. *Generaliter* Auth. Generaliter cit. Gloss. v. *Decimam* Nov. 112, c. 2. Gloss. v. *Duos* Nov. 96, c. 1. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Generaliter l. c. fol. 28. et sup. Auth. Libellum l. c. fol. 153[b]. *Glück* l. c. T. III. p. 439. sqq.

§. 43. *Hug.* §. 368. *Vet. Coll.* §. 29. *Rog.* §. 74. *Hug.* §. 369. *Walch.* l. c. p. 448. sq.

u) Quaestio in Cod. Chis. vitiis laborans, quae tamen adhibito Hugolino emendari possunt. Hug.: *E. T. in Auth. Offeratur. Differunt in eod. Tit.* (6, 3, 9.) *in Auth. Offeratur.*

v) Hug.: *Nam ista, scil.* (Auth.) *Libellum dicit etc.*

x) Hug.: *cautione XXXVI aureorum summam. Sed Auth. Generaliter dicit, quod praestat.* Leg. *transcendente cautione.*

y) Leg. *videtur* pro *iure.* Hug.: *videtur corrigere superiores.*

z) Hug.: *potest.*

a) Hug.: *nam per Auth. illam Libellum etc. pr. debet libellus ab a. offerri, quam ipse cautionem exponat reo et exec.* Cf. gloss. *v. Generaliter* et v. *Libellum* cit.

b) Hug.: *tempore vel die cautionis.*

c) Hug.: *non fuerit contestatus.*

d) Hug.: *tunc aliam demum praestabit.*

e) Hug.: *litem* (deest *non*) *contestetur — vero locum habet Auth*

f) Ita Cod. Chis. corrupte. Hug. *movisse, decimam partem quantitatis in libello com*

iudicio sisti, ut in caussae exceptione *g*) specialiter enumeretur et generale sit hoc circa indicia, ut aequitati renuntiari non possit generaliter, sed tantum specialiter, si caussae expressae sint. Ceterum alias periculum generaliter ex pacto suscipi potest; unde in contractibus specialiter et generaliter aequitati renuntiari potest, quoniam contractus ex conventione contrahentium legem accipiunt, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Contractus* (23.). *Alii* distinguunt, an periculum inmineat; tunc generaliter etiam periculum suscipi potest ex pacto, ut *D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. Sed et si quis* (4.) §. *Quaesitum* (4.). Hoc *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt autem sine distinctione, periculum generaliter ex pacto suscipi non posse, nec susceptum tenere, ut *D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. Sed et si quis* (4.) §. *Quaesitum* (4.) cum suis concordantiis. Sed quod obiicitur de deposito *h*), secundum quod omne periculum potest suscipere, responde: verum est, quod dolo eius vel culpa amissum est, et, si alibi recuperatur, quod omne suscipiat. Responde omne, quod specialiter enuntiatum est. *Ib.* (*Ioannes Bassianus*), *Py.* (*Pilius*) *i*).

§. 44.

De recusatione iudicis.

Dicunt *k*) *Quidam*, quod omnis iudex, sive sit specialiter delegatus ad caussam aliquam, sive etiam sit iudex ordinarius et propriam habeat administrationem, semper ante litem contestatam poterit recusari, hoc arg., quod *l*) nemo

---

§. 44. *Hug.* §. 115, 114. *Vet. Coll.* §. 3. *Rog.* §. 7.

prehensae praestabit, et hoc dicit dominus Azo.

g) Leg. *ut ibi* (aut *in ea*) *c. exceptionis enumerentur.*

h) Cf. *L.* 7, §. 15. *D. de Pactis.* (2, 14.).

i) Hug.: *Differunt. Dicunt Q., s. esse in c. i. sisti, non tenere renuntiationem*, nisi *caussae exceptionis spec. expressae fuerint et generaliter* (des. vv. *ut in — tantum specialiter* et vv. *Ceterum — contractibus specialiter*) *in iudicia aequitati ren. potest. — inmineat, an non; ut, si periculum immineat, etiam — ut C. Commodati* (4, 23.) *L.* 1.; *si vero non est, minime, ut D. — Quaesitum. Ro.* (Cod. Par.: *quod*) *Al. Alii dicunt* (deest *autem*) *sine — deposito, secundum quod o. p. suscipi potest, responde: verum* (deest *est*), *quod — alibi reperiatur, quod omnino suscipiat. R., quod omne sp. enumeratum est.* (om. *Ib.*, *Py.*) Gloss. mentionem facit *Martini* et *Bulgari*, et hic et ap. Hug. om.

k) *Hug.*: *Item differunt in Eodem Tit.* (3, 13, 16.) *ubi dicunt etc.*

l) vv. *contestatam — quod* desunt in Cod. Par.

post litem contestatam ordinariae sedis potest declinare examen, ut *C. de Iurisdict. omn. iudic.* (3, 13.) *L. Nemo* (4.); unde datur intelligi, quod ante litem contestatam bene poterit, et hoc *Al.* (*Albericus*) m). *Alii* n) dicunt, quod iudex delegatus ante litem contestatam recusatur; ceterum si iudex ordinarius est, nec ante litem contestatam nec post poterit recusari, nisi post sententiam latam, si sit appellatio interposita, et quod in *Lege* illa dicitur, intelligunt, quando iudex ordinarius erat, puta, praeses provinciae, sed erat delegatus ad caussam aliquam. Nam licet alias sit ordinarius, tamen recusari potest ante litem contestatam et argumentum superius factum fallitur ibidem: „*Nemo post litem contestatam ordinariae sedis declinet examen*", quod *M.* (*Martinus*) non concedit, et hoc *B.* (*Bulgarus*) et *Al.* (*Albericus*) et *Io. ba.* (*Ioannes Bassianus*) et *Py.* (*Pillius*) o). Sic ergo pro eis est arg. *C. Si rector provinciae* (5, 2.) *L. Si quis* (1.) *in pr.*

§. 45.

An ius poenitendi competat actori, reum coram iudice incompetente convenienti?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si actor traxerit reum in vetito examine et reus vicerit, quod, licet actor amittit actionem suam, statim tamen poterit adhuc poenitere et poterit habere suam pristinam actionem, argumento illius *Brocardi* p): „*poenitentiae locum fore.*" *Alii* vero dicunt, non esse locum poenitentiae, et hoc tali ratione: quia statim, ex quo traxit in vetito iudicio, amisit actionem; unde postea poenitendo non recuperat. *Io. ba.* (*Ioannes Bassianus*) q).

---

§. 45. *Hug.* §. 135. *Azo* in Lect. ad L. 5. C. de Iurisd. omn. iud. l. c. p. 189. Gloss. v. *Habeatur* L. 5. C. cit. *Odofredus* in Lect. ad L. 5. C. cit. l. c. fol. 158 b.

m) Hug.: *aliquam, sive sit* (deest *iudex*) *ord.* — *recusari, arg. a contrario sensu illius Legis, scil. de Iurisd.* — *et hoc M.* (Martinus).

n) Cod. Bamb. et Stuttg.: *M. et alii etc.*

o) Hug.: *examen ergo non ordinariae sedis declinari potest, quod M. negat, et hoc B., I.* (Cod. Stuttg. *Y.* Irnerius) *et Iac.* (Iacobus) *et Placentinus.*

p) Ita etiam Hug.; sed Cod. Stuttg.: *illius pro bro. Brocardi*, sc. *Pillii.* Cf. Hug. §. 114.

q) *Dissentiunt in Eod. Tit.* (C. 3, 13.) *L. In Criminali* (5.) *super illo verbo, „in vetito vocavit examine." Dicunt Q., quod — actor st. cadit ab actione sua, ut hac Lege dicitur. Mihi*

§. 46.

An consuetudo legem vincat vel abrogare possit?

Differunt. *Quidam* dicunt, quod nulla consuetudo iuri contraria, sive sit generalis sive sit specialis, abrogat vel derogat legi scriptae, arg. *D. de Sepulc. viol.* (47, 12.) *L. Praetor ait* (3.) §. *Divus* (5.), et hoc dicunt maxime ea ratione, quia solius principis est, hodie condere legem intelligendam ita et solius est eius, hodie legem intelligere. Dicunt, legem vero scriptam iuri contrariam consuetudinem abrogare et sic, ubi invenitur, consuetudinem tollere; nam est lex scripta et eiusmodi lex non scriptam tollit. Sed quod dicitur: „*aut legem tollit aut rationem*", ut *C. Quae sit longa consuetudo* (8, 53, *L.*) *Consuetudinis* (2.), respondent: consuetudo non tollit legem scriptam cum ratione, ut *C. de Furt.* (6, 2.) *L. Manifest.* (22.) §. *fin.*, veluti quum res viro commodata est et eam uxor surripuit, non teneatur uxor furti actione, scilicet ne aliqua caussa seditionis oriatur. *Plac.* (*Placentinus*). *Alii* autem dicunt, consuetudinem iuri contrariam demum servari debere, quae pacto expresso potest confirmari; nihil enim aliud est consuetudo, quam tacitum pactum, ut *D. de Leg. et senatusc.* (1, 3, *L.*) *Sed* (et) *ea* (35.). Dicunt ergo, in hoc casu consuetudinem non vincere legem, in quo pactum expressum non admittitur, veluti ut partus non matris, sed patris sequatur conditionem; nec consuetudo utpote tacitum pactum observatur. *Al.* (*Albericus*). Item argumentum pro hoc est in *C. de Usuris* (4, 32.) *L. Eos qui* (26.) et *C. Ne fideiussores pro dote* (5, 20.). Sed respondent, quod expressim hoc cavetur in *Lege. Alii* autem distinguunt, an consuetudo iuri contraria, sit generalis, vel specialis; ut, si sit genera-

§. 46. *Hug.* §. 362. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. I. cap. 7, 8, 9. n. 7, 8, 9. p. 183. sqq. *Placentinus* in Summa Tit. C. Quae sit longa consuet. l. c. p. 416. *Azo* in Summa Tit. C. cit. l. c. fol. 251. et in Lect. sup. L. 2. C. eod. p. 670. *Hug.* Dist. CXLVIII. in Adc. II. §. 34. Gloss. v. *Aut legem* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Sepeliri* L. 3, §. 5. D. de Sepulc. viol. Gloss. v. *Abrogentur* L. 32. D. de Leg. et sc. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. fol. 518. *Brunnemann* ad L. 2. C. Quae sit longa cons. l. c. p. 1056. *Gonz. Tellez* l. c. T. I. p. 191. sqq. n. 9. sqq. *Glück* l. c. T. I. p. 516. sq. *v. Savigny* T. IV. p. 387. n. 3. *Schilling* l. c. p. 393.

tamen videtur, quod adhuc p. vetito examine, amisit — recupe-
p. et p. h. sententia pristinam — rat. Iac. (Iacobus), *Al.* (Albericus).

lis, quae ab omni populo imperii observatur indistincte, et per eam scripta lex abrogatur, et dicunt, senatum posse hodie condere legem et abrogare. Si vero consuetudo specialis sit, puta alicuius municipii vel civitatis, distinguunt, si sit communi consensu utentium comprobata, quod potest adparere, si talis consuetudo sit aliquando contradicto iudicio confirmata; alias vero non vincit, sed vincitur. Nec obstat, quod in *D. de Sepulc. viol.* (47, 12.) *L.* 3, §. *Divus* (5.) dicitur, quia scripta principalia post contrariam municipii legem latam fuisse intelligitur. Item sententiam illam, quae prima facie videtur mulcere aures audientium, scilicet, nec consuetudo iuri contraria eo casu admittatur, in quo pactum expressum contra leges valet, dicunt omnino reprobandam. Quum enim consuetudo omnes teneat, etiam infames et furiosos, et omnes omnino et qui pacisci non possunt, constat, ipsam non esse tacitum pactum; nam si esset, obligaret eos [r]), ut *D. Locati* (19, 2.) *L. Qui ad certum* (14.) et *D. Rem rat. hab.* (46, 8.) *L. penult.* et *D. de Opt. leg.* (33, 5, *L.*) *Si tibi* (8.) §. *Unius* (2.) Arg. contra *D. Soluto matrim.* (24, 3.) *L.* 2, *i. f. Ib.* (*Ioannes Bassianus*) [s]). *Alii* dicunt, generalem dumtaxat consuetudinem et eam solam, quam princeps patitur, vincere legem. Iudices, quum iudicant, necesse habent parere legis auctori, id est principi magis, quam auctori specialis consuetudinis et populo cuiusque civitatis vel municipii. *Alii* dicunt vero, si lex scripta sit adprobata consuetudine, tunc non posse vinci consuetudine; sin autem nondum erat adprobata consuetudine, arg. pacti, quod consensu solo contrahitur, contrario dissensu dissolvitur, si statum sit in finibus pacti; si ultra esset processum, non solo consensu dissolvitur; si statum sit in finibus, rescinditur [t]). Sic de lege, quum sit consuetudine adprobata, quasi duplici auxilio munita. *Alii* dicunt, consuetudinem bonam vincere legem, malam consuetudinem non vincere legem. *Alii* autem dicunt, quod si populus sciens utatur contra legem, tollitur lex, si

---

r) Gloss. v. *Aut legem* sic: *Et merito parificant consuetudinem pacto, cum ipsa sit tacitus consensus — Sed hoc non placet, ut pacto parificetur consuetudo, quia secundum hoc furiosis et similibus, qui expresse vel tacite consentire non possunt — non obiiceretur consuetudo, quod falsum est.*

s) Hug.: *Ia.*; sed *in Dist. cit.* nominat *B.* (Bulgarum) et *Io.* (Ioannem Bassianum). Vid. etiam Vacar. l. c.

t) Del. vv. *si st. s. in f. r.*

vero ignorans, non tollitur, quia magis errare creditur. Sed secundum hoc melioris conditionis sunt delinquentes, quam innocentes. Sed quare generalis observatur, ubique specialis, saltim in eo loco, ubi non est inducta, non est observanda? Respondent, quia generalis princeps est auctor, unde parere necesse est. Specialis autem consuetudinis auctorem esse populos cuiusque civitatis seu municipii, cui parere nemo de iure adstringitur et hoc probat *Al.* u) (*Albericus*). Sed quaeritur, si homines diversarum provinciarum, quae diversas habent consuetudines, sub uno eodemque iudice litigant, utram earum iudex, qui iudicandum suscepit, sequi debeat? Respondeo eam, quae potior et utilior videtur; debet enim iudicare secundum quod melius ei visum fuerit. Secundum *Aldric.* (*Aldricum*) v).

§. 47.

An episcopus, abbas aut similes personae iuramentum calumniae ipsi subire debeant?

Dicunt *Quidam*, quod episcopus et abbas vel similis persona syndicum constituere, qui quorum nomine agat x),

---

§. 47. *Hug.* §. 69. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurei. pr. cal. l. c. fol. 46ᵃ. et in Lect. ad L. 2. C. eod. §. 9. l. c. p. 162. Gloss. v. *Oeconomis* Auth. Sed hodie L. 25. C. de Episc. et cler. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Principales l. c. fol. 136ᵃ. et sup. L. 2, §. 5. C. de Iurei. pr. cal. l. c. fol. 136ᵃ. *Gonz. Tellez* l. c. T. II, p. 151.

u) Ap. Hug. est *Aldri.*

v) Hug.: *Dissentiunt. Dicunt Quidam — quia h. s. p. est, legem intelligere et condere* (des. vv. *intelligendam — hodie*). *Dicunt legem non scriptam iuri contrariam c. abrogare sive, ubi — nam* (des. vv. *est lex — lex*) *scriptam non tollit — respondent, non tollit scriptam rationem — surripuit, ut tenetur* (om. *uxor*) *furti actione sine aliqua s. ca. eveniet* (deest *Plac.*) *— contrariam illa demum s. d. causa, quae — pactum vel tacitus consensus plurium, ut — veluti ut pactum, ut non patris, sed matris sequatur — pactum non observatur, — Alii distinguunt. Dicunt autem, consuetudo est iuri contraria* (deest *sit — ut*), *quae ab o. p. totius imperii — ius scriptum abrogatur — iudicio iudicata, tunc in eo loco, quo servatur, omnem vincit, alias — quia scripta princ. post contrariam — audientium, sed ubi consuetudo — reprobandum* (deest *Quum — furiosos et*) *omnes omn., qui — i. f. Ia.* (Iacobus et desunt vv. *Alii — municipii*). *Alii dicunt, ut si — tunc potest vim consuetudinis habere* (desunt vv. *Sin —* arg.) *et pactum, quod s. c. contrah., contr. dissolvitur — processum fuerit, non s. c. dissolvitur* (des. vv. *si — rescinditur*). *Sic de lege* (om. *quum sit*) *consuetudine adpr. — quam ignorantes. Sed — loco, in quo non — specialis est auctor consuetudinis cuiuslibet civitatis populus seu municipii — probat Aldri.* (Aldricus). *Sed avare* (inepte pro *quaeritur*) *— provinciarum* (om. *quae*) *diversas h. c. et sub — litigant, quem eorum iudex, q. iudicandus est, si iste persequi*

quia isti non sunt universi nec universitas; unde talis persona taliter constituta non iurabit de calumnia, sed tantum ipse, qui eum constituit. Hoc magister *Aldric'y*) (*Aldricus*). *Alii* dicunt, quod hi possunt constituere syndicum primo et is proprie vocabitur actor. Nam constituere possunt propter eorum dignitatem ad similitudinem tutoris, ut *D. de Admin. tut.* (26, 7.) *L. Decreto* (24.). Nam hi tutores intelliguntur ecclesiarum et constituetur iste auctoritate competentis iudicis et iurabit de calumnia, qui legitimam gerit administrationem, arg. *D. de Curat. bonis dando* (42, 7.) *L.* 1. *in pr.* Unde iurat, arg. *C. de Iureiur. propter cal.* (2, 59.) *L.* 2. *in pr. Ib.* (*Ioannes Bassianus*) z).

§. 48.

An Auth. „Qua in provincia" omne privilegium fori et iudicis in delictis tollat?

Differunt in *Auth.* posito in *C. de Iurisd. omn. iud.* (3, 13.). *Qua in provincia* a). Dicunt *Quidam*, verbum ibi positum, scilicet „*omni privilegio cessante etc.*", quod ita intelligitur: fori et non iudicis. Puta: aliquis scholaris de Normannia commisit adulterium bonum b). Modo convenerunt Bononiae. Dicit iste scholaris: non debes me convenire Bononiae, sed tantum in Normannia, quia debes sequi forum meum. Respondent: si c) non poterit respondere, sed commune privilegium iudicis ei servabitur, quia tantum sub magistro suo vel illius civitatis episcopo convenitur. *Alii* dicunt, quod omne omnino privilegium cessabit, scilicet iudicis et fori,

---

§. 48. *Hug.* §. 138. *Azo* in Lect. ad Auth. cit. Qua in provincia l. c. p. 191. Gloss. v. *Illic omni privilegio* Auth. Qua in provincia. Gloss. v. *Non compelluntur* L. 2., §. 4. D. de Iudic. Gloss. v. *Privilegio* Nov. 69. c. 2. Gloss. v. *Privilegio* Nov. 8, c. 12, pr. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 162. n. 2. sqq. p. 198. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. V. Tit. 1. §. 51. Tom. I. p. 439. *Glück* l. c. T. VI. p. 312. sqq.

debeat — fuerit, si licet. Aldricus. In gloss. *Aut legem* cit. commemorantur *M.* (Martinus) et *Azo*.

x) Leg. *constituere non potest, qui eorum nomine agat.*

y) Hug.: *Albericus*. Cf. Hug. l. c. not. *f.* v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 201. Etiam ap. Azonem est diversitas lectionis; nam in Summa l. c. ponitur *Albricus*, sed in Lect. et in ed. pr. Summae cit. *Aldricus*. Ita etiam gloss. cit.

z) Hug.: *Iob.*, *Al.* (Albericus).

a) Legitur haec Auth. in Editt. post L. 2. C. Ubi de criminibus (3, 15.). Sed cf. *Spangenberg* eod. not. 9.

b) Leg. *Bononiae*.

c) Leg. *sic*.

quia ibi prorsus convenietur et sub iudice illius civitatis d) et dicunt, correctam esse *Legem* illam, *Quando imper. int. pup. etc.* (C. 3, 14.) et *Legem* illam *D. de Iudiciis* (5, 1, 2, §. 4.) quae dicunt, legatos habere ius revocandi domum. *Io. b.a.* (*Ioannes Bassianus*) e). *Alii* dicunt, quod cessat omnino privilegium contra hoc inpetratum, puta: deliquit aliquis Bononiae; vult inpetrare, ne pro hoc maleficio conveniatur Bononiae sive aliud simile inpetret. Privilegium nullius momenti erit, imo cessabit et in eo loco convenietur f).

§. 49.

De Certi condictione et condictione Triticaria.

Differunt in Triticaria. Dicunt *Quidam*, quod certi condictio generalior est, quam triticaria. Quid est ergo, quod dicitur in *D. de Triticaria* (13, 3.) *L.* 1.? Ibi dicitur: „*qui certam pecuniam petit, utitur certi condictione, qui aliam rem, triticaria.*“ Unde videtur, quod triticaria generalior sit. Responde sic: „*Si certum petit*“, ostendit naturam certi condictionis, hoc autem naturam triticariae. Ostendit autem hoc differentiam, quia triticaria competit ad omnes res petendas, praeter pecuniam numeratam; at certi condictio competit et ad pecuniam et ad alias res petendas nihilominus; nam per hoc, quod dicit, „*qui certam pecuniam etc.*“ non removet, quod de aliis rebus similiter competere non possit. *Alii* dicunt, quod similiter est generalior certi condictio; sed quod hic dicitur, de speciali condictione certi dicitur, quae pendet ex caussa mutui, ex qua tantum pecunia petitur numerata; at in generali certi condictione etiam aliae res petuntur. *Alii* dicunt, quod condictio triticaria generalior est, quam certi condictio, et inhae-

§. 49. *Hug.* §. 399. et §. 394. *Vet. Coll.* §. 28. *Rog.* §. 73. Gloss. v. *Certi condictio* L. 9. D. de Reb. cred. Gloss. v. *Numeratam* et v. *Si certum pet.* L. 1. D. de Condict. trit. Gloss. v. *Certi condictio* pr. Inst. Quib. mod. re contr. oblig. Gloss. v. *Condictio* pr. Inst. de Verb. oblig. Gloss. v. *Petit actor* §. 17. Inst. de Action. *Hugolinus* in Summa Tit. D. cit. l. c. fol. 253[a]. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. D. de Cond. trit. l. c. fol. 47[a]. *Glück* l. c. T. XIII. p. 259. sqq. *Ed. Gans* üb. Römisches Obligationenrecht, p. 54. sqq. *Bucher* l. c. p. 124. not. 10.

d) sc.: *in qua adulterium commisit.* Vv. *quod omne — civitatis* desunt ap. Hug.

e) Hug.: *Io. et Al.* (Albericus) *et I.* (Irnerius) *et Iac.* (Iacobus).

f) Praecedentia mutatis verbis leguntur ap. Hug., a Cod. Chis. saepius discedentem.

rent literae *D. de Triticaria* (13, 3.) *L.* 1. et exponunt sic, quod dicitur *Supra* (D. 12, 1, 9.), scilicet quod „*certi condictio competit ex omni caussa, ex qua certum petitur*", scilicet in pecunia numerata. Nam si alia res petitur, tantum triticaria et certi condictio locum habet; nam certi condictio non distinguit rem, sed caussam. *Pi.* (*Pillius*) g).

§. 50.

Cuius temporis aestimatio fiat in condictione triticaria?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod, quando species petitur, utrumque tempus inspicitur, et tempus rei iudicatae et tempus litiscontestationis; si vero quantitas, tempus litis contestatae, quia competit, quantitatem, quanti ipsemet aestimat, numerare, non autem iudici aestimanda mandatur. *Alii* dicunt idem in specie, quod in quantitate, et dicunt, utrobique utrumque tempus spectandum, scilicet et litis contestatae et rei iudicatae, et hoc favore actoris dictum est, ut, si quidem rei iudicatae tempore res sit melior, eius aestimatio debeatur, quod non debet; si autem non sit melior, tunc litis contestatae tempus spectatur, non eius aestimatio praestatur, et hoc tam in bonae fidei iudiciis, quam stricti iuris. Sed illi de triticaria respondent, quod, si triticaria descendit ex contractu, tunc eius contractus naturam sortitur. *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt idem in bonae fidei iudiciis; ceterum in stricti iuris dicunt interesse, utrum petatur species vel quantitas. Nam si petatur quantitas, tunc aestimatio debetur rei iudicatae, si species, tempus rei petitae. Sed obiicitur *D. Mandati* (17, 1.) *L. Hominem* (37.). Ibi dicitur,

§. 50. *Hug.* §. 401. *Eiusd.* Dist. LXXXI. in Adc. II. §. 20. Glossae et scriptores *Ibid.* §. 400. citt. Gloss. v. *Venit* L. 59. D. de Verb. oblig.

g) Hug. §. 399. corrupte sic: *Differunt in Triticaria — condictionis, hic autem unde naturam trit. ostendit differentia, quia — omnes repetendas — numeratam;* a *certi condictione competit ad — qui irrita pecunia etc. — hic dicitur de certi condictione, alias quae pendet, nascitur ex caussa — res ponuntur. Alii — generalior est certi condictione et — Supra, Si certum pet.* (D. 12, 1.) *L. Certi condictio* (9.), *quod — omni obligatione, ex qua — Py.* (Pillius). *Ia.* (Iacobus), *B.* (Bulgarus), *Al.* (Albericus) *dicunt, certi condictionem generaliter duas habere filias, scil. triticariam maiorem, quae pro omni obligatione competit, praeterquam in pecunia numerata, et minorem, scil. certi condictionem, quae tantum pro pecunia numerata competit.*

quod aestimatio habetur eius temporis, quo agitur. Responde: ibi conventum fuit ad aestimationem et ideo petitae rei tempus inspicitur, vel dicas, speciale esse, quum homo petitur, vel aliter ibi tempus dicitur, quo agitur, non et tempus rei iudicatae, ideoque illud tempus inspicitur in homine petito. *Ugo* (*Hugo*) et *Pi.* (*Pillius*). *Alii* dicunt, referre, utrum debeatur species, id est res, an quantitas; ut si res, spectandum est tempus rei iudicatae, id est quo iudicari debuit, id est tempus morae, tam in stricti iuris iudiciis, quam in bonae fidei. Si quantitas debeatur, in bonae fidei iudiciis similiter spectatur tempus morae. Si in stricti iuris iudiciis debeatur quantitas, si non sint dies adpositi, tempus litiscontestationis inspicitur, licet in mora quis fuerit. *Lex* itaque de *Commodato* (D. 13, 6, 3, §. 2.) intelligatur de quantitate debita, quia quantitas, licet inproprie commodatur, scilicet ne quis ditior adpareat numerationis gratia, *Lege D.* in specie intelligitur. Hoc dicebat *Io. ba.* (*Ioannes Bassianus*) [h].

§. 51.

Quis sit iudex (in quaestione de) *caede defuncti inulta?*

Differunt in positione casus *L.* 1. *C. Ubi caussae fiscales* (3, 26.). Dicunt *Quidam*, casum taliter esse ponendum. Decessit Quidam, qui dicebatur occisus; heredes eius adeunt hereditatem non vindicata nece defuncti; accusantur, quia [hh]) necem defuncti non vindicaverunt. Adhuc [i]) hi, qui defunctum occidisse dicuntur, tunc caussa debet ventilari sub Praeside Provinciae, quia heredes poterunt adhuc interfectores accusare et convictis Praeses ipse debebit reis poenam inponere; si vero iam mortui iudicantur interfectores, tunc caussa ista

---

§. 51. *Hug.* §. 145. *Azo* in Summa Tit. C. Ubi cau. fisc. et in Lect. ad L. 1. C. eod. p. 196. Gloss. v. *Inultam* L. 1. C. Quibus ut indign. Cas. et gloss. v. *Quaestionem* L. 1. C. Ubi caussae fiscales.

h) Hug.: *Differunt — litis contestatae inspicitur, quantitatem ipsemet aestimat, non autem — sit melior, inspiciatur, ut eius aestimatio debebatur, quod non debet — spectatur, ut aestimatum praestetur, et hoc — tunc habetur aestimatio rei iudicatae — ibi convenitur — aliter sibi tempus* (deest *dicitur*), *quo agitur et non t. r. i. Ideo illud — quantitas, si ut dies adposita — fuerit, quae* (Cod. Cantabr.: *quo*) *Lex ita* (Cod. Cantabr.: *itaque*) *de c. int. a quantitate — scil., ut quis — dicebat quondam Iob.* In Dist. cit. nominatur *Rogerius.*

hh) Hug.: *Differunt in C. — L.* 1. *in* C. *pos. illius Legis. Dicunt — acc. ipsi, quia.*

ventilabitur sub Procuratore Caesaris, quoniam quaestio ista bonorum est, quia fiscus vindicat hereditatem defuncti ab heredibus tamquam ab indignis, et est quaestio, quae vertitur inter fiscum et privatum, secundum *Al.* (*Albericum*). Sed huic ultimae parti obiicitur, quod mortuis interfectoribus [k]) non debet quaestio heredibus moveri, quum iam minime reperiri poterit [l]), ut *Infra Quib. ut ind.* (C. 6, 35.) *L. Si ideo* (7.). Potest responderi: quia isti erant in mora vindicandi necem defuncti et ideo quaestio eis movetur. *Alii* dicunt, taliter casum ponendum: quia ipsemet heres institutus accusabatur iuste de non vindicata morte testatoris. Sed caussa ista ventilabatur sub alio iudice, unde interim non potest cognoscere Procurator Caesaris [m]). Ceterum alias de necis vindicatae quaestione cognoscit Procurator [n]). Item dicunt [o]): movebat fiscus heredi quaestionem bonorum; ille obiicit, se mortem testatoris vindicasse; de hoc ipso apud Procuratorem fisci potest agi. *Io. Ba.* (*Ioannes Bassianus*) [p]).

§. 52.

De libertate fideicommissaria [q]).

Differunt. Dicunt *Quidam*, quum quis libertatem fideicommissariam testatur ex praecepto praetoris, si postea testamentum dicatur inofficiosum, sive post quinquennium, quod fit ex magna caussa, sive etiam ante quinquennium, quod nullo modo praestantur XX aurei a manumisso, et hoc ideo, quia decreto praetoris praestita est libertas. *Alii* vero dicunt, XX aureos semper esse praestandos, sive decretum intercedat

---

§. 52. *Hug.* §. 882. *Azo* in Lect. C. ad L. 4. C. de Inoff. test. l. c. p. 199. Gloss. v. *Fideicommissarias* L. 9. D. de Inoffic. test. Gloss. v. *Idem* L. 47. D. de Manum. test. Gloss. v. *Quaestionem* L. 4. C. de Inoff. test.

i) Hug. ins. *Quum non decesserant.*

k) Hug.: *qui def. o. dicebatur — poterant a. interfectorem — ipse poenam d. r. — mortuus dicitur interfector, t. c. i. v. apud Procuratorem Caes. Quaestio — defuncti, tamquam ab ind. et quando quaestio vertitur i. f. et pr., procurator Caesaris debet cognoscere sec. Al. — mortuo interfectore.*

l) Hug.: *possunt.*

m) Hug.: *Alii taliter ponunt casum: quia heres — unde iterum proc. Caes. n. p. e.*

n) vv. *Ceterum — Procurator* des. ap. Hug.

o) Hug.: *Item dicunt Quidam.*

p) Hug.: *procuratorem Caesaris a. p. Iob.* (Ioannes Bassianus) *vero aliter ponit, ut in casus positione notavit Azo.*

q) Ita Cod. Cantabr.

praetoris, sive non; sive ante quinquennium coeperit dici inofficiosum, sive post. *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) qq).

§. 53.

Filio praeterito vel non rite exheredato, an testamentum ipso iure nullum sit? Et de querela inofficiosi testamenti.

Differunt. Dicunt *Quidam:* testamento facto, quo filius sit praeteritus vel minus rite exheredatus r), ipso iure nullum est testamentum nec opus est querela, et dicunt, hodie non esse locum querelae, nisi inter fratres, turpibus personis institutis. *Alii* vero dicunt, quod si filius in potestate constitutus sit et praeteritus, ipso iure nullum est testamentum, ut olim s); si vero exheredatus, tunc irritandum est per querelam, et querela perlata non est ipso iure nullum testamentum. Idem dicunt de emancipato filio, ut, ipse sive sit praeteritus sive exheredatus, semper locum habeat querela. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) t).

---

§. 53. *Hug.* §. 148, 288. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Lib. praet. l. c. p. 268. et in Summa Inst. de Inoff. test. l. c. p. 33. *Azo* in Summa Tit. C. de Lib. praet. l. c. p. 181. et in Summa Tit. C. de Inoff. test. l. c. fol. 56ᵃ. et in Lect. ad Auth. Ex caussa l. c. p. 495. Hug. Dist. CXIII. Gloss. v. *Nominatim* Nov. 115, c. 3. Gloss. v. *Instituto* L. 27. C. de Inoff. test. Gloss. v. *Irritum est* Auth. Ex caussa L. 4. C. de Lib. praet. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Ex caussa C. cit. l. c. fol. 383. *Fackineus* l. c. Lib. XIII. c. 68. l. c. p. 1049. *Glück* l. c. T. VII. p. 335. sqq. *Bluntschli* l. c. p. 282. sqq. *Francke* l. c. p. 354. sqq. et p. 366. sqq. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 441. n. 4. p. 458. n. 8.

qq) Hug.: *Differunt. D. Q., quum* (om. *quis*) *libertas fideicommissaria praestatur vel restituitur ex — caussa* (deest *sive etiam*) *ante — libertas, ut arg. C. de Inoff. test.* (3, 28.) *L. Quum ex caussa* (4.). *Nec obstat L. Papinianus* (D. 5, 2, 8, i. f.) *et L. seq.* (9.), *quia loquuntur, quando praestanda est libertas. Item nec obstat L. Cum ex falsis* (D. 40, 4, 47.), *quia secus est, si falsum dicatur; vel etiam non erat falsum, sed inofficiosum. Sed tamen non erat libertas fideicommisaria, sed data gratia conditionis implendae. Alii — inofficiosum Tit. eod. L. Papin.* (D. 5, 2, 8.) *i. f. et L. seq.* (9.) *et D. de Manumiss. test.* (40, 4.) *L. Cum ex falsis* (47.) et desunt vv. *sive post. W.*

r) Hug.: *Differunt in eod. Tit. L. Neptem* (C. 3, 28, 7.). *Dicunt Quidam, quod testamento — minus recte emancipandus.* (Cod. Par.: *concipiendus, emancipandus.*).

s) Hug. in Cod. Stuttg.: *ut B.* (Bulgarus), *si.*

t) In gloss. citt. commemorantur *M.* (Martinus) et *Pla.* (Placentinus) h. l. om.

§. 54.

De bonorum possessione in casu L. 2. C. de Inoff. test.

Differunt in *C. de Inoffic. Test.* (3, 28.) *L.* 2. Dicunt *Quidam*, quod iste filius emancipatus acceperat bonorum possessionem, scilicet Unde liberi, quam debet accipere, antequam querelam possit intendere u), quoniam bonorum possessio nihil aliud tribuit, nisi tantum ius petendi. *Al.* (*Albericus*) v). Nam exheredato emancipato datur bonorum possessio x), ut *D. Si tabulae test. null. exstab.* (38, 6.) *L.* 1. *in f. et D. de Carboniano edict.* (37, 10.) *L. Si impubes* (7.) §. *Interdum* (6.), alias *ult.* Sed respondetur his *Legibus*, quoniam nullum fuit ipso iure testamentum, unde y) non obstat, quo minus emancipatus praeteritus petat bonorum possessionem Unde liberi. *Alii* dicunt, quod iste petiit unam de VII extraordinariis, quam praetor inter alias connumeravit z), nec eam iure suo stabilivit, sed quandoque ex testamento, quandoque ab intestato eam dedit. Nam si ordinarium haberet auxilium, non daretur extraordinarium, sed petitio hereditatis sub querela inofficiosi, quia nemo filius alio praesidio ad hanc potest a) decurrere. *Bul.* (*Bulgarus*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*). *Alii* dicunt, quod nullam specialem hic accepit, sed generalem dumtaxat b). *I.* (*Irnerius*). Constitutus est a praetore simul b. p' h';. b. *Alii* dicunt, quod hic accepit bonorum possessionem, quae facti est, puta, quia

---

§. 54. *Hug.* §. 147. *Azo* in Summa Tit. C. de Inoff. test. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 198. *Hug.* Dist. LXVII. in Adc. II. §. 19. Gloss. v. *Quamvis* L. 2. C. cit. Gloss. v. *Praeteritus* L. 1, §. fin. D. Si tabulae test. null. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 167a. *Brunnemann* ad L. 2. C. cit. l. c. p. 264. De L. 2. C. cit. cf. *Koch*, bonorum possessio etc. Giessen 1799. 8. p. 189. sqq. *Glück*, Erörterung der Lehre von der Intestaterbfolge etc. 2. Aufl. Erlangen 1822. p. 358. sq. *Fr. Ad. Schilling*, Bemerkungen üb. Römische Rechtsgeschichte. Leipzig 1829. 8. p. 211. sqq. *Glück*, ausf. Erl. d. Pand. T. XXXV. p. 155. sqq.

u) Hug.: *Item differunt in e. T. L.* 2. *Dicunt, quod i. f. e. petierat et acc. b. p. Unde lib. — querelam moveat, id est intendere p.*

v) Cod. Cantabr.: *Alb.*

x) Hug.: *possessio Unde liberi*, ut.

y) Hug.: *testamentum, quia et alius filius, qui erat in potestate constitutus, in eo praeteritus fuit, unde.*

z) Cod. Cantabr. add. *in Inst. de Bonor. poss.* (3, 10.) §. *Novissime enim* (4. i. m.).

a) *sed petita hereditate — ad hoc potest.*

alia ratione adlegata missus est in possessionem et hoc est sequens, quod c) praemature factum est. *Alii* dicunt, quod hic accepit bonorum possessionem, quae datur impuberi arrogato constitutione *D. Pii* in bonis arrogantis d). *Alii* dicunt, quod hic accepit bonorum possessionem litis ordinandae gratia, ut illi non noceat emancipatum esse, perinde ac si non fuisset emancipatus, ut *D. de Inoffic. test.* (5, 2.) *L. Papinianus* (8.) §. 2. Nam quum emancipatos non agnoscat ius civile et querela ius civile sit, ad querelam admitti non possunt e), opposita exceptione emancipationis. *Ib.* (*Ioannes Bassianus*) f). *Alii* dicunt, quod hic filius accepit bonorum possessionem contra tabulas testamenti. *M.* (*Martinus*).

§. 55.

§. 56.

§. 57.

An usurae, quas filius ex pecunia patris habet, patri adquirantur? ff)

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si filiusfamilias adquirit aliquid ex re patris sui, sive occasione rei paternae, quod hoc totum patri adquiritur, ut *C. de Bonis, quae lib.* (6, 61.) *L. Cum oportet* (6.) *in pr.* et *Inst. Per quas pers. nob. adquir.* (2, 9.) *Sancitum* (§. 1. in m.). Puta, si filius pecuniam paternam foeneravit et uberrimas accepit usuras, taliter adquisitas. Totum illud patri adquiritur et inter filios communicatur. *B.* (*Bulgarus*). *Alii* dicunt, usuram taliter adquisitam non patri adquiri, sed filii praecipuam esse. Nam

---

§. 55. *Vet. Coll.* §. 27. *Rog.* §. 27. *Hug.* §. 327, 328.

§. 56. De hac quaestione in Cod. Chis. vitiose scripta cf. *Hug.* §. 301.

§. 57. *Hug.* §. 453. *Azo* in Lect. ad L. 6. C. de Bon. quae lib. l. c. p. 547. Gloss. v. *Ex eius substantia* L. 6. pr. C. de Bon. quae lib.

b) Sequentia manifesto vitio laborant et in Cod. Chis. et ap. Hug. In Cod. Par. post v. *dumtaxat* ponitur nova inscriptio: *E. T.;* sed in Cod. Cantabr. des. IX literae, in Cod. Bamb. XXIV.

c) Hug.: *sequens, quod exprimit factum et hoc est, quod sequitur, quod praemature.*

d) Hug.: *arrogatoris.*

e) Hug.: *Nam e. n. a. i. c. et sic ad q. a. n. p.*

f) Hug.: *emanc., et hoc dicit Io.* (Ioannes Bassianus) *et Azo.*

ff) Ita Cod. Cantabr.

usura non natura, sed iure provenit, id est, non ex re ipsa oritur, imo magis ex conventione contrahentium; nam legibus et iure civili inventum est, ut pecuniae praestentur usurae, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Si navis* (62.). Item, quia tales usurae magis ex communicatione g) et sagacitate percipiuntur, quam ex ipsa pecunia, ut *D. de Hered. v. act. vend.* (18, 4.) *L. Venditor* (23.) et *D. ad Leg. Falc.* (35, 2, L.) *Si heres inst.* (3.), et quia non ex re, sed propter rem percipi intelliguntur, ut *D. Pro socio* (17, 2, L.) *Socium* (60.) §. *Socius* (1.), et intelliguntur ex re provenire, puta: pater filio ancillam concessit et ei peperit, aut fundum et fructus ex eo collegit, aut equum et fetum habuit. *Aldri.* (*Aldricus*) h).

§. 58.

De collatione donationis et an Auth. C. Unde si parens correcta sit per Auth. C. Ex testamento?

Differunt in *C. de Inoffic. test.* (3, 28.) *Auth. Unde si parens* (ad L. 6.), et hoc *Auth.* dicunt *Quidam* correctum esse per aliud *Auth. Infra de Collationibus* (6, 20.) *Ex testamento* (ad L. 1.), quia hic dicitur, quod frater, qui meruit donationem, necesse habet supplere fratribus usque ad Falcidiam. *B.* (*Bulgarus*). *Alii* dicunt, illud *Auth.* non corrigi. *M.* (*Martinus*) et *R.* (*Rogerius*) i).

§. 59.

An donator evictionem praestet?

Differunt. *Quidam* dicunt, quod necessitas inponitur donatori tradere rem donatam ad similitudinem emtoris; tamen de evictione promittere non compellitur. Unde re evicta non tenetur de evictione, nisi manifeste promisit; vel si promittat etiam per nudum pactum, tenetur. Nam, sicut olim

---

§. 58. *Hug.* §. 153. *Vet. Coll.* §. 78. *Rog.* §. 81. *Hug.* §. 277.
§. 59. *Vet. Coll.* §. 63. *Rog.* §. 33. *Hug.* §. 359, 358.

g) Leg. *exactione.*

h) Hug.: *Differunt — communicatur* (om. *B.*). *Alii — natura, sed cura provenit, — oritur, sed magis — legibus, id est iure — ut ex pecunia praestentur — magis executione et sagacitate — et intelligendum ex re — equum effectum habuit.* (Deest *Aldri.*).

i) Hug.: *Item differunt in Auth. illo, Unde si p. in Eod. T. Dicunt Q., hoc Auth. corr. — quia ibi dicitur.*

non tenebatur nudo pacto in donatione, sed hodie nudo pacto agitur, ita, etsi nudo pacto promittatur, de evictione tenetur. *Vgo* (*Hugo*). *Alii* dicunt, si donatio incipit a praecedente pactione, tunc donator tenetur de evictione, re evicta; si vero incipit a traditione, numquam praestatur evictio, nisi expressim fuerit promissa. Unde si donator aliquid fecit in donatione et donatarius aliquod damnum patiatur, puta, res aliena est, quae donatur, et donatarius aliquos sumtus fecit, tunc dabitur de dolo actio, ut *D. de Donation.* (39, 5.) *L. Aristo* (18.) §. *Labeo* (ult.) *Iac.* (*Iacobus*) k).

§. 60.

De onere probandi in caussa exheredationis vel praeteritionis et an in omni caussa reus hoc onus in se suscipere possit?

Differunt in *C. de Inoff. test.* (3, 28.) *L. Liberi* (28.) *in pr.* In hac autem dicitur, quod onus probationis semper est filii, qui exheredatus vel praeteritus fuit. Nam heres institutus non cogitur probare, illum etiam merentem; sed si heres scriptus voluit onus probationis in se transferre, poterit hoc facere. Huius *Legis* argumento dicunt *Quidam*, idem esse in quolibet reo; nam licet reus propter naturam non cogitur ad probationem, tamen, si voluerit onus probationis in se transferre, poterit, nec actor reo caussae producere poterit suos testes. *Alii* dicunt, hoc facere iniquum l). Verum reus se onere probandi poterit gravare, et securi ll) actor nihilominus poterit producere suos testes. Nam iniquum est, quum forte m) tantum duos est producturus testes, actor vero

---

§. 60. *Hug.* §. 149. Gloss. v. *Probato* L. 28. et gloss. v. *Arguantur* L. 30. pr. C. de Inoff. test. Gloss. v. *Monstraverint* Nov. 115, c. 13. *Odofredus* in Lect. sup. L. 14. D. de Probat. l. c. fol. 162a. *Brunnemann* ad L. 28. C. de Inoff. test. l. c. p. 272. *G. Jos. Stein*, Versuch einer theor.-pract. Abh. üb. d. Lehre d. röm. R. v. pflichtwidrigen Testamenten etc. Erlangen 1798. 8. p. 142. *Glück* l. c. T. VII. p. 310, 400. *Francke* l. c. p. 295.

k) Hug.: *Dissentiunt. Dicunt Quidam, licet alias, quod — evicta* (deest *non t. de evict.*), *nisi man. promittit, vel perinde tenetur. Nam — tenebatur iusto pacto permittitur de evictione, sed hodie ex nudo p. donationis agitur — numquam praestat pactionem, nisi expr. sit promissa. U. s. donator aliquem fefellit in donatione* (deest *et — quae donatur*) *et donatarius etc.* Gloss. L. 18. D. eod. commemorat *Azonem*, hic om.

l) Leg. *A. dicunt, hoc fore i.* Cf. Hug. l. c.

ll) An *ceterum* pro *et securi?*

m) Scil. *reus.*

L, quod actor amittat caussam per duos testes, quum per se poterit probare per L. Item quia esset in potestate rei se ab actoris sententia liberare. *Al.* (*Albericus*) [n]).

§. 61.

Liceatne patri res adventitias filiifamilias sine decreto alienare?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod pater, qui habet legitimam administrationem in bonis filii sui, puta, quando habet usumfructum a lege, quod potest vendere praedia et alia [o]), filio etiam existente in more [p]) et hoc propter paternam reverentiam, ut *C. de Bon. quae lib.* (6, 61.) *L. Cum non solum* (8.) §. 2, *i. f.* [q]); alias non posset, et hoc ideo, quia patria potestas naturalis et primitiva potentior est, quam tutoria vel curatoria, quae introducta est ad eius similitudinem [r]). *P.* (*Placentinus*). *Alii* dicunt, quod semper necesse est, ut decretum interponatur [s]), ut *D. de Reb. eor., qui sub tut.* (27, 9.) *L. Si pupillorum* (7.) §. *Si pater* (2.). Sed *P.* (*Placentinus*) respondet: quia ibi desiit esse pater, quantum ad ius civile, et quia non ut pater, sed ut tutor intervenit [t]).

§. 62.

§. 63.

De libera testamenti factione a principe concessa.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod non aliquis inpetravit a principe liberam testandi facultatem, si erat intestabi-

---

§. 61. *Hug.* §. 302. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Bon. quae lib. l. c. p. 302. *Azo* in Summa Tit. C. de Bon. quae lib. l. c. p. 203 b. et ad Tit. C. de Bon. mat. l. c. p. 203 a. *Giphanius*, explan. L. ult. C. de Bon. quae lib. l. c. p. 217. *Fachineus* l. c. Lib. 6. c. 40. p. 464. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 929. *Glück* l. c. T. XIV. p. 373. sqq. *Braun*, Zus. zu *Thibaut* §. 362. T. II. p. 353. sq.

§. 62. Quaestio mendis laborans. Vid. *Hug.* §. 150.

§. 63. *Hug.* §. 151. *Azo* in Lect. L. 35. C. de Inoff. test. l. c. p. 209. Casus et gloss. v. *Conceditur* et v. *Testamentifactionem* L. 35.,

n) Ap. Hug. sequitur sententia *Iacobi*.

o) Hug.: *Differunt — filii, puta — vendere sine decreto, praedia et alias res.*

p) Hug. in Cod. Bamb., Stuttg. et Par.: *in minore*, sed Cod. Cantabr.: *exist. more* pro *mōre* i. e. *minore*.

q) Hug.: *solum* §. 1. *et* §. 2, *i. f.*

r) Hug.: *ad ipsius similitudinem.* *Plac.* in Summa cit.: *quae ad mutationem patriae potestatis est introducta.*

s) Hug.: *quod habet necesse vendere tantum, interponatur decretum.*

t) Hug.: *tutor intercessit.*

lis, nec per hoc magis poterit sine iuris sollemnitate [u]), ut *C. de Inofficioso test.* (3, 28.) *L. Si quando* (35.) *in pr.* [v]); nam non videtur ei concessisse, nisi communiter testari, ut dicitur et [x]) *D. Ne quid in loco publ.* (43, 8.) *L.* 2, §. *Si quis a principe* (16.). *Alii* dicunt, quod in *Lege* illa *C. de Inoff. test.* (3, 28, 35, pr.) erat ille intestabilis, unde sic concedendo non videtur concessisse, nisi communiter testari, et tamen nihilominus erat privilegiatus; nam per privilegium communiter testabitur. Unde filium in potestate constitutum inpune poterit praeterire et filium etiam sine caussa exheredare [y]), ad similitudinem liberti, qui cogitur patrono certam relinquere portionem. Unde si a principe liberam inpetravit testamenti factionem, nihil [z]) cogitur ei relinquere, ut *D. de Bonis libertor.* (38, 2.) *L.* 3, *pr.* [a]). Nam hodie debentur parenti eadem iura, quae etiam patrono, ut *Inst. Quib. modis ius patr. potest. solv.* (1, 12.) §. *Praeterea* (6.) *in f.*; nam alias non testabitur, nisi communiter, nisi specialiter hoc ei permisit [b]), ut *C. de Testamentis* (6, 23, L.) *Si non speciali* (9.).

§. 64.

An filius, qui cum patre pactus est, ne patris testamentum inpugnaret, pecuniam a patre acceptam in legitimam sibi inputare et nihilominus actionem expletoriam instituere possit?

Differunt. Dicunt [c]) *Quidam*, quod si filius fecit pactum cum patre, ne eius inpugnaret iudicium et accepit aliquam

---

pr. C. de Inoff. test. *Odofredus* in Lect. sup. L. 35. C. cit. l. c. fol. 171 b. *Brunnemann* ad L. 35. C. cit. p. 275.

§. 64. *Hug.* §. 152. L. 35, §. 1. C. de Inoff. test. Gloss. v. *Inprobatur* L. 3. C. de Collation. *Brunnemann* ad L. 35, §. 1. cit.

u) Add.: *testari.*

v) Hug.: *Item differunt in Eod. Tit.* (C. 3, 28.) *L. Si quando a principe* (35.) *circa pr. Legis illius, ubi quaeritur, quid videatur consequi, qui liberam testandi facultatem inpetravit? Respondent Quidam, quod si erat intestabilis ante, uidetur, quod testari possit, si vero erat testabilis, nec p. h. m. p. s. i. s. testari, ut in hac Lege.*

x) vv. *dicitur et* des. ap. Hug.

y) Hug.: *Unde f. i. p. c. s. c. non pot. exh.* In Cod. Par. deest *non*; vv. *inp. pot. praet. et f. e.* om. ap. Hug.

z) Hug.: *nihilominus.*

a) Hug.: *L. 3. alias 4. in pr.*

b) Hug.: *Nam h. praestantur par.* (Cod. Cantabr.: *Nam h. patronis pan.*) — *i. f. et C. de Inoffic. test.* (3, 28.) *L. ult.*; *nam a. n. t., nisi spec. h. ei p.* et desunt vv. *nisi communiter.*

c) Hug.: *Item differunt in Ead. L.* (C. 3, 28, 35.) §. *Illud etiam* (1.). *Dicunt.*

pecuniam a patre, quod pecuniam istam similiter computat sibi in quartam et nihilominus poterit agere suppletorie. Idem est, etsi non habeat [d]), sed eam amisit, ut nihilominus computet sibi in quartam, et hoc videtur innuere *Lex eadem* (C. 3, 28, 35.), §. 1, *i. f.*, nisi specialiter patre mortuo filius remiserit quaestionem. *B.* (*Bulgarus*). *Alii* [e]) dicunt, quod nullo modo computat sibi in quartam, maxime si eam consumsit, quia filius quartam partem debet habere eorum, quae pater reliquit tempore mortis [f]).

§. 65.

Libertas adprobata an retractari possit? [g])

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si servus fuerit vindicta [h]) manumissus, sive caussa fuerit vera [i]) sive falsa, puta, quia dominus dixit: „iste meus servus me a morte liberavit et a crimine capitali", et hoc in veritate falsum erat, si caussa ista admissa fuerit a praetore et probata et adprobata [k]) a iudicibus et praestita fuerit libertas, postea numquam retractabitur, etiamsi iniusta fuerit, ut *in Inst. Quibus ex caussis manumittere non possunt* (1, 6.) §. *Eadem* (4.). *Alb'* (*Albericus*). *Alii* dicunt [l]), quod si caussa fuerit in

p. 275. n. 7. sqq. *Stein* l. c. p. 175. sqq. *Glück* l. c. T. VII. p. 130. sq. p. 473. sq. *Francke* l. c. p. 319. sq. De filia renunciante cf. *Fachineus* l. c. Lib. III. c. 22—25. l. c. p. 196. sqq. Lib. VIII. c. 69—71. l. c. p. 686. sqq. *Christinaeus* l. c. Vol. I. dec. 279. p. 349. Vol. IV. dec. 28. p. 50. sqq.

§. 65. *Hug.* §. 40. *Azo* in Summa C. Si advers. lib. et in Lect. ad L. 3. C. eod. p. 133. Gloss. v. *Sive falsa* et v. *Non retractatur* §. 4. Inst. Quibus ex causis manum. Gloss. v. *Non potest* L. 3. C. Si adversus libert. *Bachovius* ad §. 6. Inst. Quibus ex caussis manum. l. c. p. 61. sq.

d) Add. *eam.*

e) Hug.: *a patre, quod pactum hoc sibi non obstat et pecuniam i.* (deest *similiter*) *c. s. in q. ad instar filiae, quae succedendo patri dotem profectitiam computat. Idem — computet* (deest *s. in q.*) *et — Lex ista*, §. 1. et *Infra de Collationibus* (C. 6, 20.). *L. Pactum* (3.). — *B. et U.* (Hugo). *Alii.*

f) *mortis, et quod de filia dicitur non est simile, quia paterni officii est, filiam dotare; sed instituere est naturalis debiti.* De *L.* 3. *C. de Coll.* cf. *G. Barthius*, diss. de beneficio filiae abstinendi hereditate paterna etc. (in *Eiusd.* diss. iurid. etc. Lipsiae 1733. diss. II.)

g) Ita Cod. Cantabr.

h) Hug.: *manumissus sit vindicta.*

i) Hug.: *vera fuerit.*

k) vv. *A praetore — adprobata* des. ap. Hug.

l) Hug.: *L. Eadem. Alii, ut Alb'. dicunt.*

veritate falsa, etiamsi probata fuerit a iudice et libertas praestita, tamen postea, veritate comperta, nihilosecius poterit retractari, et intelligunt, quod in superioribus *Legibus* dicitur, taliter, scilicet: sive caussa fuerit iusta sive iniusta [m]), et dicitur caussa falsa sive iniusta, et vera sive iusta; puta, dixit dominus coram praetore: „quia servus iste meus optime citharizavit ante me meque verbis suis alacrem fecit [n]), ideo eum vindicta manumittere volo“, et praetor adprobavit, non [o]) modo ista caussa vera erat, sed iniusta caussa manumissionis, tamen liber erit, nec postea retractari potest, nam alias vera, id est iusta potest [p]), ut *D. de Legatis I.* (L.) *Si fideiussor.* (49, §. 6.) §. *ult.* (8. et 9.) et *D. de In integrum restitutionibus* (4, 1.) *L.* 2. [q]).

§. 66.

Possitne quis per alium manumittere?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod hodie generaliter hoc est verum, nonnullus numquam possit per alium manumittere, sive procurator, sive quis alius extra id, quod specialiter dictum est de filio, qui voluntate patris potest manumittere servum patris; et quod dicitur, quod manumittit maritus servum dotalem, non obloquitur, quia eodem momento, scilicet tempore manumissionis, incipit esse dominus et desinit esse. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt, quod speciale est in vindicta libertate, ut per alium non possit quis manumittere, ut *C. de Manumiss.* (7, 15, L.) *Nec mulierem* [r]). Aliis autem verbis potest quis per alium manumittere et per procuratorem, sicut per epistolam.

§. 67.

De pacto, quo patronus liberto promittit, se iure portionis legitimae usurum non esse.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si patronus in morte [s])

---

§. 66. *Vet. Coll.* §. 14. *Rog.* §. 63. *Hug.* §. 303.

§. 67. *Hug.* §. 426, 152. *Supra* §. 64. Gloss. v. *Promiserit* et v. *Solvere* L. 20. D. de Donat.

m) Hug.: *dicitur* (deest *taliter scil.*) *sive c. fuerit vera sive non, id est caussa sive fuerit iusta.*

n) Hug.: *Quia servus* (deest *iste*) *meus* (deest *optime*) *citharizavit coram me* (Cod. Cantabr.: *catharizavit ante me*) *et me al. fec. verbis suis.*

o) v. *non* deest ap. Hug.

p) vv. *nam — potest* exc. ap. Hug.

q) Cod. Cantabr. et Cod. Par.:

liberto promisit eidem, quod non uteretur legis beneficio in ea portione, quae eidem patrono debetur in bonis liberti sui, quod ea promissio non valet, ne minuatur portio debita verecundia patronali. Hoc idem dicunt addendum *t*) esse, etiamsi patronus promisit mortuo liberto; nam praedicta ratione non tenebit stipulatio, ut *D. de Donat.* (39, 5.) *L. Si patronus* (20.), et dicunt, hoc esse generale in omnibus, quibus a Lege ius datur retinendi, ut in filio, ut *D. ad L. Falcid.* (35, 2.) *L. Quod bonis* (15.) §. 1. *Alii* dicunt, hoc verum esse tantum in eo casu, quum is iuret, de cuius hereditate agitur. Nam eo vivente talis promissio non valet, quia ius patronatus adhuc est, unde talibus cautionibus tolli non potest. Ceterum eo mortuo, de cuius hereditate agitur, talis stipulatio interposita tenet, sive sit patronus, sive sit filius, sive extraneus, quia ius tale desinit ius patronatus esse et tantum competit heredi vel patrono; unde unicuique licet suum ius per pactum deterius constituere, ac per hoc superiori non utetur beneficio. *Al.* (*Albericus*) *u*).

§. 68.

In integrum restitutionis caussam litiscontestatione non perpetuari, sed actionem rescissoriam v).

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod caussa in integrum restitutionis non potest perpetuari litiscontestatione; sed nec ipsa rescissoria perpetuatur. *Alii* dicunt, quod caussa in integrum restitutionis non perpetuatur, sed ipsa rescissoria contestata durabit usque ad XL annos. *Al.* (*Albericus*).

§. 69.

De in integrum restitutione reipublicae et ecclesiarum.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod respublica minorum

§. 68. *Hug.* §. 56. et §. 50. *Eiusd.* Dist. LVII. in Adc. II. §. 14. Gloss. v. *Finiendam* L. 7. C. de Temporibus in int. rest. De L. 7. C. cit. cf. *Giphanius*, explan. L. ult. C. Quib. ex cau. maio. l. c. p. 114. sq. *Burckardi* l. c. p. 503. sqq.

§. 69. *Hug.* §. 59. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Iure rei publ. l. c. fol. 324[a]. *Azo* in Lect. ad L. 4. C. Quib. ex c. maio. l. c.

habent L. 2. *et Ob.;* Cod. Stuttg. et Bamb.: *L. 2. et H.*, mendose.

r) Leg. *C. de Manum.* (7, 15.) *L* 1, §. *ult.* et *C. de Vind. lib.* (7, 1, L.) *Nec mulierem* (3.).

s) Leg. *vivente.*

t) Leg. *verecundiae debita* — *dicendum.*

u) Hug.: *Differunt* — *patronus vivente liberto* — *dicunt dicendum esse* — *tenebat stipulatio* — *tale diffinit ius* — *unicuique i. s.*

iure utitur et in integrum restitutionis auxilium inplorare potest, ut *C. Ex quib. cau. maio.* (2, 54, L.) *Respublica* (4.), in perpetuo, quia respublica semper minor est et pupilla intelligitur. Unde sibi currere tempus non videtur, et hoc idem dicunt in rebus ecclesiae, quum res ecclesiasticae nihil penitus differat actionibus *x*), ut in *Auth. de Non alien. aut permutandis rebus eccles.* (Nov. 7.) §. *Sinimus* (c. 2, §. 1.), quoniam eodem modo ecclesia semper minor intelligitur. *Alii* dicunt, quod respublica et ecclesia non perpetuo restituuntur, sed tantum intra quadriennium a tempore contractus vel laesionis computandum et hoc ratione infirmitatis *y*) vitandae, arg. *D. de Damno inf.* (39, 2.) *L. Qui bona* (13.) §. *ult. Al.* (*Albericus*).

§. 70.

De tempore in integrum restitutionis maiorum adversus b. f. contractum.

Dicunt, quod in contractibus bonae fidei maioribus datur restitutio, scilicet perpetuo quadriennium, et hoc *P.* (*Placentinus*). *Alii* dicunt, quod tantum intra quadriennium a tempore contractus et doli interpositi, ut *C. Quib. ex cau. maio.* (2, 54, *L.*) *In contractibus* (3.) et ratione infirmitatis evitandae *z*).

§. 71.

De manumissione per epistolam.

Dicunt *Quidam:* si aliquis manumiserit servum suum per epistolam coram quinque testibus, subscriptiones suas adponentibus, ad similitudinem codicillorum liber fit, ut *C.*

---

p. 156. *Hugolini* adpar. ad Tit. C. de Iure reip. l. c. p. 763. Gloss. v. *Potest* L. 4. C. Ex quib. cau. maio. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. C. cit. l. c. fol. 130[a]. *Brunnemann* ad L. 4. C. cit. l. c. p. 217. *Fachineus* l. c. Lib. X. c. 1. p. 793. *Gonz. Tellez* l. c. T. I. p. 909. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. IV. Tit. 4. §. 38. T. I. p. 376. *Glück* l. c. T. V. p. 445. T. VI. p. 24. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 489. *Burchardi* l. c. p. 257.

§. 70. *Hug.* §. 58. *Azo* in Summa C. Ex quib. cau. mai l. c. fol. 43. et in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 155.

§. 71. *Hug.* §. 306. *Azo* in Lect. ad L. un. C. de Lat. lib. toll. l. c. p. 552. sq. Gloss. v. *Per epistolam* et v. *Ita tamen* L. un. C. eod.

ita deterius p. p. c. licet, ac p. h. s. n. utitur beneficio vel privilegio. Iob. (Ioannes Bassianus) *et Al.*

v) Cf. *Hug.* §. 56, *not. p.*

x) Leg. *differant a publicis.*

y) Leg. *infinitatis vitandae.*

z) Hug.: *et ratio est infinitatis evitandae.*

de Latina libert. toll. (7, 6, L. un.) §. 1. et 2.; sed non statim, sed tunc demum, quum servus certior factus fuerit, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Qui absenti* (38.) corrigatur per *Legem de Latina libert. toll.* (C. 7, 6.), quia ius novum est, et hoc totum favore libertatis. *B.* (*Bulgarus*) [a]).

§. 72.

Num eum, qui hereditatis petitione convenitur, titulum possessionis dicere oporteat?

Differunt in *C. de Petit. hered.* (C. 3, 31.) *L. Cogi* (11.). Dicunt *Quidam*, casum taliter ponendum: quum aliquis convenitur actione in rem, vel alia qualibet, non cogitur dicere titulum suae possessionis, id est, caussam, id est, ex qua caussa possideat, utrum pro emtore, an pro donato, vel pro legato, vel quolibet alio titulo, id est caussa; nam et alias titulus ponitur pro caussa, ut *C de Praescript. X vel XX ann.* (7, 33.) *L. Nec petentem* (5.). Verum is, qui convenitur in rem actione, eatenus tantum cogitur respondere, ut dicat, utrum possideat vel non, et si possideat, tenebitur rei vindicatione [b]), ut *C. de Alienatione iudic. mut. cau. facta* (2, 55.) *L. Quum in rem* (L. un.); si vero minime possideat, respondeat, se non possidere, ne actionem frustra instituat petitor, ut *D. de Rei vindic.* (6, 1.) *L. Qui petit.* (36.) in *pr.* [c]); nec ultra possessor cogitur respondere, nisi prius actor suam intentionem fundaverit; nam non fundata intentione actoris reus, etsi nihil praestitit, id est [d]), de iure suo docuit [e]), absolvi debet, ut *C. de Edendo* (2, 1, L.) *Qui accusare* (4.); fundata vero actoris intentione, si vult obtinere emergente quaestione, scilicet ex post facto et unde dominus factus sit,

---

§. 72. *Hug.* §. 162. *Azo* in Lect. ad L. 11. C. de Petit. her. l. c. p. 217. *Hugolini* Dist. LXVIII. in Adc. II. §. 19[a]. Gloss. v. *Incivile est* et v. *Praeter eum* L. 11. C. cit. Gloss. v. *Per mendacium.* L. 12. D. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 11. C. cit. l. c. fol. 178. *Brunnemann* ad L. 11. C. cit. l. c. p. 282. sq. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 173. p. 219. *Glück* l. c. T. VII. p. 518. sqq.

a) Hug.: *Dicunt Quidam, quod si — corrigatur Infra de Lat. libert. etc.* Gloss. v. *Per epist.* cit. commemorat *Ir.* (Irnerium); Azo Y. (Irnerium). Desumta est gloss. cit. ex Azonis Lect. l. c.

b) Hug.: *Item differunt in eod. Tit.* (C. 3, 32.) *L. Cogi — utrum possideat an non, et sic bene convenitur rei vindic.*

c) Hug.: *Si vero non possideat — ut C de Rei vind. etc.*

d) vv. *praestitit, id est* desunt ap. Hug.

e) vv. *reus, etsi n. de i. suo d.* bis scripta sunt in Cod. Cantabr.

probare compellitur, id est, cogitur tunc dicere, ex qua caussa dominus sit et probare, ut[f] *C. de Probation.* (4, 19.) *L. Sive possidetis* (16.). Secus tamen est in petitione hereditatis, nam possessor tunc cogitur ab initio dicere titulum suae possessionis. Nam sicut is, qui convenitur actione in rem, tenetur dicere, utrum possideat ab initio, ne actor instituat actionem frustra, sicut *Supra* dictum est[g], quia in rem actio tantum datur adversus eum, qui possidet, vel eum, qui dolo desiit possidere: ita[h], qui convenitur petitione hereditatis, cogitur[i] dicere titulum suae possessionis ab initio, id est, ex qua caussa possideat[k], ad hoc, ut locum faciat hereditatis petitioni, qui possidet pro herede vel pro possessore; adversus titulo possidentem non datur, nisi in casu, ut *D. eod.* (5, 3, L.) *Nec ullam* (13.) §. *Quid si quis* (4.). Sic ergo, qui convenitur petitione hereditatis, cogitur dicere caussam[l], ex qua possideat. *Alii* vero, minime, et dicunt, quod sufficit, si dicat: possideo tantum pro herede vel pro possessore tantum. *Alii* dicunt, quod debet ita respondere, scilicet taliter respondebit: possideo pro herede vel pro possessore, id est, sub hac alternatione[m]. Illud quaeritur: si possessor dixerit in iudicio, se titulo possidere, quum non possideat, quid iuris sit? Respondet *B.*[n] (*Bulgarus*), mulctabitur amissione possessionis, quoniam possessio transfertur ad actorem, etiamsi de iure suo nihil probavit, ut *D. de Rei vindic.* (6, 1.) *L. ult.*[o], salva tamen actione de principali quaestione, factus tantum de possessione petitor. *Al.* (*Albericus*). *Alii*[p] dicunt, quod ille, qui convenitur rei vindicatione, semper praesumitur bona fide possidere et fructus lucratur, is vero, qui convenitur hereditatis petitione, semper praesumitur malae fidei possessor; unde

---

f) Hug.: *Fundata vero a. i., ut s. possessor, si velit o. e. q., unde d. f. s., ex post facto docere compellitur, ut* et om. vv. *id est — probare.*

g) Hug.: *Secus — nam in ea poss. c. d. t. s. p. ab initio, quia, sicut is, q. c. a. in rem, ne a. fr. i. a., tenetur dicere* (om. *utrum — initio*), *sicut S. d. est.*

h) Hug.: *Quia rei vindicatio in eum d., q. p., vel d. p. d., ita.*

i) Hug.: *cogatur.*

k) Hug. add.: *possideat, id est, utrum pro herede, an pro possessore possideat, vel alio titulo.*

l) Hug.: *dicere titulum, id est caussam.*

m) Hug.: *Alii vero dicunt, quod sufficit respondere tantum, possideo p. h. v. pro poss.*

n) Hug.: *R.* (Rogerius).

o) Hug.: *L. penult.*, vitiose.

p) Hug.: *Fit enim de p. p. Et hoc Al. et Alii etc.*

ipse fructuum nomine convenitur et condemnatur ad hos; ergo ut evitet praestationem fructuum, cogitur dicere caussam suae possessionis et probare q).

§. 73.

An liceat domino, aedificio diruto, post triginta annos materiam vindicare?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quum quis aedificat de materia sua in suo solo, dominus est ab initio et dominus remanet. Si vero de alieno in suo aedificet, si bona fide, aedificium solo cedit et erit dominus aedificii; sed qui dominus erat singulorum tignorum, nihilominus dominus remanet. Ceterum vindicare non potest, sed necesse habet exspectare, quoad dirutum sit aedificium. Antea aget actione de tigno iuncto et consequetur duplum, in quo inerit et dupli persequutio. Sed quaeritur: si steterit per XXX annos, an possit postea vindicare? Respondent *Quidam*, sive sit bonae fidei sive malae fidei iniunctor, non tenetur, quia dominus habuit actionem de tigno iuncto, per quam id consequebatur, quod per rei vindicationem, arg. *C. de His, qui a non dom. manum. sunt* (7, 10.) *L. fin.* r). *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, quod si mala fide iniunxerit, quod dominus quondam tigni etiam post XXX annos s) poterit vindicare. Haec ita tam varie, quia malae fidei iniunctor tenetur rei vindicatione ab initio, quam quum actor non exercuit, quum potuit, negligens fuit circa eam et sic postea nullatenus intendet. At in bonae fidei possessore contra, quia interim rei vindicationem non habet t), imo nunc primum, dissoluto aedificio, competit, quare omni modo

§. 73. *Hug.* §. 449. *Vacarius* ed. Wenck. Lib. II. c. 14. n. 42. p. 201. *Azo* in Summa Tit. C. de Rei vind. l. c. fol. 61 a. et in Lect. ad L. 2. C. eod. p. 220. *Hug.* Dist. LXX. in Adc. II. §. 19 h. Gloss. v. *De tigno iuncto* et v. *Vindicare* §. 29. Inst. de Rer. div. Gloss. v. *Aedificaverit* §. 30. Inst. eod. Gloss. v. *Actionem* L. 6, §. 3. D. de Negot. gest. Gloss. v. *Aedificium* L. 23, i. f. D. de Rei vind. Gloss. v. *Deducto* L. 38. D. eod. Gloss. v. *Exstructum sit* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Servare posse* L. 33. D. de Cond. indeb. *Odofredus* in Lect. sup. L. 23, i. f. D. Rei vind. l. c. fol. 239. *de Cocceii* l. c. Lib. XLI. Tit. 1. qu. XVI—XIX. T. II. p. 432—434. *Walch.* l. c. p. 129. sq. (ed. IV. p. 171.). In hac §. tres proponuntur quaestiones.

q) Cod. Chis. in extrema §. mendose scriptus est.

r) Haec lex non pertinet ad praesentem quaestionem.

s) Ins. *non*.

t) Sc. *dominus tigni*.

tenebitur. *R.* (*Rogerius*) et *Al.* (*Albericus*) et *P.* (*Placentinus*) et *Ib.* (*Ioannes Bassianus*).

An ei, qui aliena tigna cum suis coniunxit, optio detur, utrum tigna ex aedificio eximere, an pretium eorum restituere velit?

De isto iniunctore quaeritur: si vult bonae fidei iniunctor eximere tignum vel praestare, an possit? Respondent: videtur, quod possit, propter verba *Legis* *u*): „*Ne* — *cogatur etc.*" Bene datur intelligi, quod potest, si vult. Sed in contrarium respondetur, quod etiam volens eximere et praestare, non audietur, quia non tenetur ad tigni praestationem, sed ad eius aestimationem duplam tenetur de tigno iuncto et condictione furtiva, et furti, et ad exhibendum actione, non quidem, ut exhibeat, sed quia dolo fecit, quo minus possideret. Si una fuerit actor, altera evanescit, ubi eatenus plus est in ea; nisi fuerit furti actio, tunc enim nihilominus agetur ceteris, quia furti actio poenam dumtaxat continet et extra poenam est et rei persequutio.

An is, qui in alieno solo ex sua materia aedificat, actionem ad sumtus repetendos habeat?

Ubi autem quis de sua materia aedificat in alieno solo, sed mala fide, dicunt *Quidam*: si animo donandi, nihil repetit; si autem non donandi animo, per exceptionem sibi conservat expensas. *M.* (*Martinus*) utilem dat ei negotiorum gestorum actionem, ut *D. de Doli except.* (44, 4.) *L. Paulus* (14.) et *D. de Negotiis gest.* (3, 5.) *L. fin.* et *L. Si pupilli* (6.) §. *Sed etsi quis* (3.). Respondent: quoniam habuit animum, ut alium obligaret, quare, quum hic non habuit animum sibi obligandi, non habet actionem negotiorum gestorum, ut *D. Comm. divid.* (10, 3.) *L. In hoc iudicium* (14.). Si vero bona fide hoc faciat, tantum per exceptionem conservat expensas, ut *D. de Doli except.* (44, 4, *L.*) *Paulus* (14.). Respondent: si vero mala fide aedificet, omni modo videtur donasse expensas, id est, irrevocabiliter dedisse. *R.* (*Rogerius*), *Pla.* (*Placentinus*), *Al.* (*Albericus*), *Ia.* (*Iacobus*), *B.* (*Bulgarus*), *U.* (*Hugo*). Sed quaeritur: si non dominus me sciente domino aedificet in alieno, aut invito domino, scilicet, quia scit,

---

u) Sc. §. 29. *Inst. de Rer. div.*

ius suum ubique durare? *Ib.* (*Ioannes Bassianus*) respondet: ubi de novo inpendit in rem faciendam, ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L.* 2. *v*). Ceterum, ubi inpendit in rem iam factam, quia fulsit insulam, quae corruebat, et conservat expensas iudicis officio, ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Domum* (5.) *x*).

§. 74.

Num quivis, cuius interest, negotium alterius nomine gestum ratum habere et negotiorum gestorum actionem instituere possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si vendidisti rem meam tuo nomine, quod potero ratam facere venditionem istam et pretium a venditore petere, ut videtur dicere *Lex de Rei vindic.* (C. 3, 32.) *Mater* (3.), et dicunt, hoc esse generale in omni negotio, quod gestum est etiam alterius nomine, ut alius, cuius interest, ratum possit habere, et dabitur nego-

---

§. 74. *Vet. Coll.* §. 6. *Rog.* §. 55. *Hug.* §. 168, 167, 171.

v) Add. *habet exceptionem.*

x) Hug.: *Dicunt — dominus erat ab — aedificavit, solo — Ceterum interim vindicare — duplum — de tigno inique iniuncto erit — annos, an poterit vindicare — dominus habet actionem — id consequitur* (deest v. *quod*) *per — Alii dicunt, inter quos est dominus Azo, quod si dominus mala f. i., quod — annos non poterit — quam* (abest v. *quum*) — *non habet* (sed in Cod. Cantabr. desunt vv. *ab initio — rei vindicationem*) *imo — R.* (deest *et*) *Al. et P.* (deest *et*) *vel de — eximere v. pr. tignum an possit?* (vv. *R. — possit* desunt in Cod. Cantabr.) *Respondent: v. q. p., pr. v. scil. Legis „eximere etc.“ Bene — ad eius dupli aestimationem — non* (deest *quidem*), *ut — possideret et si una fuerit actione exactum a. evanescit;* (deest *ubi*) *eatenus plus* (Cod. Cantabr.: *pro his*) *in ea, et hoc ita, nisi — ceteris poenam non continentibus, quia — poenam est rei persequutio, et in hac sententia est dominus Azo. Dicunt, non sui favore esse hoc statutum, scil. ne eximere cogatur, sed ob publicam utilitatem, et probatur hoc eo, quod dicitur D. de Rei vindic.* (6, 1, L.) *In rem actio* (23.) §. *penult. et fin. et L. in Inst. de Rer. div.* (2, 1.). *Cum in suo solo* (29.) *vel Appellatione* (29. in. m.) *et D. de Solut.* (46, 3.). *L. Qui res* (98.) §. *fin. et D. de Tigno iniuncto* (47, 3.) *L.* 1. *Ubi — expensas. Et M. — Paulus i. f. et D. de — bona fide* (deest *hoc*) *facit, t. p. e. conservaret* (Cod. Stuttg.: *confirmaret*) *sibi expensas, — vero de sua materia mala f. aed., omnino videtur — R. P. Al. Iac.* (Cod. Cantabr. *Iob.*, i. e. Ioannes Bassianus, male). *B. V. Sed quaeritur, sive* (deest *dominus*) *me sciente dominus aedificet in a.*, an *inv. d., scil. quia ius suum scivit ubique d. I*ob. *r., ubi* (deest vv. *de novo — ubi*) — *corruebat, conservabat — domum; nam aliud est reficere, aliud facere, ut D. de Itin. actuq. priv.* (43, 19, 3.) §. *ult.* (15.), *arg. Inst. eod.* (2, 1.) §. *Literae* (33.) *et D. de Rei vind.* (6, 1, L.). *In rem* (23.) §. 2. In extrema §. complura videntur excidisse. Cf. *Hug.* in Dist. LXX. cit. in Adc. II. §. 19 b.

tiorum gestorum actio, quam a Lege dari dicunt, arg. *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L. ult.* et *C. de His, qui a non dom. manum.* (7, 10, 1.). *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, negotium alterius nomine gestum nullatenus alium ratum facere posse, neque tali ratihabitione actionem sibi comparare, et quod dicit, „ratum facit etc.“, dicunt, hoc verum tantum esse in subsidium rei peremtae, praescriptae et usucaptae. *Bul.* (*Bulgarus*), *Al.* (*Albericus*), *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) *y*).

§. 75.

An uxor constante matrimonio rem dotalem vindicare possit?

Dicunt *Quidam*, maritum dominum esse de iure civili et naturali, et pleno iure dotalis rei; unde maritus actionem tantum habet in re dotali, ut *C. de Iure dot.* (5, 12.) *L. Et si dotis* (3.). De his maritus solus habet vindicationem rei dotalis, ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Doce* (9.). *Ib.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, maritum dominum esse rei dotalis; tamen nihilominus poterit uxor rem dotalem vindicare, sed tantum in eo casu, quum maritus abest, ut *D. de Re iudic.* (42, 1.) *L. Saepe* (63.), alias minime poterit ab uxore tua vindicari. Responde, quantum ad viri (prae)iudicium. *Al.* (*Albericus*), *M.* (*Martinus*).

§. 76.

Quid faciendum sit iudici in caussa dubiae vel litigiosae possessionis?

Dicunt *z*) *Quidam*, quod si aliqua quaestio moveatur super possessione, ut puta, petitur possessio per interdictum

---

§. 75. *Hug.* §. 266.

§. 76. *Hug.* §. 92, 169. *Azo* in Summa Tit. C. Uti possidetis l. c. fol. 234[a]. et in Lect. ad Tit. C. cit. l. c. p. 622. Gloss. v. *Prohibebit* L. un. C. Uti possidetis. Gloss. v. *Vincetur* L. 3, pr. D. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. un. C. Uti possidetis fol. 487[b]. et in Lect. sup. L. 10. C. de Iudiciis l. c. fol. 140[a]. *Giphanius* ad Tit. C. Uti possidetis l. c. p. 300. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 351. n. 29. *v. Savigny* d. Recht des Besitzes p. 579. sqq. et de L. 3. D. Uti poss. et de L. un. C. eod. p. 151, 441, not. 1.

y) Hug.: *Item differunt in ead. L.* (C. 3, 32, 3.). *Dicunt — pretium a te petere, ut L. ista videtur dicere, et — in quolibet negotio, q. g. e. et alterius — dicunt, ut arg. — manum. L. 1., et hoc M. Alii d., quod negotium — sibi competere. et quod — verum esse, scilicet in subs., re scilicet peremta, vel praescripta, vel usucapta. Bul., Al., Iob.*

z) Hug.: *Differunt in E. T.* (3, 1.) *L. Nulli* (10.) *Dicunt.*

Unde vi vel Quorum bonorum, vel per Condictionem ex *L.* illa *Si quis in tantam*, (L. 7. C. Unde vi. 8, 4.), prius definiatur caussa possessionis; postmodum caussa proprietatis apud eumdem iudicem terminabitur et non apud alium, quia nulli penitus talis audientia[a]) praestatur, ut *C. de Iudiciis* (3, 1.). *L. Nulli* (10.), et ille possessione quomodo fruatur, cui possessio adiudicata est, ille petitoris vexetur incommodo, cui possessio est ablata per sententiam, ut *D. de Rei vindic.* (6, 1.) *L. Is qui* (24.). Quid ergo, si iudex non potest discernere, quis sit possessor? Puta, quia neuter possidet ab alio vi vel clam vel precario, quod fieri potest, ut *D. Uti possidetis* (43, 17.) *L. Si duo* (3,) *in pr.* Respondent: ibi forte dirimendum est iudicium per sortem, ut per ipsam adpareat, quis petitor et quis bonorum possessor sit, et hoc *R.* (*Rogerius*) [b]). *Alii* dicunt, sortiendum non esse, sed iudex utriusque partis adlegationes poterit audire per modum, ac si neuter possideret. *Alii* dicunt, quod iudex debet sententiare ita: Uti possidetis, ita possideatis, arg. *Infra*, *Uti possidetis* (8, 6.) *L.* 1.[bb]).

§. 77.

Libertas ex falsis codicillis data an valeat?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod, si servus, qui legatus erat in codicillis, qui postea falsi adparuerunt, ante falsi quaestionem manumissus sit ab eo, cui legatur, videbatur, quod iste iterum revocabitur in servitutem, ut *C. de Petit. her.* (3, 31.) *L. ult. i. f.* et *D. de Iure patronatus* (37, 14.) *L. penult.* *B.* (*Bulgarus*). *Alii* dicunt, ipsum libertum remanere, praestitis tamen priori domino et heredi XX aureis, ut *D. de Manum. test.* (40, 4.) *L. Cum ex* (47.) et *D. de Iure patron.* (37, 14.) *L. penult.* et *C. de Fideicomm. lib.* (7, 4.) *L.* 2. Item remanet liber, quia heres putabat, se fore obstrictum

---

§. 77. *Hug.* §. 304. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Fideic. lib. p. 551. et ad L. ult. C. de Pet. her. l. c. p. 219. Gloss. v. *Non infirmat* L. 2. C. de Fideic. lib. Gloss. v. *Falsum testamentum* L. ult. i. f. C. de Petit. her. Gloss. v. *Idem* L. 47. D. de Manum. test.

a) Cod. Cantabr.: *Audienda.*

b) Hug.: *B.* (Bulgarus).

bb) Hug. add.: *Sed de hoc dicas plene, ut Supra in praedicta Lege notavi.* An forte in Summa Codicis, quam Hugolinum scripsisse ostendit *v. Savigny* l. c. T. V. p. 58.? Nam in Dissensionibus et Distinctionibus huius loci nullum est vestigium.

ad servum tradendum et legatarius similiter hoc putabat. Unde, quum traditus fuerit et dominus effectus c), iure poterit ei imponere libertatem. *Al.* (*Albericus*) cc).

§. 78.

An in actionibus arbitrariis duae sententiae definitivae ferri possint?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod huiusmodi actiones in rem semper arbitrariae sunt. Secundum *P.* (*Placentinum*) et *Al.* (*Albericum*) *Quidam* dicunt d), quod duae proferuntur sententiae et ambae sunt definitivae. Nam primam sententiam dicunt definitivam, quia totum, quod petitum est, in ea continetur et in ista sententia non ad interesse vel iusiurandum in litem nondum condemnatur, quia adhuc peti vel condemnari minime potest e). Sed obiicitur: quomodo potest esse, ut in eodem iudicio et ab eodem iudice duae proferantur sententiae definitivae? Nam f) ex quo primam tulit, sive bene sive male, semel g) functus est officio suo et amplius non debet se intromittere, ut *D. de Re iudic.* (42, 1.) *L. Iudex postquam* (55.). Respondent: quod obiicitur verum est, si diceremus, idem omnino versari in prima, quod in secunda, sed secus est. Nam per primam condemnatur quis ad restitutionem rei simpliciter, per secundam ad interesse vel quantum in litem iuratum fuerit, prout actor elegerit, et sic de alio in prima, de alio in secunda. Nam alias iudex, qui male iudicavit, cogitur de fructibus etiam iudicare, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Ex diverso* (35.) §. 1. Nam si reus possideat, quatuor h) remedia sunt prodita actori hh), ut res a

---

§. 78. *Hug.* §. 175, 468. *Azo* in Lect. ad L. 21. C. de Rei vind. *Roffredus*, Ord. iud. P. IV. Rubr. De actione ad exhib. l. c. p. 233. lit. i. sq. Gloss. v. *Procedere* L. 21. C. cit. Gloss. v. *Condemnandus est*, v. *Sententia*, v. *Restituitur* L. 68. D. eod. *Glück* l. c. T. III. p. 612. et de L. 68. cit. T. VIII. p. 209, 227. T. XII. p. 407, 467.

c) Sc. *legatarius.*

cc) Hug.: *Dicunt, q. si servus* (Cod. Cantabr.: *filius*) *fuerit legatus in c., q. p. f. appar. et, ante falsi quaestio est mota, manumissus — iterum debet revocari in — penult.* (Deest *B.*), *alias L. 1. Alii d., ipsum in libertate manere — remanet libertas, quia heres* (vv. *q. h.* des. in Cod. Cantabr.) *putabat, se esse obstrictum etc.*

d) Hug. §. 175.: *Dissentiunt — P.* (Placentinum); *Al.* (Albericus) *vero dicit* (om. *et*).

e) Hug. §. 175.: *Nam p. s. dicit def. — sententia* (om. *non*) *ad interesse agitur* et des. vv. *vel — potest.*

f) Hug.: *Item.*

g) *Semel* deest in Cod. Cantabr.

h) Hug. §. 175.: *tria*, praeter Cod. Cantabr., qui *quatuor.*

hh) Add. *Primum est.*

possidente manu militari auferatur; secundum est, quod poterit iurare in litem; tertium, per quod poterit agere ad interesse; et est aliud iusiurandum in litem, quam ad interesse, ut *D. de in Litem iur.* (12, 3.) *L.* 2, §. *Interdum* (1.) et *L. Si tutor* (8.) et *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Qui restituere iussus* (68.) et *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Non a iudice* (64.) et *D. Si quis ius dicenti* (2, 3.) *L.* 1, §. *ult.;* quartum, quod poterit petere [i]) simpliciter rei aestimationem [k]). Si vero non possideat, sed dolo desiit possidere, tantum tria remedia prodita sunt actori; nam aget ad interesse, iurabit in litem et ad simplicem rei aestimationem, prout maluerit actor. Si vero non dolo, sed culpa possidere desiit, tunc tantum duo, scilicet quia aget ad simplicem rei aestimationem vel ad interesse, ut *D. de In litem iur.* (12, 3.) *L.* 2. Si vero neque possideat, neque dolo fecit, quo minus possideat, tunc actor nullum habet remedium, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Qui restituere* (68.). *B.* (*Bulgarus*). *Alii* [l]) dicunt, quod in huiusmodi actionibus duae proferuntur sententiae, prima ad restitutionem, secunda ad [m]) interesse, si non restituatur. Prima est interlocutoria, secunda est definitiva et haec ita sunt, quando contendit, se non debere restituere; tunc enim interlocutorie condemnatur ad restitutionem et perinde appellari poterit ab hac interlocutoria, quemadmodum a qualibet definitiva. *Alii* dicunt, quod prima est definitiva, et tamen, quum semel iudicavit, non per hoc desiit esse iudex et nihilominus postea poterit condemnare, si non restituat, et hoc propter contumaciam non restituentis [n]).

---

i) Hug. §. 468.: *D. Si quis in ius voc.* (2, 5.) *L. fin.*, quia potest *petere.*

k) Hug. ins. *prout maluerit actor.*

l) Hug. §. 175.: *L. Qui restituere. R.* (Rogerius) *et Alii* (§. 468.: *restituere et Alii* om. *B.* et *R.*).

m) Hug. §. 175. in Cod. Bamb.: *prima ad restitutionem sit, secunda est ad;* §. 468.: *P. ad restitutionem rei, alias ad aestimationem, secunda.*

n) Hug.: *poterit possessorem condemnare — restituatur. Iob.* (Ioannes Bassianus) *contra; dicit enim, quod duae sententiae non sunt ferendaè, et dicit, quod non est verum, quod iudex* (§. 468. ins. *non*) *debeat interloqui de restitutione. Dicit enim: ab interlocutoria sententia non interpellatur, nisi ubi a lege exprimitur, et dicit, quod hic una tantum definitiva sententia* (§. 468. ins. *ferenda*) *est; nec obstat, quod dicitur: „iudex postquam semel etc.“* (§. 468.: *quod i. p. iudicavit, sive bene sive male, functus est officio suo.* Cf. D. 42, 1, 55.), *quia de illis, quae postea sequuntur, non est ferenda* (§. 468. ins. *aliqua*) *sententia, sed potius*

§. 79.

An non utendo et ususfructus et actio de usufructu tollatur?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod non tantum usus (fructus) perit non utendo per modum et tempus, sed etiam ipsa actio, quae pro usufructu constituta est, sive sit constitus sive constituendus, sive sit constitutus in testamento, sive per stipulationem vel aliis non ignotis modis, sive actio personalis sive in rem, quae proprie personalis dicitur, fuerit. Nam ex quo periit ususfructus, imo et actio, quae pro usufructu competit, perire debet, ne res adeat ius infinitum. Simile est de redhibitoria et quanto minoris, quae, quamvis sint personales, tolluntur spatio minore. *Ib.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, referre, utrum sit iam ususfructus constitutus, an non; ut, si iam constitutus sit, si amittitur, etiam personalis actio, quae competit pro usufructu recuperando, similiter perit, quia et ab initio sublata est, ex quo quasi traditio ususfructus facta est vel fuit, quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. Ceterum illa personalis sive in rem, quae competit pro usufructu constituendo, non tollitur, nisi spatio XXX annorum. *Alii* dicunt, quod si ususfructus sit constitutus in testamento, tunc actio etiam, quae pro usufructu constituendo datur, tollitur, quia statim intelligitur habere dominium ususfructus ab adita hereditate, arg. *D. Quemadm. servitus amitt.* (8, 6.) *L. Si partem* (19.) §. *Si per fundum* (1.).' Si per stipulationem debeatur, vel aliis non ignotis modis, non tollitur actio, antequam sit constitutus. *Alii* dicunt, quod nullo modo actio tollitur, quae competit pro usufructu, nisi tantum spatio XXX annorum, licet ipse ususfructus minore tollatur spatio, et quotiescumque amittitur, poterit agi ad recuperandum, et hoc innuitur ex

---

§. 79. *Hug.* §. 178. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Usufr. l. c. p. 116. *Azo* in Summa Tit. de Usufr. l. c. fol. 64. et in Lect. ad L. 16. C. eod. l. c. p. 231. Gloss. v. *Altercantibus* L. 16. C. cit. Gloss. v. *Ius* L. 19, pr. D. Quemadm. serv. amitt. Gloss. v. *Per modum* §. 3. Inst. de Usufr. *Odofredus* in Lect. sup. L. 16. C. cit. l. c. fol. 188 a. *Giphanius*, explan. L. 16. C. cit. l. c. p. 162. sq. *Brunnemann* ad L. 16. C. cit. l. c. p. 297. *Glück* l. c. T. IX. p. 367. sq. et p. 378. sq. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 199. sq. et p. 324. sq. not. 746. *Al. Au. v. Buchholtz* Vers. üb. einz. Th. d. heut. röm. Rechts. Berlin 1831. 8. p. 193. sq.

est ipsius sententiae exsequutio. In gloss. v. *Condemnandus est* commemorantur *Ir.* (Irnerius) et *Azo.*

ipsa litera, quae ipsis videtur hoc insinuare. Unde usum non cadere, nisi tantummodo morte usufructuarii et ipsius rei interitu, et nituntur hoc probare ex verbo, quod ibi ponitur. Sed *Pla.* (*Placentinus*) respondet, quia negando dixit, quod adfirmando conceperat, non tantum ususfructus ipse amittitur, sed etiam actio, quae pro eo datur, amittitur, sicut nec ususfructus amplius durat *o*).

§. 80.

Matrem fructus ex praediis filiorum mala fide percipientem de percipiendis fructibus teneri p).

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si mater mala fide perceperit fructus de praediis filiorum, quos etiam perceperit sine titulo, quod non tenetur de percipiendis: sive quos percipere potuit et non percepit culpa sua, puta fructus maturos passa est corrumpi, sive sint tales, quos dominus percepturus esset, si ei utifrui licuisset. Sed et de perceptis non tenetur, si consumsit, sive facta est locupletior sive non, sed tantum illi percepti restituuntur, qui sunt exstantes, ut *Cod. de Usufr.* (3, 33.) *L. Si pater* (5.), et hoc speciali ratione, quia mater est. *P.* (*Placentinus*). *Alii* dicunt, quod mater tantum de his percipiendis excusatur, quos vetus possessor percepisset, si possedisset, de aliis vero non tenetur, et ob hoc tantum relevatur, quod mater est, quum nulla

---

§. 80. *Hug.* §. 177. *Azo* in Lect. ad L. 5. C. de Usufr. l. c. p. 229. Gloss. v. *Perceptos* L. 5. C. de Usufr.

o) Hug.: *Item differunt in eod. Tit.* (3, 33.). *L. Corruptionem* (16.). *Dicunt — modis, sive sit actio — dicitur, quia cum persona finitur. Nam ex q. p. u., periit et a., q. p. usu* (om. *fructu*) *competiit, et perire d., ne res habeat* (leg. *abeat*) *in inf., ut D. de Re iud.* (42, 1.) *L. A divo* (15.) §. *Si post addictum* (6.). *Simile — minore, ut D. de Redhibitoria* (21, 1.) *L. Sciendum* (19.) *in f. Iob. Alii autem dicunt — ut si sit constitutus, amittatur et personalis act. — omnis obligatio, ut in Inst. Quib. m. t. obl.* (3, 29.) *in pr. — quod, si ususfructus constituitur in t., tunc etiam — Si stipulatione debeatur — agi de recuperando, vel ad recup., vel argumentatio sumitur; alias et hoc — hoc adfirmare et aliter iure ipso hoc insinuat, ut C. de Usufr.* (3, 33.) *L. Corruptionem* (16.), *scil. ut non solum actio, quae pro usufructu nascitur, sed nec ipsum usumfructum non utendo non cadere — pro usufructu datur, amittere, s. n. u. a. d.* — Vv. *sive sit const. s. constituendus* desunt in Cod. Stuttg. et v. *ipse amittitur — nec ususfructus* desunt in Cod. Cantabr. Ceterum constanter scribitur *admittere* pro *amittere*. *Unde usum* leg. *Unde usumfructum*.

p) Ita Cod. Cantabr.

mater, ut malae fidei possessor, teneatur de his omnibus. *Alii* dicunt, quod mater tenetur de omnibus fructibus perceptis et percipiendis, sive potuit percipere et non fecit, sive culpa sua non fecit, et hoc, quum mater mala fide et sine titulo possedit, sicut quilibet alius malae fidei possessor, et nihil specialitatis notatur q).

§. 81.

An liber homo operas suas in perpetuum locare possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si liber homo locavit operas suas in perpetuum, quod non valet talis locatio, sed tantum illa locatio valet, quae ad tempus fit. Hoc ideo, quia perpetuâ locatio speciem servitutis obtinet, quum non liceat ei recedere, ut arg. *D. de Libero homine exhib.* (43, 29.) *L.* 2. *Yr.*qq) (*Irnerius*) et *Plac.* (*Placentinus*). *Alii* dicunt, locationem valere, sive sit perpetua sive sit temporalis, quoniam semper potest recedere, si voluerit praestare interesse et sic non obtinet speciem servitutis. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) r).

§. 82.

In caussa liberali non nisi semel appellari posse s).

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si agatur caussa liberalis et iudicatum fuerit et appellatum, quod post ipsam primam appellationem iterum ab eo, qui semel provocavit, non poterit appellari, et dicunt, hoc speciale esse, quod iterum non poterit appellari in hoc iudicio, sicut speciale est *Supra*

---

§. 81. *Hug.* §. 206. Gloss. v. *Certi* L. 22. C. de Loc. et Cond. Gloss. v. *Numquam* L. 14. C. de Usufr. *Odofredus* in Lect. sup. L. 12. C. de Act. et Oblig. l. c. fol. 217[a]. et ad L. 14. C. de Usufr. l. c. fol. 187[b]. et ad L. 22. C. de Loc. et cond. l. c. fol. 277[a].

§. 82. *Hug.* §. 308. *Aza* in Lect. L. 1. C. de Adsert. toll. l. c. p. 560. Gloss. v. *Deducetur* L. 1, pr. C. eod.

q) Hug.: *Item differunt in eod. Tit.* (C. 3, 33.) *L. Si pater* (5.). *Dicunt — percepit — percepit sine — si eos non consumsit — mater est. Alii* (omiss. v. *P.*) *— excusatur, scil. quos — tenetur, sive consumsit sive non, et hoc — et secundum eos nihil sp. in matre notatur.* In Cod. Cantabr. des. vv. *Alii dic., q. m. t. de o.*

qq) Gloss. citt. et Odofredus l r.

r) Hug.: *Dissentiunt in C. de Oblig. et Act.* (4, 10.) *L. Ob aes.* (12.). *Dicunt — locatio vicem servitutis — L.* 2., *et pro eis est etiam C. de Usufr.* (3, 33, L.) *Antiquitas* (14.) *et C. Locati et Conducti* (4, 65, L.) *Si hi* (22.). *Yr.* (Cod. Cantabr. *Y.*) *etc.* De *Py.* (Pillii) opinione vid. *Odofredum* ad L. 22. cit.

de Episc. aud. (C. 1, 4.) *Auth. Si quis* (L. 8.), et hoc dicunt arg. eius, quod dicitur *C. de Adsert. toll.* (7, 17.) *L.* 1, *in pr.*, ubi dicitur, „quod *casus ipsius iudicium ad secundam* (exquisitionem) *minime deducetur.* (*Alii*) dicunt, ita etiam bis poterit in hoc iudicio appellari, sicut in ceteris, neque aliquid specialitatis esse, et illi verbo respondent: quia, quod ibi dicitur, refertur ad iniquitatem, quia per adsertorem caussa liberalis bis et ter introducebatur ad hoc, ut sententia teneret, quod removet *Al.* t) (*Albericus*).

§. 83.

De testamento parentum inter liberos.

Dicunt hoc, quod si aliquis testamentum incepit sive u) complevit, aut etiam codicillum vel epistolam, item aliam quamlibet scripturam testator fecerit, quod hoc iudicium valet et tenet tantum suos heredes, aut etiam emancipatos; si tamen tales sunt, quos ad successionem v). Hac ergo *Lege* non admittetur matris iudicium, quae suos vel emancipatos non habet, ut *C. Fam. herc.* (3, 36.) *L. ult.*; et haec quidem constituta est *Lex*, cui additamentum praestatur per Theodosium et Valentinianum, quod quidem sit etiam in illis, qui nec sui nec emancipati sunt, scilicet quantum ad matrem, et eodem modo matris valeat iudicium inter filios, sicut et patris, et hoc, sive sint filii sive nepotes ex filia, inter quos, etiam superiore *Lege*, patris etiam iudicium minime poterat valere,

---

§. 83. *Hug.* §. 278. *Azo* in Summa Tit. C. de Testam. l. c. fol. 175 b.; in Lect. ad L. 1. C. de Test. l. c. p. 482. et ad L. ult. C. de Fam. herc. l. c. p. 243. Gloss. v. *Liberos* L. 21, §. 1. C. de Test. Gloss. v. *Quod sine* Auth. Quod sine L. 21, §. 1. C. eod. Casus et gloss. v. *Si modo* Auth. Si modo L. ult. C. Fam. herc. Gloss. v. *Subscribere* Nov. 18, c. 7. Gloss. v. *Derelinquant* Nov. 107, c. 1. *Giphanii* explan. L. 21, §. 1. cit. l. c. p. 35. sqq. *Brunnemann* l. c. p. 407. sq. *Fachineus* l. c. Lib. IV. c. 2. sqq. p. 245. sqq. *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 7, 8. p. 17, 18. *Walch* l. c. p. 321—328, 331. *Gottl. Ph. v. Bülow*, Ahh. üb. einzelne Materien d. röm. bürg. Rechts. Braunschw. 1817. 8. I. Thl. Abh. VI. p. 173. sqq.

s) Ita Cod. Cantabr.

t) Hug.: *Differunt — ipsam* (deest *primam*) *appellationem — provocavit*, (deest *non poterit*) *appellari — quod* (excid. vv. *iterum — sicut*) *speciale est, ut C de Episc. et cler. Auth. — arg.* (deest *eius, q. dic.*) *C. — quod caussa ipsius ad iudicium servi minime deducatur. W.* (Wilhelmus de Cabriano). *Alii dicunt, quod ita poterit in h. i. bis appellari — ad antiquitatem, quoniam per — teneret, q. A. r.*

u) Leg. s. n̄. i. e. *sed non.*

v) Cf. Hug. not. *x.*

quod tamen hodie locum obtinet in patre et matre, et hoc est ius utriusque commune, ut *C. de Testam.* (6, 23.) *L. Hac consultissima* (21.) §. *Ex imperfecto* (1.). Sed verum est, quum scriptura de dividenda hereditate a patre confecta subscriptionem habeat ipsius patris tantum vel etiam ipsorum, inter quos partitio sit facta, ut in *Auth. de Triente et semisse* (Nov. 18.) §. *Et quod* (c. 7.). Unde quaeritur, an pater possit hoc facere sine scriptura, puta, cum duobus testibus tantum. Respondent *Quidam*, minime, quoniam dicit *Authentica:* „ita demum valet, si pater subscribat vel filii". Unde, quum nonnisi condito testamento potest fieri subscriptio, non potest pater in minus legitima voluntate hoc facere, et hoc, quod de subscriptione dicitur, tunc quidem verum est, quum pater per scripturam voluit facere ultimam dispositionem, aliter non. Sed tamen videtur, quod propria manu testator nomina heredum debeat declarare, ut in *Auth. de Testamentis imperfectis* (Nov. 107.) §. *Nos* (c. 1.). Sed quaeritur, an in huiusmodi minus sollemni voluntate possit per alium subscribere. Respondent, si valetudine inpedietur, multo magis et isti, ut in *Auth. Ut sponsalitia largitas* (Nov. 119.) §. *Quia ante* (c. 9.), et haec omnia de non sollemni voluntate. Ceterum si pater sollemnem voluit facere voluntatem, tunc praedicta non vindicant sibi locum, nisi totum fuerit completum, secundum *Al.* (*Albericum*). Sed tamen minus sollemnis ultima voluntas sine filiorum potest subscriptione valere, quum testator literas edoctus propria manu, non signis, sed literarum consequentia declaret tempus et nomina liberorum et unciarum numerum et signa rerum, et tunc poterit in tali ultima voluntate et legata et fideicommissa et libertates relinquere, ut in *Auth. de Testam. imperf.* (Nov. 107.) §. *Nos ergo* (c. 1.) *x*).

---

x) Hug.: *Differunt in C. de Testam.* (6, 23.) *L. Hac consultissima* (21.). *Dicunt Quidam, quod si al. inc. test. et non compl., aut* (om. *etiam*) *cod.—fecerit, illud iud. tenet et valet inter suos tantum her. — sint, quos praetar ad successionem vocaret, et quod dicit: „valet iudicium", subaudi, non ut testamentum, sed ut ultima voluntas. Liberi enim ab intestato succedunt. Quantum vero ad extraneas personas, nulla habetur eiusmodi dispositio imperfecta, ut Supra Famil. hercisc.* (C. 3, 36.) *L. ult. et hoc ead. Lege* (C. 6, 23, 21.) §. *Ex imperfecto* (1.) *Hac ergo L. n. admittitur m. i., q. s. heredes vel — ult. Sed hac quidem L. id constitutum est, cui — Valent., ut idem sit — sunt,* (abest scil.) *quantum — locum habet in p. et in matre — imperfecto, et hoc verum — Et hoc quidem*

§. 84.

Emtor sciens rei gravamen ad quid re evicta adversus venditorem agere possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si ego emerim rem tibi obligatam vel alienam sciens, quod stipulatus duplum vel triplum, quod non agam, nisi ad solius pretii restitutionem, ut *C. Comm. de leg.* (6, 43.) *L. ult.* (§. 4.). *M.* (*Martinus*). *Alii* vero dicunt, quod si stipulatus sum duplum vel triplum, vel etiam usque ad quadruplum, agam, quemadmodum comprehensum est in stipulatione, ut *C. Communia utriusque iudicii* (3, 38.) *L. Si fratres* (7.). *B.* (*Bulgarus*). *Alii* dicunt, facta

---

§. 84. *Supra* §. 13. *Hug.* §. 295. *Azo* in Lect. ad L. 27. C. de Evict. l. c. p. 661. Gloss. v. *Dupli stipulatione* L. ult., §. 4. C. Comm. de leg. Gloss. v. *Contra iuris poscit* L. 27. C. de Evict. Gloss. v. *Agere potestis* L. 7. C. Comm. utr. iud. *Odofredus* ad L. ult. §. fin. C. Comm. de leg. l. c. fol. 409[b]. et ad L. 27. C. de Evict. l. c. fol. 514[a]. *Brunnemann* ad Auth. *Res quae* L. ult. C. Comm. de leg. l. c. p. 773. n. 7. sqq. et ad L. 27. C. de Evict. l. c. p. 1043. *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 210. n. 7. sqq. l. c. p. 271. *de Cocceii* l. c. Lib. XXI. qu. 4. Tom. II. p. 61. *Glück* l. c. T. XX. p. 228. sqq.

(c. 7.). *Unde — quoniam Auth. dicit — potest aliqua fieri subscriptio, patet* (leg. *non potest pater*) *in minus l. v. h. f. et hoc dicebat M.* (Martinus). *Alii dicunt, quod pater poterit hodie etiam hoc facere in minus legitima voluntate et hoc — Respondent, non nisi valetudine impediatur — Quia vero* (c. 9.) *et haec — totum mundum fuerit — voluntas p. v. etiam s. f. subscriptione, quum — declarat et tempus — et signa et — Nos igitur* (c. 1.). *Io. le.* (Ioannis Lectura?). *Azo* (Cod. Cantabr. ins. *adiectio af.* (Cf. *Supra* §. 34. not. *p.*) *vero concordat cum domino M.* (Martino), *in uno et in alio discordat. In testamento enim nuncupativo imperfecto nihil dicit immutatum esse per Auth. de Testam. imperf.* (Nov. 107.) *in pr. Tit. Sed dicit, leges Constantini et Valentiniani in hoc tenere, statuentes, voluntates parentum servari, in quibuscumque declarentur iudiciis, licet Mar.* (Martinus) *dixerit, eas indistincte corrigi per praedictam Authenticam. In eo vero testamento, quod fit in scriptis et minus perfecte, concordat cum Mar.* (Martino). *Illud enim dicit non tenere, nisi fiat aliqua* (sic omnes Codd., leg. *aliquo*) *duorum praedictorum modorum, id est,* (Cod. Bamb.: *Idem est*), *ut vel subscriptio patris vel filiorum interveniat, vel etiam sine subscriptione, dummodo parens literas edoctus manu propria, non signis, sed literarum consequentia declaret tempus et nomina liberorum et cetera, quae subscripta sunt in hoc membro. Item in fine debet adponere generalem clausulam: „in hunc modum, quem dixi et scripsi, volo servari", et in tali testamento potest etiam extraneis legari et libertas relinqui, ut Supra dictum est. Secundum Az.* (Azonem). Extrema §. descripta est ex Azone l. c. Glossa mentionem facit *B.* (Bulgari).

stipulatione agam tantum ad quadruplum, ut *C. de Spons.* (5, 1.) *L. ult.* (5.); ultra non potero agere, etiamsi sim stipulatus plus. Ceterum cessante stipulatione nullatenus poterit agi, nisi pacto in continenti adposito facta sit traditio. *Iac.* (*Iacobus*). Et nota, quod ex pacto in continenti adposito agi poterit pro evictione, ut dixi in donatione, maxime quum hodie tamen contractus donationis sit obligatus. *U.* (*Hugo*) *y*).

§. 85.

De quaestione status, quae filio ex persona patris movetur.

Differunt. Quaeritur, quid sibi velit, quod hic dicitur, quod filius patitur quaestionem status ex persona patris, quum filius non sequitur patris conditionem, sed matris, ut *C. de Liberali caussa* (7, 16.) *L. ult.?* Respondent: dicunt *Quidam*, quod qui natus est ex servo fisci et ex libera matre vel ancilla aliena, semper sequitur conditionem patris, ut servus fisci efficiatur. Similis est *Supra de Servo pign. man.* (C. 7, 8.) *L. ult. M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, penitus **** *z*) talem filium nullatenus esse filii *a*) servum, sed aut liberum esse, si ex libera matre genitus sit, aut privati, si ex ancilla privati nascitur. Dicunt ergo, quod hic quaerebatur de honore deferendo, puta decurionatus. Nam si duo sunt, qui decurionatum petant, sed unus est ex ingenuo patre genitus et eius iussu computata *b*) servum habuerit patrem, praefertur, qui a patre ingenuo natus est, ut *D. de Decurion.* (50, 2.) *L. Generaliter* (3.) §. *Spurios* (2.). Sicque ita quaerebatur hoc de honore decurionum: quum non haberet iustum competitorem, obiiciebatur ei, qui spurius esset; quod fieri non poterit, si quinquennium transierit a morte testatoris et ad hoc pertinet *notula antiqua* ibi posita, quae sic incipit: „*cum libertas etc.*" *Al. Albericus c*).

---

§. 85. *Hug.* §. 307.

y) Hug.: *Item differunt in e. t. L. ult.* §. *Emtor autem. Dicunt — quod si etiam sim stipulatus — etiam* (deest *ad*) *quadruplum usque — B. et Alii — nisi pactum in c. adpositum sit facta traditione. Iac. — adposito, alias in iudicio, poterit agi de evictione — hodie tantum c. d. s. obligationis. V.* vv. *quod non agam — vel triplum* desunt in Cod. Cantabr. et vv. *nisi pactum — poterit agi* om. in Cod. Stuttg. atque Bamb.

z) In Cod. Chis. des. quatuor literae.

a) Ita Cod. Chis. et Cod. Cantabr.; leg. *fisci.*

b) Ita Cod. Chis.; leg. *et eius iustus competitor.* Vid. infra vv. *iustum comp.* et L. 3, §. 2. D. cit.

c) Hug.: *Differunt. Dicunt*

§. 86.

Cur manumissis inter vivos peculium tacite concessum sit, non autem ultima voluntate manumissis?

Dicunt *Quidam*, quaerendo, qua re haec tam diversa? Nam manumissus inter vivos semper habet peculium, nisi specialiter adiiciatur d), in morte vero minime. . Respondent *Quidam:* ius in morte conceditur e), quia sufficit ei qualecumque beneficium sibi a domino collatum, quum nullum de orco beneficium a domino consequi poterit; inter vivos ius semper consequatur, quoniam hoc magis proprie vocatur beneficium, quum magis gratis hoc casu praestare videatur libertatem. Unde tale beneficium quam latissime interpretandum est. *Alii* dicunt: iam f) in morte non conceditur, quoniam mortuo patrono statim liberatus est ff) operarum et munerum. Unde ei non conceditur peculium. Ceterum tamen manumittitur inter vivos, operas patrono praestare debet, id est munera et alia infinita obsequia, quae in praestatione pecuniae g). Unde, quum libertus non habeat patrimonium, ex quo praestare possit, conceditur sibi peculium, ut ex hoc persolvat. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) gg).

---

§. 86. *Hug.* §. 310. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Pecul. eius, qui libert. mer. l. c. p. 322. *Azo* in Summa Tit. C. cit. l. c. fol. 211[a]. et Lect. C. eod. l. c. p. 564. Gloss. v. *Iuris est* L. un. C. eod. *Odofredus* in Lect. super Tit. C. cit. l. c. fol. 437[a]

Quidam quaerendo, quid est, quod — patris, sed matris conditionem — ult. M. (Martinus). *Respondent — efficiatur. Sic Supra — penitus talem — fisci* (Cod. Cantabr. *filii*) *servum, sed* (deest *aut*) *liberum esse, si ex libera* (deest *matre*) *natus est, aut — patre natus et eius petitor servum habeat patrem — haberet istum competitorem, quum obiiciatur — antiqua, quae ibi posita est — etc. alias cuius libertas. Alb'.* (Albericus).

d) Leg. *adimatur.* Vid. L. un. C. de Pec. eius, qui libert. mer. (7, 23.).

e) Leg. *ius ideo in morte non conc.*

f) Leg. *ideo.*

ff) Add. *a praestatione.*

g) Add. *non consistunt.*

gg) Hug.: *Differunt quaerendo, quare* (om. *haec*) *tam* (Cod. Cantabr.: *quartam*) *diversa sunt, ut manumissus — specialiter adimatur — quidam ideo* (om. *ius*) *in morte non conc. ei,* (om. *quia*) *sufficit qualec. beneficium inter vivos a domino* (des. vv. *collatum — a domino* et v. *poterit*) *consequi, non semper consequitur, q. h. m.* (deest *proprie*) *voc. beneficium* (des. vv. *quum — beneficium*), *quam — dicunt, quod ideo in — est, exemtus* (Cod. Bamb.: *exceptus*) *a praestatione operarum — peculium. Certum, quum manumittitur i. v., o. p. d. patrono et munera — pecuniae non consistunt. Unde — hoc saltim persolvat. Iob.* In gloss. cit. commemoratur *P.* (Placentinus).

§. 87.

De actione domino materiae adversus specificantem competente.

Differunt. Quum quis faciet speciem aliquam bona fide et nomine suo, et res non possit redire ad priorem materiam, ita ut cedat specificanti, dicunt *Quidam*, quod quondam dominus rei omni destituitur auxilio et actione et nullo modo poterit rem petere, aut etiam eius pretium, et secundum hoc semper carebit re sua vel pretio, quemadmodum si res esset scripta vel usucapta. *R.* (*Rogerius*), *U.* (*Hugo*), *Iob.* (*Ioannis Bassianus*) h). *Alii* dicunt, quod rem poterit vindicare, unde etiam ad pretium petendum utilem habebit actionem in factum, ut in plantatis et pictis. *M.* (*Martinus*). Sed his respondetur, quod plantata secundum *Nervae* i) sententiam, qui dabat utilem actionem, sed male. Unde *Nos* non damus in picto et prior dominus eiusdem remaneat; nam a quocumque possidente poterit vindicare etiam **** pictore; sed eius k) Marcus errorem et ius. Respondet *B.* (*Bulgarus*) *Iob.* (*Ioanni Bassiano*) l). *Alii* dicunt, quod rem nullo modo poterit vindicare, sed in factum actionem habet ad pretium petendum. *Iab.* (*Iacobus*). Sed opponitur, quod dicitur de ferruminatione, quoniam si brachium meae statuae per ferruminationem adiunxero, dominus sum factus brachii et tamen tenebor actione in factum, sive emtum m) sit brachium, sive adhuc cohaereat, ut *D. de Rei vind.* (6, 1, *L.*) *In rem* (23, 5.). Responde: ibi res ipsa per ferruminationem iniuncta non erat, semper in eadem forma et essentia permansit; unde non est mirum, si utiliter detur vel in factum actio. Ceterum haec res per specificationem desinit esse et specificationis ipsa res esse incipit; ut nulla, scilicet sibi, detur vel pro re ipsa vel pro pretio actio. n).

---

§. 87. *Hug.*: §. 446—448. *Placentinus* in Summa Tit. Inst. de Rer. div. p. 22. sq. *Azo* in Summa eiusd. Tit. Gloss. v. *In omnibus* L. 23, §. 4. D. de Rei vind. Gloss. v. *Dabant* L. 5, §. 3. D. eod. Gloss. v. *Proculo* L. 7, §. 7. de Adq. rer. dom. *Höpfner*, Comment. üb. d. Heinecc. Institutionen, VII. Aufl. §. 321, 322. p. 333. sq. *J. R. Braun's* Erört. zu Thibaut. T. II. p. 507. sq.

h) Ap. Hug. in v. *Alii* incipit §. 447.

i) Vid. *L.* 5, §. 3. *D. de Rei vind.*

k) Locus corruptus et hic et ap. Hug.; post v. *etiam* des. quattuor literae in Cod. Chis.

l) Ap. Hug. in v. *Alii* incipit §. 448.

m) Leg. *exemtum.*

n) Hug.: *Differunt* — *modo rem petit, aut* — *dicunt, quod et omnem* (leg. *rem*) *non solum*

§. 88.

An dominus ex facto illicito servi ultra noxae deditionem obstrictus sit?

Dissentiunt in *C. de Nox.* (al. action. 3, 41.) *L.* 2. super illo verbo, quod ibi ponitur; scilicet „*quibus*". Dicunt *Quidam*, hoc esse referendum ad servos, puta, quia cavit, servus tenebitur satisfacere de peculio suo et conveniri poterit civiliter. *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, quod servus civili actione numquam poterit conveniri, ut *C. de Iudic.* (3, 1, *L.*) *Servus* (6.) *Quum debitoris* (7.) et *C. de Nox* (al. action.) (3, 41.) *L. ult.*, et dicunt illud „*quibus*" referendum ad arbores, puta, tantum erat lex posita saltui, ut quicumque ligna de saltu inciderit et portaverit, tulerit, praestet X nomine poenae; modo servus, si contra legem fecerit, puta quia cecidit, asportavit, convenietur dominus ad poenam; tamen, servum dando pro noxali, liberatur, nec ultra poterit conveniri. *Al.* (*Albericus*) o).

§. 89.

De forma condemnationis in noxali iudicio.

Differunt in condemnatione noxali iudicio facienda. Dicunt *Quidam*, si iudex condemnaverit aliquem in X tantum, puta, quum servus eius deliquerat in X, non habet iste facultatem dandi servum pro noxali, sed praecise ad X convenietur. Unde, quia iudex male iudicavit, litem suam facit,

§. 88. *Hug.* §. 182.

§. 89. *Hug.* §. 183. Gloss. v. *In sua potestate* L. 2. C. de Nox. act. Gloss. v. *Solis condemnatur* L. 6, §. 1. D. de Re iudic. Gloss. v. *Conveniatur* L. 20, §. 5. D. de Hered. pet. Gloss. v. *Noxam dedere* §. 1. Inst. de Offic. iud. *Fachineus* Lib. XI. c. 93. p. 926. sq.

poterit vindicare, *verum etiam ad* — *utilem habet actionem* — *quod de plantatis dicunt secundum Nervae s. et Vari*, *qui dabant* — *non*, *alias non est non*, *damus* (om. *in*) *pictis et prior* (leg. *pictor*) *d. eius remansit*, *nam a q. p. p. vindicari abo.* (Cod. Cantab.: *ambo*) *si* (an *a bonae fidei?*) *pictore secundum* Neronem (leg. *Nervam*) et *I.* (Irnerium?). *Respondet Iob.* — *petendum. Ia.* (Iacobus) — *sive exceptum sit* — *nulla* (om. *scilicet sibi*) *detur* (om. *vel*) *pro re etc.*

o) Hug.: *Dissentiunt* — *quibusdam. Dicunt* — *puta*, *hoc casu teneantur satisfacere d. p.* (deest *suo*) *et* — *Servus* (om. *Quum debit.*) *et C.* — *ult. Alii dicunt*, *hoc esse referendum ad a.*, *puta* (deest *tantum*), *l. e. posita* (deest *saltui*), *ut q.* (om. *ligna de saltu*) *inc. vel port. et retulerit* — *modo*, *si c. l. s. f.* — *conventus dominus ad p.* X, *vel servum d. noxae lib.*, *et non ultra p. c.* (om. *Al.*) Cod. Par.: *M.* (Martinus) *et Alii.*

sive dolo sive imperitia hoc iudicaverit. *Alii* dicunt, quando talis condemnatio facta est, iudex nullatenus facit litem suam, sed dominus servi delinquentis nihilominus habet potestatem, servum pro noxa relinquere et se a praestatione X liberare. *Alii* dicunt, iudicem tali condemnatione omnimodo litem suam facere, quia male iudicavit, quia taliter non debet condemnare, imo sic condemnabit: condemno te in X, aut noxae des, ut *C. de Noxa* (3, 41.) *L. Si servi* (2.) *i. f.* et *D. de Re iudic.* (42, 1, *L.*) *Miles* (6.) §. 1. et sola X sunt in condemnatione, noxae vero deditio est in solutione, sicut, qui stipulatus est ita: si fundum non dederis, C dare spondes? sola C sunt in stipulatione, in solutione fundus, ut *D. de Act. et oblig.* (44, 7.) *L. Obligationum fere* (44.) §. *ult.* Condemnatio autem solius noxae deditionis nulla est, ut *D. de Re iudic.* (42, 1, *L.*) *Miles* (6.) §. 1. p).

---

p) Hug. fuse sic: *Dissentiunt in C. e. T. et in e. L. in f.* (C. 3, 41, 2.) *ubi dicitur, „quod aut noxae dedere aut condemnationem etc.“ Sed ibi quaeriter, qualiter pronuntiandum sit in actione noxali? Dicunt Quidam, quod si — sive imperitia hoc fecit, s. dolo. Alii d., quod quando — iudicem ex tali iudicavit, nec enim taliter d. c., imo sic* (deest *condemnabit*) *cond. te in X* (om. *aut — Miles* §. 1.) *et sola — solutione, ut, etsi aliquis stipulatus — dederis X dare spondes? sola X sunt in obligatione, ut D. — Miles* (6.) §. 2. *alias* 1. *habetur prout ibi notavi, arg. D. Praed. tit. et ead. L. et* §. *ead.* (42, 1, 6, §. 1..) et *D. de Petit. hered. hered.* (5, 3, L.) *Item veniunt* (20.) §. *Quum praediximus* (4. et 5.). *Alii autem dixerunt, quod ita fieri debet condemnatio: Condemno te in X aut noxae des, arg. D. de Re iudic.* (42, 1. L.) *Miles* (6.) §. 1. *et in Inst. de Officio iudic.* (4, 17.) *pr.* (§. 1.) *et D. de Deiectis et effus.* (9, 3.) *L.* 1, §. 2. (pr.). *Sed Iob.* (Ioannes Bassianus) *contra, et dicit, quod condemnatur in X, sed potestatem dedendi accipit a lege, et ita exponit „decem condemnatur“ aut noxae dedere aut pro si* (?) *quia, si non dederit noxae etc. Debet enim sub conditione et ideo alterum pure ab eo peti non posset, quia tunc plus peteretur, ut in Inst. de Act.* (4, 6.) §. *Plus* (33. in m.) *et quod ita sit, probatur etiam in f. illius* §. *et D. de Re iudic.* (42, 1.) *L. Miles* (6.) §. 1., *ubi dicit, quod facultatem noxae dedendi a lege accepit, quod esset contra, si ita iudicaretur: X aut noxae etc., quia tunc potestatem illam non a lege sed a iudice acciperet. Sed ad illas* (Cod. Bamb.: *Sed alias*) *leges poterit responderi, quod ibi non loquitur de condemnatione facienda, sed qualiter teneatur. Sed ad* §. *illam D. de Re iudic.* (42, 1, 6, §. 1.) *responderi potest et videtur prima facie pro aliis facere et hoc est, quod ibi dicitur, „pecuniariam condemnationem sequi condemnationem noxalem“ et quod dicit „quod condemnatio noxalis nulla est“. Nec obstat, quod sequitur, „his enim solus condemnatur*

§. 90.

De actione depositi.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si tu deposuisti res tuas ad hoc, ut mihi restituantur, quod ego potero agere nomine meo et directa depositi, si tamen deponenti successi et non fit mihi quaestio, ut heredi, ut *C. ad Exhib.* (3, 42.) *L. Si res* (8.). *Alii* dicunt, quod si pactus mihi sit ut heredi, si ei successi, habeo depositi directam actionem, ut *D. de Pactis* (2, 14, L.) *Avus* (33.) et *D. Depositi* (16, 3.) *L. Publia* (26, pr.). Ceterum si paciscatur, ut mihi reddatur, nisi ut heredi, sed aliter, non ei successit et non agat propter aequitatem q). *Al.* (*Albericus*). Idem est in actione commodati, arg. *C. de Divers. rescr.* (1, 23.) *L.* 1. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) r).

§. 91.

Ius inferendi mortuum quo tempore adquiratur?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si ego intuli mortuum meum in sepulcrum tuum boná fide, per longum tempus quod adquiro ius inferendi, nec de cetero potero prohiberi, ut *C. de Litigant. et si ipse monumentorum* s). Secus si mala fide; tunc non adquiro, ut *D. de Mortuo infer.* (11, 8.) *L. Longa* (4.); tunc enim nec quum emerit XXX annis, quum, si bo-

§. 90. *Hug.* §. 185. *Azo* in Lect. ad L. 8. C. ad Exhib. l. c. p. 251. Gloss. v. *Utilis* L. 8. C. ad Exhib.. Gloss. v. *Filio* L. 26, pr. D. Depositi. *Brunnemann* ad L. 8. C. cit. l. c. p. 332. *Glück* l. c. T. XV. p. 219. sq. *Mühlenbruch* die Lehre v. d. Cession etc. p. 85.

§. 91. *Hug.* §. 186. *Azo* in Lect. ad L. 6. C. de Relig. l. c. p. 252. Gloss. v. *Vobis* L. 6. C. de Religiosis. Gloss. v. *Longa* L. 4. D. de Mort. infer. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 658. n. 18. *Glück* l. c, T. XI. p. 400. n. 51.

etc.", *sed intellige* „*praecipue*" *et* „*primo*" *et quod sequitur,* „*a lege tribuitur*", *expone,* „*id est tribui debet*" *ut est in eo, qui ita stipulatus est — sunt in obligatione in s. etc.* Vv. *quum servus eius deliquid in* X desunt in Cod. Stuttg.; vv. *non habet iste — ad* X desunt in Cod. Bamb. et vv. *expone id est tribui* in Cod. Par. In gloss. v. *Conveniatur* commemorantur *Ir.* (Irnerius) et *Azo.*

q) Haec corrupte scripta sunt. Vid. not. r.

r) Hug.: *Item dissentiunt in C. e. t.* (3, 42.) *L. penult. Dicunt — restituerentur — si successi depositori — ut in hac L. Alii d., si s. m. p. — successero, habeo a. d. dir. — reddatur, non tamen ut heredi, et ei successi, agam tantum utili propter aequitatem. Aliud in act. — L.* 1. *Al.* De *Martini* sententia cf. gloss. *Utilis* cit.

s) Leg. *ut C. de Religios. et sumpt. fun.* (3, 44.) *L. Monument.* (6.), aut *C. de Legatis* (6, 37.) *L. Monumenta* (14.).

nam habeat fidem, sufficit, si utatur per X annos inter praesentes, per XX inter absentes. *Alii* dicunt: si bona fide usus est per XXX annos, tunc adquiritur ius inferendi, si sit sepulcrum et locus religiosus, ut *D. de Mortuo inferendo* (11, 8.) *L. Longa* (4.) t). Ceterum in loco, in quo nusquam positus quis fuerat, si bona fide usus sit, X vel XX annorum, quod si adquirit ius inferendi, si sit in possessione, ut *C. de Religiosis* (3, 44, *L.*) *Monumentorum* (6.). Ceterum si poterit, non tribuit, ut *D. de Mortuo infer.* (11, 8.) *L. Longa* (4.), quod non placet u).

§. 92. v)

§. 93. x)

§. 94. y)

§. 95.

De actione ad exhibendum adversus eum, qui dolo possidere desiit.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si quis dolo desiit possidere rem, cuius nomine conveniebatur ad exhibendum, quod ipse tenebitur utili actione ad exhibendum, nisi exhi-

§. 92. *Hug.* §. 331.
§. 93. *Hug.* §. 273.
§. 94. *Hug.* §. 311.
§. 95. *Hug.* §. 184. *Azo* in Lect. ad L. 5. C. ad Exhib. l. c. p. 250. Gloss. v. *Dolo fecit* L. 5. C. eod. Gloss. v. *Nulla* L. 16. D. eod. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 192. p. 251. *Glück* l. c. T. XI. p. 223. sq.

t) Sequentia mendis laborant. Nonnullis locis medicinam adhibet Hugolinus. Cf. not. u.

u) Hug.: *Dissentiunt in C. de Relig. et sumt. fu.* (3, 44.) *L. Monument.* (6.). *Dicunt — tuum sepulcrum, et b. f. et per — ut C. de Relig. et sumt. fu.* (L.) *monument* (3, 44, 6.). *Secus autem, si m. f.; t. enim non — Longa, imo necessarii sunt XXX anni, q., s. b. f. habeam, sufficiunt X anni inter pr. et XX — dicunt, quod si usus sim XXX annis b. f., tunc adquiro, alias minime. Alii dicunt, quod si etiam bona fide sim usus XXX annis, non adquiro ius inf. — Ceterum in locum purum, in quo numquam aliquis pos. fu., dicunt Quidam, quod si usus fuero b. f. per X v. XX. annos, quod adquisivi ius in, si sim in p. — si posui tantum, petitionem non tribuit — placet Al.* (Alberico) *et P.* (Placentino). In Cod. Bamb. desinit haec §. in vv. *ut C de Relig. mo. mi. Ce.* In Cod. Par. om. vv. *non tribuit.*

v) Cf. Hug. §. 331.

x et y) §. 93, 94. corrupte scriptae sunt a librario Cod. Chis.; praeterea complura videntur excidisse, quod quaestionum senten-

beat; sed quia dolo desiit possidere, quanti in litem iurabitur, ut *C. ad Exhibendum* (3, 42, 5.). *Alii* dicunt, quod non tenetur utili, quia nulla est utilis constituenda, ut *D. Ad Exhib.* (10, 4.) *L. Quum servus* (16.), imo directa tenebitur, sicut ille, qui dolo desiit possidere hereditatem, qui convenitur, directa tenebitur petitione hereditatis. Sed primi respondent et dicunt, quod illa *Lege D.* (10, 4, 16.) dominus numquam possedit, puta, quia servus possidere coepit ex iniusta caussa, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Quod servus* (24.), et si nec dolo fecit, quo minus possideret, non tenebitur ad exhibendum; sed quia servi dolus non debet esse inpunitus, tenebitur dominus noxali actione nomine servi, vel alias servus extra ordinem castigabitur. *Al.* (*Albericus*) [z].

§. 96.

De poena periurii.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quodsi iuravi per Deum et peieravi, etiam ex liberatione [a]) iuravi, quod nullam poenam patior, nisi a solo deo. Unde nec periculo cruciatus corporis teneor, nec maiestatis crimen committitur. Verum, quia inportune iuravi, fustibus caeditur et per praeconem dicetur mihi verbum sycophantis [b]), ut *D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Si duo* (13.) §. *ult.* *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*). *Alii* dicunt, quod si deliberatione iuravit et peieravit, quidem punitur, non tamen maiestatis crimen committitur, ut *Infra* (C. 4, 1, 2.) et *D.* (12, 2, 13.); calore iracundiae minime punitur, ut *C.* (4, 1, 2.). *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, ut *B.* (*Bulgarus*),

---

§. 96. *Hug.* §. 187. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Reb. cred. l. c. p. 254. Gloss. v. *Superindici* L. 13, §. ult. D. de Iureiur. Gloss. v. *Non placet* L. 2. C. de Reb. cred. *Giphanius* explan. L. 2. C. cit. l. c. p. 213. sqq. *Brunnemann* ad L. 2. C. cit. l. c. p. 339. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 14. p. 16. *Glück* l. c. T. XII. p. 247. sqq.

tiam turbat. Vid. Hug. ll. cc., ubi diversitatem lectionis ex Cod. Chis. adnotavimus.

z) Hug.: *Dissentiunt in C. ad Exhibendum. L. Non ignorat* (3, 42, 4.). *Dicunt — ut C. eod.* (3, 42.) *L.* 5. *Alii — hereditatem dolo, qui tenetur petitione hereditatis — castigabitur* (om. *Al.*). In Cod. Stuttg. des. vv. *quod si quis — actione ad exhibendum.* Cod. Cantabr.: *puta, quod filius* pro *puta, quod servus.* Gloss. v. *Nulla* mentionem facit *Ir.* (Irnerii) hic om.

a) Vitiose pro *si non ex deliberatione* et mox. leg. *caedor* pro *caeditur.*

b) Cf. L. 16. C. Ex quib. inf. (2, 12.); *Cuiacius*, obs. Lib. XIII. c. 3.

C. (*Cyprianus?*): referenda sunt singula singulis, ut puta is, qui iuravit per deum et deieravit, satis deum habet ultorem, periculum autem corporis tunc nullum contrahitur; maiestatis crimen non committitur, quum per principis venerationem fuerit iuratum et peieratum, non tamen dicit, quod adiiciatur poena, nisi debeat ei inponi ut *** c). *Alii* dicunt, quod si tale sit iuramentum, quod cedat cc) loco probationis, quod interdum etiam veritati praeiudicat, hoc si per deum solum fuerit iuratum et deieratum, tunc castigabitur. *V.* (*Hugo*). Si vero tale sit, quod successit loco cautionis et deieratur, tunc infamia irrogatur et stellionatus actio instituitur, ut *D. de Dolo* (4, 3.) *L. Quod si deferente* (21.) *et D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Si duo* (13.) §. *ult.* et *C. de Transact.* (2, 4.) *L. Si quis maior* (41.) et *C. de Dignit.* (12, 1.) *L. penult.* et *D. de Crimine stellion.* (47, 20.) *L. de Periurio* (4.). *R.* (*Rogerius*). *Alii* distinguunt, multum interesse, utrum iuret aliquis, aliquid esse, quo casu, si periuraverit, nullam periurii poenam patitur nec etiam infamiam; an iuret aliquis, se aliquid daturum vel non daturum, vel facturum, in quibus casibus tum propter fidem ruptam, tum sacramentum non servatum efficitur infamis. *Ib.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt: solum sacramentum non infamat, nec solum promissum non inpletum; sed utrumque et simul infamat d).

§. 97.

De onere probationis.

Dicunt *Quidam*, quod in contractibus bonae fidei et in

---

§. 97. *Hug.* §. 8.

c) Excidit *L.* 38, *pr. D. ad Municip.* (50, 1.).

cc) Leg. *succedat.*

d) Hug.: *Dissentiunt in C. de Rebus cred.* (4, 1.) *L.* 2. *Dicunt — et* deieravi, *sed non ex deliberatione — nec periculum cruciatus corporis, nec etiam maiest. c. crimen — caedor — mihi syco. — ult. et hoc P.* (Placentinus. Cod. Par.: *Y.*, Irnerius) — *si cum delib. iuravi* et *deieravi, tunc quidem punior, non — ut in hac Lege* (C. 4, 1, 2.). *Sed si quodam calore ir. iuravi et deieravi, satis habeo Dominum ultorem. Unde non punior, ut hic dicitur* (om. v. *M.*). *Alii dicunt* (excid. *ut* B, C.), *quod referenda — iuravit et* (om. *p. d.*) — *contrahitur, nec mai. cr. committitur — et* deieratum — *quod alia poena debeat inponi, ut D. ad Municipalem* (50, 1.) *L. ult. Alii — deieratum, solum Deum habet ultorem. Si autem per principis venerationem iuretur et deieretur, tunc castigabitur* (omiss. v. *V.*) — *periurio* (om. v. *R.*). *Alii — nec infamiam;*

contractibus stricti iuris, nec non et in maleficiis et ceteris caussis actori probandi incumbit necessitas, quod et in actionibus obtinet. Quaedam tamen sunt crimina, quibus actori tota necessitas non incumbit probandi, ut in crimine falsi, ut *C. de Falsis* (9, 22, L. ult.), ut in crimine laesae maiestatis et proditae patriae sive oppugnatae, et in crimine peculatus et in sacramento deserto militiae, ut *C. de Abolition.* (9, 42, L.) *Fallaciter* (3.). In praedictis casibus, inopia probationum emergente e), per iudicem iureiurando decidi potest, tamen caussa cognita. In caussae cognitione hoc vertitur, ut iudex sacramentum deferat quandoque actori, quandoque reo, si nulla est praesumtio, si nulla est probatio f).

§. 98.

Pignore amisso quis dolum probare debeat?

Differunt. Dicunt *Quidam:* si creditor amisit rem obligatam, ipse debet probare amisisse et ipse replicat, sine dolo amisisse. Hoc ipsum debet probare, ut *D. de Probat.* (22, 3.) *L.* 5. g) et arg. *D. Locati et cond.* (19, 2.) *L. Si quis fund.* (9.) §. *Imperator* (4.). Nam aequum est, in probatione eum gravari, quo probato debeat sublevari, arg. *D. de Except. rei iud.* (44, 2, L.) *Si rem* (17.). Nam creditor sublevatur probando, se sine dolo amisisse; hoc ipsum debet probare, ut dictum gravatur. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt, creditorem sufficere se probare amisisse. Unde, quum hoc probaverit, cogetur debitor probare, illud dolo amisisse; nam qui dolum dicit commissum, debet probare, arg. *D. de Admin. tut.* (26, 7.) *L. Chirographis* (57.). *Alii* dicunt, creditorem probare debere amissionem et qualitatem amissionis, arg. *C. de Testibus* (4, 20.) *L. Testium* (18.), ut per hoc adpareat, ipsum dolo vel sine dolo amisisse; puta, quum creditor dicit: rem

---

§. 98. *Vet. Coll.* §. 86. *Rog.* §. 89. *Hug.* §. 225, 411.

an a. i. se a. daturum (excid. *vel n. d.*) — *ruptam; nam propter sacr.* — *dicunt, et quod solum* — *sed simul utrumque infamat.*

e) v. *emergente* deest in Cod. Cantabr.

f) Post v. *Probatio* sequuntur multa et in Cod. Chis. et ap. Hug., quae omittenda sunt. Proponuntur enim nonnisi casus, in quibus, inopia probationum emergente, actor vel reus ad iusiurandum admittuntur. Controversiae autem glossatorum nullum exstat vestigium.

g) Leg. *de Probat* (22, 3.) *L. Quoties* (18.) §. *Qui dolo* (1.).

istam reposui in receptaculo, ubi quaelibet deponere consuevi; ibi si fuerit amissa, tunc adparet, eum sine dolo amisisse. *Alii* dicunt, referre, utrum agat creditor, quo casu dolum arguere tenetur, ut sic plus iuris habeat excipiens, quam intendens, arg. *D. de Compens.* (16, 2.) *L. Si cum* (9.) et *D. de Negot. gest.* (3, 5.) *L. Ait* (3.) §. *Pupillus* (4.). *Alii* dicunt, quod ex qualitate personae praesumatur dolus vel non, ut, si persona creditoris sit honesta et homo bonae famae, tunc debitor tenetur dolum probare; si vero sit suspiciosa, tunc debitor probet, se amisisse, arg. *C. de Probat.* (4, 19.) *L.* 5. et *C. de Bon. auct. iud. poss.* (7, 72.) *L. ult.* et *D. de Nox. act.* (9, 4.) *L. Quoties* (21.) §. *Praetor* (2.). *Py.* (*Pillius*).

§. 99.

Ius reluendi pignoris quo tempore tollatur?

Dissentiunt. Dicunt *Quidam*, quod creditor possidens pignus nullo longo temporis spatio poterit se tueri adversus debitorem, quominus debitor, quandoque offerens debitum, remaneat a creditore, ut *C. de Pign. act.* (4, 24.) *L. Nec debitores* [h]) (10.); imo etiam nec longissimo, etsi C annorum obiiciat praescriptionem, et hoc adserunt tali ratione: quia pignoratitia actio nondum nata est, quia tunc demum nascitur, quum debitum solutum fuerit, vel alias satisfactum, vel oblata fuerit pecunia, ut *D. de Pignor. act.* (13, 7, L.) *Si rem* (9.) §. *Omnes* (3.) §. *ult. i. f.* Quare, quum non fuerit nata, non est actio, cui obiiciatur praescriptio. *M.* (*Martinus*), *Arrianus*. *Alii* dicunt, creditorem non posse se tueri praescriptione X vel XX annorum, tuetur tamen se praescriptione XXX annorum, quia, licet pignoratitia actio non sit nata, tamen, quia in potestate fuit debitoris, pecuniam solvere vel offerre et facere, ut pignoratitia nascatur, est, quod sibi inputet. Unde praescriptione submovebitur, arg. quod dicitur de bonorum possessione, ut *D. de Except.* (44, 1, L.) *Exceptio-*

---

§. 99. *Hug.* §. 332, 333, 334, 330. *Vet. Coll.* §. 39. *Rog.* §. 10. *Azo* in Lect. ad L. 7. C. de Praescr. XXX v. XL ann. l. c. p. 578. Gloss. v. *Pro socio* L. 1. C. de Ann. except. Gloss. v. *Opponere conatur* L. 7, §. 3. C. de Praescr. XXX v. XL ann. Gloss. v. *Pignoratitia actio* L. 9, §. 3. D. de Pignor. act. *Walch* l. c. p. 545. et p. 735. *Glück* l. c. T. XIV. p. 170. sqq. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 328. sqq.

h) In editis est *Nec creditores.*

nes opponuntur (20.) *i. f.* *Alii* dicunt, interesse, utrum creditor intervertat possessionem, quo casu poterit se tueri praescriptione XXX annorum; sive non intervertat possessionem, quo casu imaginem debitoris obtinet, ut *C. de Praescr.* XXX v. X*L. ann.* (7, 39, L.) *Quum notissimi* (7.) §. *Sed illud* (2.), et debitori possidere intelligitur. Unde non poterit se tueri. *Ug.* (*Hugo*). *Alii* dicunt, ius offerendi tantum esse oblatum, et si debitor steterit per XXX annos, non poterit invito creditore pecuniam offerre et pignus recuperare. *B.* (*Bulgarus*). Sed qua re secus est in creditore? Id est, si debitor tenuerat rem hypothecariam, non poterit se tueri, nisi spatio demum XL annorum, ut *C. de Constit. pec.* (4, 18.) *L.* 2. et *C. de Praescr. XXX ann.* (7, 39.) *L. Omnes* (4.). Ceterum actio hypothecaria in rem est et durat usque ad XL annos [i].

§. 100.

An creditores, non reddita sibi pecunia, conventionis legem exercere et possessionem pignoris sua auctoritate ingredi possint?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod, si creditor ex conventione sua auctoritate poterit ingredi pignoris possessionem, bonum est, ut ipse exspectet, ut cum iudicis sententia hoc faciat, ut *C. de Pignor. act.* (4, 24, L.) *Pignoris* (11.). Unde si debitor contradicat ei, ne ingrediatur, si quidem ita dicat: ego prohibeo tibi, ne aliquo modo ingrediaris, et hoc ex parte ppl'i baletari lī [l], creditor nihilominus sua auctoritate tamen [m]) ingredi pignoris possessionem, non timente tali denuntiatione. Si vero debitor velit resistere, puta cum armis,

---

§. 100. *Vet. Coll.* §. 43. *Rog.* §. 47. *Hug.* §. 351. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. de Pign. p. 625. sq. et in Summa Tit. C. eod. l. c. fol. 238ᵃ. Gloss. v. *Non videntur* L. 3. C. de Pign. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. cit. l. c. fol. 489ᵇ. *Giphanius*, explan. L. 3. C. cit. l. c. p. 318. *Brunnemann* ad L. 3. Cod. cit. l. c. p. 957. *Walch* l. c. p. 525. *Westphal* v. Pfandrechte. p. 128. sq.

i) Hug.: *Differunt — possidens ipsum pignus nullo* (deest *longo*) *— debitum respiciat a — debitor* (deest *imo*) *etiam — praescriptionem. Hoc dico tali — nascitur actio, quum — Si rem;* §. *ult.* et §. *Deinde i. f. — M.* (deest *Arrianus*). *Alii dicunt* (om. *creditorem*), *non posse — inputetur — possessionem* (des. vv. *quo casu — possessionem*) — *intelligitur* (om. vv. *Unde n. p. se t.*). *Ugo et Alii* dicunt, — *creditore* (deest *id est*) *si debitor tenuit rem — ut D. de Constit. pec.* (13, 5.) *L.* 1. *et C. de Praescr. etc.*

l) Locus corruptus. Hug.: *bonae auctoritatis.*

m) Leg. *potest.*

tunc non est licitum creditori, sua auctoritate intrare pignoris possessionem, sed tantum per iudicem. *Ug.* (*Hugo*). *Alii* dicunt, ex quo creditor ex conventione sua potest intrare pignoris possessionem, sive debitor armis resistet sive ei denuntiavit, ne faciat, nihilominus tamen semper poterit intrare pignoris possessionem, nec videtur vim facere, neque vi bonorum raptorum videtur conveniri, neque actori alicui erit obnoxius. *B.* (*Bulgarus*), *M.* (*Martinus*), *R.* (*Rogerius*) *n*).

§. 101.

Ob mutuam pecuniam negotiorum gestori datam an actio negotiorum gestorum utilis adversus dominum negotii institui possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, si quis negotia mea gerit et mutuam accepit pecuniam sine mandato meo et eius contemplatione *o*) tradidit, quod dominum non habet obligatum, nisi quum ratum habuerit, aut pecunia in eius utilitatem versa fuerit, ut *C. Quod cum eo, qui in al. pot* (4, 26, L.) *Ei qui servo* (7.). *Ib.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, quod tunc demum dominum habet obligatum, quum actor fuerit non

---

§. 101. *Hug.* §. 228. *Azo* in Summa C. Si cert. pet. fol. 83.; in Lect. ad L. 7. C. Quod cum eo l. c. p. 304. et ad L. 5. C. de Exercit. act. l. c. p. 303. *Roffredus*, Ord. iud. Part. I. Rubr. de Act. de in rem verso l. c. p. 54. Gloss. v. *Ratum habuit* L. 7. C. Quod cum eo, qui in al. pot. Gloss. v. *Ad Exemplum* L. 5. C. de Inst. act. Gloss. v. *Quia ex abundanti* L. 6, §. 1. D. de Neg. gest. *Glück* l. c. T. XIV. p. 419. sq.

n) Hug.: *Dissentiunt. Dicunt* — *ego denuntio vel inhibeo te, ne ingrediaris alio modo, et hoc ex parte bonae auctoritatis, creditor nihilom. potest ingr. s. auct. pignoris p., n. timens talem denuntiationem. Sed si debitor* — *armis vel sine armis, tunc* — *iudicem, et hoc dicebat M.* (Martinus). *Alii — resistat s. ei denuntiet, ne intraret, nihilom.* (deest *tamen semper*) *poterit* — *B.* (deest *M.*), *R. Idem dicit Iob.* (Ioannes Bassianus) *et Az.* (Azo), *quia illud pactum est in rem, ius autem ingrediendi est ius executivum; et hoc secundum Quosdam verum est, si debitor possideat. Nam dicunt, iniquum est, si alius nactus fuerit possessionem, quod creditor auctoritate sua ingredi possit. Alii contra, arg. D. de Servis expos.* (18, 7. L.). *Titius* (9.) *i. f. princ. R., ut D. de Contrah. emt. et vend.* (18, 1.) *L. Si quis sub hoc* (56.). *Alii dicunt, quod sive debitor possideat sive alius, sive prohibeat sive non, quod non licet creditori sua auctoritate intrare, sed praetorem interrogare oportet, ut Lege praedicta* (C. 8, 14, 3.). Apud Hug. sequitur, omissa inscriptione et nulla distinctione posita quaestio, quae in Cod. Chis. §. 160. efficit. Secuti sumus auctoritatem Cod. Chisiani, quum in his §§phis quaestiones diversi argumenti exponantur.

solvendo, vel in subsidium est adversus dominum negotiorum gestorum actio. *Alii* dicunt, quod in *Lege* supradicta *Ei, qui servo* (C. 4, 26, 7.) ille, qui mutuam dederat pecuniam, eligat dominum et accipientem. *Al.* (*Albericus*) p), quum accepit mutuam pecuniam, aut cum mandato q) aut sine mandato. Si cum mandato, aut mandatum dirigitur ad creditorem aut ad eum, qui mutuo accepit. Si ad creditorem, tunc demum tenetur mandati actione, ut *C. de Instit. act.* (4, 25.) *L. Si mutuam* (5.); quum vero sine mandato aut creditor credidit contemplatione domini tantum, aut procuratoris tantum, aut utriusque. Si contemplatione domini tantum, ipsum solum habet obligatum negotiorum gestorum actione, ut *D. de Neg. gest.* (3, 5, L.) *Si pupilli* (6.) §. *Item si procuratori* (1.). Si vero contemplatione accipientis tantum, ipsum habet obligatum, ut *C. Si certum pet.* (4, 2, L.) *Eum, qui mutuam* (13.), nisi dominus ratum habeat, aut pecunia in eius utilitatem versa sit; tunc et dominum obligatum habebit, ut *C. Quod cum eo, qui in al. pot.* (4, 26, L.) *Ei, qui servo* (7.). Si vero utriusque contemplatione, tunc utrumque habet obligatum, ut *C. Mandati* (4, 35, L.) *Si literas* (7.). Notandum, quod si actor consuevit mutuam pro domino accipere pecuniam, etiamsi contemplatione accipientis tantum creditum sit, quod nihilominus dominus tantum tenetur, etiam antequam ratum habeat vel in rem eius vertatur, ut *D. Quod cum eo, qui in al. pot.* (14, 5.) *L. ult.* Secundum *Io b.* (*Ioannem Bassianum*) r).

§. 102.

An et quando actio de peculio adversus dominum ob mutuam pecuniam servo datam instituatur? s)

Differunt t). Dicunt *Quidam*, si pecunia tradita fuerit servo, actori, procuratori, conductori praediorum, gastal-

---

§. 102. *Hug.* §. 229. *Azo* in Summa C. Si cert. pet. fol. 83 b. et in Lect. ad L. ult. C. Quod cum eo l. c. p. 305. Gloss. v. *Non posse* et v. *Specialiter* L. ult. C. Quod cum eo. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. cit. l. c. p. 240.

o) Sc. *creditor.*

p) Add. *dicit.*

q) Sc. *accepit.*

r) Hug.: *Dicunt — contemplatione creditor dedit, q. me dom. n. h. o., n. q. ego dominus ratum habuerim vel* (deest *pecunia*) *in meam utilitatem* (Cod. Cantabr.: *voluntatem*) *versa fuerit, ut Infra eod. Tit.* (4, 26.) *L. Ei q. s.* (7.). *Bul.* (Bulgarus), *Ia.* (Iacobus), *Io.* (Ioannes Bassianus). *Alii — quum acceptor non est solvendo, vel in subs. ea act. n. g. dabi-*

dioni et similibus sine iussione domini et pecunia in eius utilitatem versa sit, dominus tenebitur; alioquin dominus nulla tenetur actione, etiam de peculio, et hoc speciale est in hoc casu, ut *C. Quod cum eo, qui in al. pot.* (4, 26.) *L. ult.* Unde si servus iste liber inveniatur a rationibus domini, id est, si non sit debitor domini, is vero creditor, qui fideiussorem non accepit, poterit habere utilem, id est efficacem, actionem de peculio adversus dominum. Ideo dixi efficacem, si tamen habeat servus iste in peculio tantum, quantum est debitum; alioquin peculiotenus, et dicunt, quod tantum in hoc casu habet actionem, alias minime, et nota, quod dicunt *Quidam*, sed pessime, quod ita demum habet locum actio de peculio, si servus nihil debeat domino; nam hoc quidem aperte falsum est, imo speciale est in hoc casu. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt, quod creditor iste semper habet de peculio actionem, etiamsi non sit versa in utilitatem domini, et hoc tali adserunt ratione; non potest plus facere huius taciturnitas, quam si expressim u) alias prohibet v). Si manifeste prohibuit, nihilominus tenetur de peculio, ut *D. de Peculio* (15, 1.) *L. Quoties in taberna* (47.) *pr.* Respondeo; et hoc, quod dicitur in hac *Lege*, scilicet quod nullam habeat actionem, intelligunt, quantum ad actionem quod iussu verum esse; ceterum quantum ad actionem de peculio semper tenetur, ut in fine huius *Legis*. *W.* (*Wilhelmus de Cabriana*) x).

§. 103.

Qui metu fundum dereliquerit, an possessione deiectus videatur et interdictum Unde vi ei competat?

Dicunt *Quidam*, quod si quis vidit armatos ad se venientes ea de caussa, ut eum de possessione per vim expel-

---

§. 103. *Hug.* §. 432. *Placentinus* in Summa Tit. C. Unde vi l. c. p. 374. *Aza* in Summa Tit. C. cit. l. c. fol. 232a. et in Lect. ad

tur adv. dom. *Alii — qui dedit mut. pec.*, *obligat dom. et acc.*, *Al. dicit* (Cod. Cantabr.: *Alii dicunt.* In Cod. Par. deest *dicit*) *quum quis accepit — mandato etc.* et desunt sequentia. In Cod. Bamb. desunt vv. *obligat — mutuam pecuniam* et inscriptio §phi. In glossa *Ratum habuit* commemoratur *Guilelmus.*

s) Ita Cod. Cantabr.

t) Quaestio mendis depravata.

u) Ad v. *expressim* cf. gloss. v. *Specialiter* cit. et gloss. v. *Speciali* L. 22. C. de Neg. gest.

v) Hug.: *expressim.* *Al.; ut et alias* et om. vv. *prohibet — prohibuit.*

x) Hug.: *Dicunt — speciale in*

lerent, et is aufugerit nec se deiici exspectaverit, et licet non intraverint possessionem, quod nihilominus possessio est violenta et competit interdictum Unde vi, quemadmodum si intrassent, ut *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *L.* 1, §. 3., possiderent vi. Aliter *Alii* dicunt, interdictum non competere, nisi possessio fuerit occupata, ut *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *Idem quod* (3.) §. *Si quis autem visis* (6.); etiam, quod deiectus non videtur, quia deiici non exspectavit, ut *D. Quod vi aut clam* (43, 24.) *L. Metum.* y). *B.* (*Bulgarus*), *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) z).

§. 104.

Interdictum Unde vi an naturaliter tantum possidenti competat?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod interdictum Unde vi non datur, nisi civiliter et naturaliter possidenti, vel saltim tantum civiliter. Naturaliter enim tantum possidenti non datur, ut *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *L.* 1, §. *Deiicitur* (9.) scilicet datur, „*sive possideat civiliter, sive naturaliter.*“ Responde: „*civiliter*“, id est „iuste“; „*naturaliter*“ id est „iniuste“; nam et similis reperitur expositio, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Quod servus* (24.) et *D. Uti possidetis* (43, 17.) *L. Si duo* (3.) *in pr.* Nam iniuste et violenter possidenti non datur interdictum Unde vi, quod patet ex eo, quod dicitur *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *L.* 1, §. *Qui a me* (30.). *Alii*

L. 11. C. eod. p. 619.; ad L. 2. C. eod. p. 615. Gloss. L. 3, §. 6. De Vi et vi arm. Gloss. v. *Occupaverint* L. 1, §. 29. D. eod. Gloss. v. *Non videor* L. 9, pr. D. Quod met. cau. *Odofredus* in Lect. sup. L. 11. C. Unde vi l. c. p. 484. *v. Savigny* l. c. p. 361. sq. p. 470. sqq.

§. 104. *Hug.* §. 433. *Supra* §. 15. *Vacarius* ed. Wenck. Lib. VIII. c. 12. n. 392. p. 297. *Roffredus*, Ord. iud. Part. II. Rubr. de Interdicto unde vi l. c. p. 45. Gloss. v. *Civilis* et v. *Et naturalis* L. 1, §. 9. D. de Vi et vi arm.

hoc casu, ut C. de Act. et oblig. (4, 10.) *L. ult. — domini,* in *alioquo creditor autem qui — saepissime — debeat* (deest *domino*); *nam h. q. a. f. e. Vgo —, imo — et hic talem ads. rationem — expressim. Al.* (Albericus); *ut et alias nihilominus tenetur dominus de peculio, etsi manifeste prohibuit, ut — esse, quia actione de pec. — Legis dicitur. W.*

y) Leg. *D. Quod met. caussa* (4, 2.) *L. Metum* (9, pr.).

z) Hug.: *Differunt. Dicunt Quidam eadem cum Iob.* (Ioanne Bassiano), *quod si q. videret — aufugit, non exspectavit se eiici et — Metum et quod* (leg. *quia*) *dicitur de Vi et vi arm.* (43, 16.) *possessionem admittendam.* (leg. *amittendam*). *B., et non datur* (sc. *interdictum*). De *Martini* sententia cf. gloss. v. *Occupaverint* cit. et de *Azone* gloss. L. 3, §. 6.

dicunt, quod datur naturaliter tantum possidenti, ut *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *L.* 1, §. *Deiicitur* (9.) et §. *Sive autem* (24.) et §. *Eum, qui neque* (26.). Item patet ex eo, quod datur fructuario, qui tantum naturaliter possidet, ut *Supra* [a]). Respondent primo, quod fructuario datur interdictum nomine iuris, cuius ratione habet quandam civilem [b]). Sed obiicitur eis: hoc interdictum non datur ratione iuris, sed ratione possessionis, et datur fructuario, qui tantum naturaliter possidet; unde et tantum naturaliter possidenti datur. Item fructuarius expulsione non amisit ius suum, non iuris possessionem; si quidem de iure mero nemo detruditur, huic datur interdictum istud ratione naturalis tantum possessionis, ut *D. de Usucap.* (41, 3.) *L. Sequitur* (4.) §. *Si antequam* (18.). Interdictum [c]) istud est recuperandae possessionis [d]).

§. 105.

De sententia ex falsis testationibus lata.

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod sententia lata per falsos testes semper infringi debet, sive testes isti corrupti sunt pecunia sive non, et hoc tali ratione, quia personae testium appellatione instrumentorum continentur, ut *C. Si ex falsis instrum.* (7, 58.) *L.* 1. [e]). *Ib.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, quod ita demum rescinditur, si testes sunt pecunia corrupti, ut *D. de Re iudic.* (42, 1, L.) *Divus* (33.). *P.* (*Placentinus*) [f]).

---

§. 105. *Hug.* §. 339. *Placentinus* in Summa Tit. C. Si ex falsis instr. l. c. fol. 354. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 596. et in Summa C. eod. l. c. fol. 222 [a]. Gloss. v. *Testationem* L. 3. C. eod. Gloss. v. *Corruptis* L. 83. D. de Re iud. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. cit. l. c. fol. 464 [a]. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 751. *Brunnemann* ad Tit. C. Si ex falsis instrum. l. c. p. 897. sq.

a) Sc. *Supra* §. 16. *Hug.* §. 428.

b) Sc. *possessionem.*

c) Hug.: *Differunt — naturaliter possideat, alias possidenti, vel — datur, et quod dicitur D. de Vi — nam si quis similis — poss., possidenti, alias Quod servus — tantum naturaliter possidet. Unde tantum naturaliter possidenti datur. — Respondent primo — ius suum, nisi iuris poss. — detruditur, ergo datur* (des. vv. *interdictum — antequam*) *Interdictum etc.*

d) vv. *Interdictum etc.* abundant.

e) Leg. *ut D. de Fide instrum.* (22, 4.) *L.* 1.

f) Hug.: *Dissentiunt. Dicunt — L. 1. Unde sicut per instrumenta retractantur, ita per testes, ut C. Si ex falsis instrumentis* (7, 58, 3.) *Ia.* (Iacobus), *Al.* (Albericus), *Io.* (Ioannes) *dicunt — Divus Hadrianus* et om. v. *P.* In Cod. Stuttg. des. vv. *Unde — instrumentis.* Cod. Bamb.: *Ia., Io. Alii dicunt* pro *Ia., Al., Io. dicunt.*

§. 106 g).

§. 107.
De poena temere appellantis h).

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si quis temere appellaverit, quod puniri debet mediocriter, ut *C. de Appell.* (7, 62, L.) *Eos qui* (6.) *i. f.* Intelligunt „*mediocriter*", id est, quia notatus abscedet lite perdita, ut C. de Appell. (7, 62.) *A proconsulibus* (19.), et praestare debebit, ut *C. Quorum appell. non rec.* (7, 65.) *L. Ab executione* (5.) i). „*Mediocriter*" scilicet *corporaliter*, eo casu, quando talis persona est, cui damnum famae nullum est et quando poenam pecuniariam solvere non potest. Ceterum si solvere potest, vel damnum famae ei sit, tunc corporaliter castigari non debet, sed istorum alterutri satisfacere cogitur l).

§. 108.
Utrum marito res dotales alienare liceat?

Differunt. Dicunt *Quidam*, illud, quod dicitur in *C. ad* m) *Velleian.* (4, 29.) *Auth. Sive a me* (L. 21.) *i. f.*, scil. „*multo magis haec in dote valebunt*" n). Dicunt, sive sit dos aestimata sive non, ut maritus non possit obligare vel alie-

---

§. 106. *Hug.* §. 361.

§. 107. *Hug.* §. 344. *Azo* in Lect. ad L. 6. C. de App. l. c. p. 601. et ad L. 5. C. Quor. app. n. rec. l. c. p. 607. Gloss. v. *Poenam* L. 6, §. 4. C. de Appell. Gloss. v. *Multandos* L. 5. C. Quorum appellationes. *Brunnemann* ad L. 6, §. 4. C. cit. l. c. p. 904.

§. 108. *Hug.* §. 233, 266. *Vacarius* ed. Wenck. Lib. IV. cap. 33. n. 157. p. 240. *Placentinus* i. f. Summae Tit. C. de Iure dot. l. c. p. 206. *Azo* in Lect. ad Auth. Sive a me l. c. p. 312. Gloss. v. *Dotale praedium* pr. Inst. Quib. alien. lic. v. n. Gloss. v. *Et multo magis* Auth. Sive a me. Gloss. v. *In dote* et v. *Valebunt* Nov. 61, c. 1, §. 3. *Glück* l. c. T. XXV. p. 151. sqq. p. 391. sqq. *v. Tigerström*, das römische Dotalrecht. T. I. p. 263. sqq. p. 399. sqq.

g) In hac §pho controversiae inter glossatores motae nulla fit mentio. Exponitur tantum casus L. 1. C. de Capt. et postlim. rev. (8, 51.). Cf. *Casus* et gloss. v. *Nam fictio* L. 1. C. cit. et *Azo* in Lect. ad L. 1. cit. p. 666. sq., ubi ea, quae in Cod. Chis. et ap. Hug. de L. 1. cit. leguntur, fuse exponuntur; qua re adducti, hanc §phum delendam putavimus.

h) Ita Cod. Cantabr.

i) Lacunam explet Hug.

l) Hug.: *Dissentiunt. Dicunt* — *quem multari vel puniri* (deest *debet*, *ut*) *C.* — *executione. Mediocriter enim punitur, qui modo* (Cod. Par.: *modico de*) *legitimo non punitur in Lege definito. Alii dicunt, quod punitur mediocriter, sed corporaliter, eo casu scil., quando* — *famae eius, alias ei* — *alteri satisf. cogitur. De Ioannis Bassiani* et *Azonis* sententia cf. gloss. v. *Multandos* cit.

m) Add. Sc.

n) Vid. *Nov.* 61, c. 1.

nare dotem, etiam aestimatam, et secundum hoc erunt correctae omnes illae *Leges*, quae dicunt, maritum res dotales aestimatas alienare posse. *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, quod hic dicitur, esse intelligendum tantum de dote inaestimata, ut maritus non possit eam alienare. Ceterum dotem aestimatam bene maritus poterit alienare, quum eius periculo sit et dominus intelligatur, ut *C. de Rei uxor. act.* (5, 13.) *L. Rem in praes.* (1.) §. *penult. Vgo.* (*Hugo*). *Alii* o) dicunt, quod si mulier millies etiam consenserit marito volenti alienare res dotales, quod non propter hoc maritus poterit alienare, et hoc dicunt ex eo, quod hic dicitur, scilicet „*multo magis haec in dote valebunt*". Nam p), quod dominus *Iustinianus* haec repetit, erant q), quae dicebant, dotem nullatenus alienari posse. *P.* (*Placentinus*) qq). *Alii* dicunt, quod si mulier consenserit, sed post biennium, ut res dotalis etiam inaestimata alienetur, et hoc fecerit per scripturam, quod maritus poterit alienare. *Cy.* (*Cyprianus*) contra r).

§. 109.

An creditori actio restitutoria adversus pristinum debitorem competat, pro quo mulier accepta pecunia intercesserat?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si mulier accepit pecuniam per intercessionem et suscepit in se veterem obligationem sive nomina, et antiquus debitor liberatus est per acceptilationem, et conventa non poterit solidum satisfacere, dabitur actio in veterem debitorem, non obstante tali acceptilatione. Nam bonum nomen facit creditor, qui admittit

---

§. 109. *Hug.* §. 234. *Azo* in Lect. ad L. 23. C. ad Sc. Vell. l. c. p. 313. *Glück* l. c. T. XV. p. 32.

o) v. g. *Ioannes* in gloss. citt.

p) Add. *dicunt.*

q) Hug.: *repetit, quae iam de dote sancita fuerant.*

qq) *Iacobi* opinio exstat in gloss. v. *Et multo magis* cit. *Alberici* opinio declaratur in gloss. v. *In dote cit.*

r) Hug.: *Differunt Quidam, quod illud, q. — multo* (om. *magis*) *haec — sive inaestimata, ut — — dotales* (deest *aestimatas*) *a. p. M. et Alii — intelligendum* (deest *tantum*) *de — Ceterum dotem alienare et extimationem bene poterat maritus — act.* §. ********* (desunt IX literae) *Alii d., q. s. mul.* (deest *millies*) — *dicitur* (exc. *scil.*), *multo m. hoc in d. valebit. Nam dicunt, quod d. I. h. r., quae iam de dote sancita fuerant, — consenserit secundo, ut res d. e. aestimata, alias inaestimata etc.*

debitorem delegatum, ut *D. Mandati* (17, 1.) *L. Inter causas* (26.) §. 2. *Ugo* (*Hugo*), *Al.* (*Albericus*) s).

§. 110.

Sc. Velleianum an et quando hodie locum habeat?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod dicitur in *C. ad* (Sc.) *Velleianum* (4, 29.) *L. Antiquae* (23.) non corrigit aliquid, sed tantum addit alium casum, puta, quando olim mulier intercedebat, iuvabatur, quomodo non fieret, si accipiat, et dicunt, quod hodie potest habere locum exceptio Sc. Velleiani et tantum in uno casu, puta, quando mulier pro marito intercessit et confiteatur in instrumento etiam saepius; tunc enim locum habet Velleianum. *Ugo.* (*Hugo*). *Alii* dicunt, *Legem* istam omnes corrigere, et nullo modo locus erit Velleiano hodie, quia mulier intercedens aut intercedit in eo casu, quo mulier obligatur, aut non cum effectu. Sed et in eo casu hodie ipso iure tuta erit mulier.

An creditor probare debeat, pecuniam in utilitatem mulieris intercedentis versam esse?

Plus etiam dicunt, quod hodie semper necessitas probandi incumbit creditori, pecuniam versam esse in utilitatem mulieris, quando mulier professa erat, aliquid accepisse pro intercessione, et hoc dicunt, generale esse in cuiuslibet per-

---

§. 110. *Hug.* §. 235, 236. *Vet. Coll.* §. 79. *Rog.* §. 82. *Vacarius* ed. Wenck. Lib. IV, c. 33. n. 157. p. 240. *Placentinus* in Summa Tit. C. ad Sc. Vell. l. c. p. 162. *Azo* in Summa Tit. C. cit. c. f. et in Lect. ad L. 22. C. eod. p. 313. *Roffredus*, Ordo iud. Part. VII. Rubr. de Sc. Velleiano l. c. p. 433. Gloss. v. *Nullatenus* Auth. Si qua mulier C. ad S. Vell. Gloss. v. *Multoties* Nov. 134, c. 8. *Odofredus* in Lect. sup. L. 23. C. cit. l. c. fol. 144[a]. *Glück* l. c. T. XV. p. 36. sqq. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 417. n. 10.

s) Hug.: *Differunt Quidam* — *sive novam* — *et ipsa conventa n. p.* (deest *solidum*) *satisfacere* — *causas. U. et Al. Aliter Va.* (Vacarius), *et dicit Al'.* (Albericus), *speciale in isto casu, et si debitor liberatus fuerit per acceptilationem vel per novationem, quia datur actio in eum in eo, quod mulier solvere non potest, sic* (ut) *D. Soluto matrim.* (24, 3, L.) *Si cuum* (22, §. 2.). *Alii dicunt, quod antiquitus debitor non erat liberatus acceptilatione vel novatione, et ideo datur in eum actio; imo ab initio, antequam cum muliere agat, potest ab eo totum petere vel necesse habet ab eo exigere, quod potest, et exponit illud verbum „potest", id est debet.* vv. *et suscepit in se v. oblig.* desunt in Cod. Stuttg.; Cod. Par.: *Un.* pro *Va.*

sona. *M.* (*Martinus*), *P.* (*Placentinus*). *Alii* dicunt, quod *Auth.* t) loquitur tantum, quum mulier pro marito intercessit. *Vgo* (*Hugo*) u).

§. 111.

An a sententia ad principis rescriptum lata appellari possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si iudex de aliqua caussa cognoscit et dubitat, qualiter ferre debeat sententiam, et retulit imperatori et imperator scripsit ei, qualiter debeat ferre sententiam, et iudex secundum id protulit, nihilominus poterit appellari, ut *D. de Appellat.* (49, 1.) *L.* 1. (§. 1.) et *C. de Appellat.* (7, 62.) *L.* 2. et in *Auth. In medio lit. non fi. sacras formas* (Nov. 113.) §. *ult.* (cap. 3.). Si vero imperator audivit ab initio querimoniam alicuius et postea rescripsit alicui iudici, ut saepius fit, scilicet ut puta: „si ita probatum fuit, talem feras sententiam", et iudex secundum hunc modum tulit sententiam, postea non poterit appellari, ut in *Auth. In medio lit. non fi. sacr. form.* (Nov. 113.) §. 1. (cap. 1.). *Alii* dicunt, sive iudex referat negotium, quod primo audivit, ad imperatorem, sive imperator rescribat alicui iudici, quum imperator prius audivit negotium et in

§. 111. *Hug.* §. 341. Gloss. v. *Refutatorias preces* L. 1. C. de Relat. Gloss. v. *Provocari oportere* L. 1, §. 1. D. de Appellat. Gloss. v. *Novum* L. 2. C. eod. *Brunnemann* ad L. 1. C. de Relat. p. 900.

t) Cf. Auth. *Si qua mulier* L. 22. C. eod. et Nov. 134, c. 8.

u) Hug.: *Differunt in e. T.* (C. 4, 29.) *et e. L.* (23.). *Dicunt enim, quia, quod — puta, quando mulier — et dicunt, quod hodie p. h. l.*, *excepto* (des. vv. *Sc. — uno*) *casu, puta, q. m. intercedit et. conf. et. in instr. saepius — locus erit illis* (sc. legibus) *hodie, q. m. i. a. i. in eo — casu, ubi hodie i. i. t. est* (deest *mulier*). *Plus e. dicimus, quod — quum pro m. mul. interc. Ugo. Haec est differentia inter M.* (Martinum) *et Alios, quod dicebant, in quibus casibus non iuvabatur olim, ipso iure hodie illaesa sit, nisi instrumento publico confecto et a tribus testibus subsignato; ibi locum habet exceptio. M.* (Martinus) *dicit, in omnibus eas illaesas servari et omnia retractari, quae ad* (SC.) *Velleianum dicta sunt, nisi in instrumento intercessit; tunc tenetur indistincte; nec iuvatur exceptione.* In Cod. Bamb. et Par. post vv. *alium casum* est spatium unius versus et excid. vv. *puta — habere locum.* Librarius Cod. Par. interponit inter vv. *Hugo* et *Haec* inscriptionem: „*E. T.*", quasi nova exponenda sit quaestio. In Cod. Bamb. h. l. est lacuna VII literarum. In Cod. Stuttg. et Cantabr. omnia cohaerent. Praeterea in Cod. Bamb. post v. *Subsignato* exciderunt XXVII literae. In gloss. citt. commemorantur *B.* (Bulgarus) et *Ro.* (Rogerius).

utroque casu iudici insinuat, qualem proferat sententiam, si quidem illud, quod imperator dicat, non est contrarium iuri, iudex necesse habet ferre sententiam. Si quidem, secundum quod imperator significavit, tulit, non poterit appellari. Si contrarium sit iuri, tunc iudex non cogitur observare, quod imperator dictavit, et a tali decreto est appellandum, ut in *Auth. de Non alien. aut permut.* (Nov. 7.) §. *Quia vero verisimile* (9.) v).

§. 112.

Qua actione debitor rem alienam pignori datam repetere possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, si debitor alienam rem pignori dederit, poterit eam tamen petere a creditore per rei vindicationem, quamvis dominus non sit, et tali adserunt ratione, quia non debemus ei referre quaestionem, a quo habemus possessionem, ut *D. Sol. matrim.* (24, 3.) *L. Si alienam* (11.) et *D. de Pign. act.* (13, 7.) *L. Si pignore* (22.) §. *Si praedo* (2.). *Alii* dicunt, quod non avocat per rei vindicationem, quia dominus non est, ut *D. de Rei vind.* (6, 1, L.) *In rem* (23, pr.), sed per personalem petere poterit, scilicet per pignoratitiam actionem, quae in rem datur, quia rem ipsam persequitur et solam quidem avocat possessionem. *Al.* (*Albericus*) x).

§. 113.

Debitore excipiente, minorem pecuniam se accepisse et maioris cautionem interposuisse, uter probare debeat, debitor an creditor?

Differunt in *C. de Non num. pec.* (4, 30.) *L. Si minorem* (2.), in verbo ibi posito, scilicet, „*si constiterit*". Dicitur

§. 112. *Hug.* §. 226. *Azo* in Summa Tit. C. de Pignor. act. fol. 99[a]. et in Lect. ad L. 10. C. eod. l. c. p. 302. Gloss. v. *Originem* et v. *Dominium debes* L. 10. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 10. C. cit. l. c. fol. 238[b]. *Brunnemann* ad L. 10. C. cit. l. c. p. 414.

§. 113. Quaestio mendis laborans. *Hug.* §. 237. Gloss. v. *Constiterit* L. 2. C. de Non num. pec. *Brunnemann* ad L. 2. C. cit. p. 434. *Glück* l. c. T. XII. p. 149.

v) Hug. corrupte sic: *Dissentiunt. Dicunt — debeat* (des. vv. *sententiam. — sententiam*), *et iudex in id idem tulit, quod iudex nihilominus poterit condemnatus appellare — L.* 3. (omitt. *et — L.* 2.) *et in — ult. Solus imperator — fuerit, talem — appellare, ut — dicunt, quod si iudex — audivit* ab *imperatore imp. rescripsit alicui iudici, quum ipse prius audivit negotium, alias sive imperator prius audivit negotium, in utroque casu, si*

ibi: quod si scripsisti, te accepisse maiorem pecuniam, puta C et in veritate accepisti y); unde si constiterit apud iudicem, hoc verum esse, non solves ultra accepta. Dicunt *Quidam*, „*si constiterit*", quod constare videtur prima facie, quum partem pecuniae accepisti; unde cogeris te z) tantum partem numeratam, quum alias ipsi creditori crediti incumbit probatio, ut *D. de Probationibus* (22, 3, *L.*) *Quum de indebito* (25, §. 2.). Dicunt, quod in totum ab initio erat solutum et totum fuerat ab initio debitum, si postea fecit pactum de parte non petenda, quod probare debet. *Al.* (*Albericus*) a).

§. 114.

An exceptio non numeratae pecuniae post biennium opponi possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod si ego scripsi, me pecuniam accepisse, quam in veritate non accepi et steti per biennium, quia non detuli querelam non numeratae pecuniae, quod amplius non debeo audiri, quoniam omnimodo biennium habeo pro nuntiatione, et quod erat tantum antea civiliter debitum, efficitur civiliter et naturaliter debitum, ut *C. de Non num. pec.* (4, 30.) *L. Quum fidem* (4.) et *L. Si intra* (8.), et usque adeo verum est istud, ut si credens debitor, se accepisse pecuniam, solverit, non repetet post biennium, quod solutum est, ut *D. de Cond. ind.* (12, 6.) *L. Sub conditione* (16.) et *L. Nam* (17.) et *L. Quod si ea* (18.). *Bul.* (*Bulgarus*),

---

§. 114. *Vet. Coll.* §. 40. *Rog.* §. 11. *Hug.* §. 20, 238. Gloss. v. *Scriptis* L. 13. C. de Non num. pec. *Odofredus* in Lect. sup. L. 13. C. eod. l. c. p. 247.

imperator iudici insinuat — quidem (des. vv. *illud — secundum*) *quod — Si vero contrarium etc.*

x) Hug.: *Item differunt in e. T.* (4, 24.) *L. Nec creditores* (10.). *Dicunt Q., si r. a. d. pignoraverit, poterit t. e. petere — sit, quod tali r. ads. — quia non e. dom., ut — et hoc secundum Al.* (Albericum) *et Io.* (Ioannem Bassianum) *et Az.* (Azonem). Azo in Lect. l. c. profert opinionem *G. de Gabriano* (Wilhelmi de Cabriano).

y) Hic permulta excidisse, ex Hug. potest cognosci.

z) Leg. *ostendere* pro *te*.

a) Hug.: *Dissentiunt in — veritate non tantum accepisti, sed solummodo L vel quid aliud. Unde dicunt Quidam, si constiterit, h. v. e. ap. iud., n. s. ultra id, quod accepisti. Alii dicunt, si — cogeris ostendere, partem tant. num. — incumbat — indebito. Alii dicunt, q. tantum ab i. e. numeratum et tantum fuit ab i. debitum, sed — probare cogitur vel debet. Al.* Cod. Cantabr.: *minorem* pro *maiorem* et mox *veluti* pro *ultra*. Cod. Par.: *Dicunt, quod tum si constiterit.*

Al. (*Albericus*). *Alii* dicunt, quod ultra biennium poterit debitor opponere exceptionem non numeratae pecuniae et per hoc incumbit necessitas probandi, sibi non esse numeratum. Creditorem numerasse praesumitur post biennium et incumbit necessitas probandi, non sibi esse numeratum, et tantum inperatur transcurso biennio, ut onus probandi, quod incumbat creditori, transferat ad debitorem, quo probato absolutio a creditore sequitur, ut *C. de Non num. pec.* (4, 30.) *L. Generaliter* (13.). Nam et solventi datur repetitio, ut *D. Sol. matrim.* (24, 3.) *L. Maritus dotem* (52.) et *D. de Offic. praes.* (1, 18.) *L. Inlicitas* (6.) et *C. de Contrah. stip.* (8, 38, L.) *Magnam* (12.). *Iac.* (*Iacobus*), *Ugo* (*Hugo*) b).

§. 115 c).

§. 116.

Exponitur casus L. 10. C. de Compens.

Differunt in casu istius *Legis*, quae est in *C. de Compens.* (4, 31, L.) *Quoniam* (10.). Dicunt *Quidam*, taliter casum esse ponendum: aliquis, puta Titius, vendidit tibi fun-

---

§. 115. *Hug.* §. 412.

§. 116. *Hug.* §. 241. Quaestio mendis depravata; sed cf. *Hug.* l. c. *Azo* in Lect. ad L. 10. C. l. c. p. 320.

b) Hug.: *Differunt in c. T.* (C. 4, 30.) *L. Quum fidem* (4.). *Dicunt — biennium, habetur pro numeratione, et quod ante t. erat civiliter d., postea efficitur — solverit, ultra biennium, q. sol. e., non repetet, ut — ea, et hoc Bul. et Al. Alii — pecuniae, verumtamen inc. ei necessitas probandi, pecuniam sibi n. e. n., et licet prius incumbebat creditori probare, modo transfertur in debitorem probatio, quod si probaverit, absolutio sequetur — Magnam, quod Iac. scil. et V.* (Hugo) *dixerunt, reputantes, maximam iniquitatem esse, si post biennium quis volens opponere exceptionem non numeratae pecuniae, non audiatur, maxime in se volens onus probationis transferre, ut dictum est arg. C. eod.* (4, 30, L.) *Generaliter* (13.), *et quia, si intra biennium solvisset, condictio indebiti competeret, quae est perpetua, ergo et post biennium opponere exceptionem potest. Iob.* (Ioannes Bassianus) *vero et Alii, ut Azo et V.* (Hugo) *dicunt, eum post biennium praecise teneri, ut C. eod. Tit.* (4, 30.) *L. Si intra* (8.) *et L. Quum ultra* (9.) *et L. In contractibus* (14.). Haec bis iniecta mentio *V.* (Hugonis) sibi obloquentis suspecta est. Fortasse ap. Hug. in extrema §. legendum est *Y.* (Irnerius) pro *V.* Cf. Praef., not. 96.

c) Quaeritur, num a venditore vitia rei, quae ignoravit, praestari debeant. Quaestio ipsa non dirimitur, quum in utraque collectione, et Chis. et Hug., nomina glossatorum eorumque de hac quaestione opiniones omittantur; quapropter tota §phus a nobis inducta est.

dum Cornelianum pro X et vendidit tibi eum liberum et absolutum ab omni nexu servitutis et obligationis et erat in rei veritate. Postmodum autem episcopus Mantuanus ostendit tibi instrumentum per manum publicam confectum, in quo continebatur, fundum istum fore episcopo obligatum, quod ita credens hoc verum esse, episcopo V solvisti. Postmodum episcopo debitor factus es similiter in V. Si episcopus petat a te V, poteris obiicere compensationem et lege secundum hoc ita literam „*quoniam liberum*", scilicet „in veritate", nec alii fuerat obligatus in totum vel in partem; verum „*obligatione*", scilicet quae in veritate non praecessit et hoc innuit verbum superius, scilicet „*nullius praecedente*", et verbum „*veluti*", scilicet „indebitum", quum nulla praecessit obligatio vel, si praecessit, inutilis fuit, non debitum, quum eodem modo in veritate debitor factus sit. *Alii* dicunt, casum ita fore ponendum: Titius vendidit tibi fundum et convenerat, quod nulli erat obligatus. Quum a te peteretur postmodum et venditor petiit fundi pretium, tu poteris venditori opponere compensationem eius, quod creditori eius solvisti; sed emtorem et venditorem non fundum liberum nunc det, licet in veritate fundus liber non esset, „*Veluti obligatione*", scilicet alia, quae in veritate praecessit, puta, quia fundus iste alii erat obligatus, nec obstat verbum superius positum „*liberum*"; sic enim de facto acciderat ú c̄ m̄q^{c} [d], scilicet „debitum". Ut totum „*Solvisse*", scilicet non venditori, sed creditori venditoris, cui fundus venditus fuit obligatus. Ut „*Si debitum*", scilicet propter pretium, ex hac venditione. „*Petatur*", scilicet a venditore. „*Indebite*", quantum ad emtorem praedii; emtor enim, si nec creditori debebat, solvi enim prius creditori, quam litigaret et caussam amitteret, debitum tamen erat quantum ad creditorem. „*Potes opponere*", scilicet venditori; opponit enim emtor venditori compensationem eius, quod solvit eius creditori [e].

---

d) An *ubi* (aut *ut*) *certum quid*?

e) Hug.: *Differunt in eod. Tit.* (C. 4, 31.) *L. Quoniam* (10.), *scil. in eius casus positione. Dicunt enim Quidam, cas. tal. esse — pro XX — quod tu credens verum — Postmodum vero es ipsi ep. d. f. simil. — secundum hanc positionem ita — alii alias fuerat — partem pre.* ē (vitiose; in Cod. Stuttg. et Bamb. excid. *pre.* ē. Leg. *obligatione*), *quae in v. n. praecesserat — superius, scil.* „*liberum*" *et verbum* „*veluti*", *scil.* „*indebite*" — *fuit, quum idem tibi in V* (Cod. Cantabr.: X.) *in veritate d. f. s. Sed haec casus positio stare non*

§. 117.

Si scriptum in instrumento fuerit, debitorem promisisse usuras, perinde haberi atque si omnia sollemniter acta sint [ee]***.***

Differunt. Dicunt *Quidam*, si scriptum sit in instrumento, de usuris praestandis promissionem factam esse, quod creditur instrumento et praesumitur, intercessisse interrogationem et subsequutam esse responsionem, ut *C. de Usuris* (4, 32.) *L. 1.*, quoniam creditur, omnia sollemniter esse acta, ut *D. de Verb. obl.* (45, 1, L.) *Sciendum* (30.). *Alii* dicunt, quod, licet contineatur in instrumento, aliquem promisisse usuras, non tamen creditur, stipulatoris promissionem praecessisse, nisi creditor ipse probaverit praecessisse, ut *C. de Usuris* (4, 32.) *L. Creditor* (7.), et hoc autem propter odium foeneratorum et usurarum; alias autem hoc verum est generaliter, ut credantur omnia sollemniter acta [f].

§. 118.

An per Nov. 34, c. 1. leges priores de usurarum modo corrigantur?

Differunt. Dicunt *Quidam*, *Constitutionem* [ff] illam,

---

§. 117. *Hug.* §. 242. *Azo* in Lect. ad L. 1. C. de Usuris. l. c. p. 321. Gloss. v. *Non sit* L. 1. C. eod. Gloss. v. *Si scriptum* §. 17. Inst. de Inutil. stip. *Brunnemann* ad L. 1. cit. p. 448.

§. 118. *Vet. Coll.* §. 64. *Rog.* §. 35. *Hug.* §. 243. *Azo* in

potest per legem „quae est Supra eod. Tit. (C. 4, 31, L.) *Si ex caussa* (2.). *Verumtamen hoc fuit extra iudicium et non ex sententia. Alii — convenit, q. n. e. obl. Sed in veritate alii erat obligatus, et sic tu solvisti ei, cui iste fundus erat obligatus. Postmodum, q. a te f. pr. peteretur, tu p. o. v. compensationem, et sic legitur: „veluti obligatione“ scil. alia — enim sibi dicebatur a venditore. „Certum“ scilicet debitum. „Solvisse“ — obligatus* (om. *ut*). *„Si debitum“ — enim nihil creditori illi debebat.* (des. vv. *solvi — amitteret*). *Debitum tamen etc.*

ee) Exstat haec inscriptio in marg. Cod. Cantabr.

f) Hug.: *Differunt in C. de Usuris* (4, 32.) *L. 1. Dicunt, si scr. est in — promissione facta, quod — acta, ut in Inst. de Inutil. stip.* (3, 19.) §. *Si scriptum* (17.) *et in Inst. de Fideiuss.* (3, 20.) §. *ult. et D. — creditur stipulationem praecessisse, ut ibidem dicitur, hoc autem — alias illud verum est — acta. Dominus vero Azo dicit, illud, quod in L. 1. de Usuris* (C. 4, 32.) *continetur, locum habet ideo, quia scriptura intercessit; secus, si non intercessisset scriptura, et hoc probat per Legem praedictam, „Creditor* (7.) *sibi licet instrumenta etc.“ et de Constit. pec.* (C. 4, 18.) *L. 1.* In gloss. commemorantur *Ioannes* et *G.* (Irnerius).

ff) *Biener* l. c. p. 263.

Nullum credentem agricolae (Nov. 34, c. 1.) esse generalem et loquitur de omni debitore et creditore, sive mutuam dedit pecuniam, sive alias res, et dicunt correctas fere omnes, quae dicunt, usuras centesimas, besses, semisses et trientes fore praestandas; et dicunt, licet in principio loquatur in agricolis, generaliter tamen loquitur et concludit de omni debitore et creditore in fine, et de agricolis generaliter ius incipit, quoniam occasionem dederunt huic *Legi. Cyp an'* (*Cyprianus*), *Cornutus g*), *M.* (*Martinus*), *Arrianus. Alii* dicunt, *Constitutionem* illam quoad quid generalem esse; generalis enim est, quoniam loquitur de omni creditore; specialis, quoniam loquitur de agricolis debitoribus et secundum istos nulla lex corrigitur. *Al.* (*Albericus*), *Iob.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, sane intellexisse, ut diceretur, *Constitutionem* istam localem esse et loquitur tantum in agricolis debitorihus et creditoribus Constantinopolitanis *h*).

Summa C. de Usuris et in Lect. ad L. 23. C. eod. p. 325. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. eod. l. c. fol. 251ᵃ. et sup. Auth. Ad haec eod. fol. 253ᵇ. *Cu. Rittershusii* de diff. iur. civ. et. can. Lib. VII. Argent. 1668. 4. Lib. IV. c. 11. p. 137.

g) Hug.: *Corvinius*, *M.* (Martinus), *Arrianus. Cornuti*, pro quo apud Hug. est *Corvinius*, alias nulla fit mentio. *Arrianus* saepius commemoratur. Vid. *Supra* §. 99. et ap. *Hug.* §. 243, 392, 423. Similiter nominantur *Arriani* in Cod. Chis. §. 124, 136. et ap. Hug. §. 207, 312, 423. Sed qui fuerint hi legum interpretes, quid egerint, de his omnibus et aliis, quae vitam eorum illustrent, altum est quum apud glossatores tum in monumentis historiae Bononiensis silentium.

h) Hug.: *Differunt in eod. Tit.* (C. 4, 32.) *Auth. ibi posito „Ad haec“* (16.) *etc. Dicunt Q., c. i., scil. „Ut nullus credens correctas fore omnes leges, quae d., usuras, hoc est centesimas — fine; de agricolis vero ideo incipit — Legi Cy., Corvinius, M. — constitutionem praedictam quoadquid — specialis, q. l. d. a. d. et creditoribus Constantinopolitanis. Item dicit M.* (Martinus) *et Y.* (Irnerius), *usuras non deberi, nisi pro solido siliquam unam et pro modio scil. octavam partem modii, ut in Auth., „Ut nullus credens etc.“* (Nov. 34, c. 1.), *quam constitutionem dicunt locum habere in omnibus et eam generaliter loqui. Ia.* (Iacobus) *vero et B.* (Bulgarus) *et Y.* (Irnerius Cod. Par.: *I.*) *et Iob.* (Ioannes Bassianus) *dicunt, eam locum habere in agricolis tantum* (Cod. Cantabr.: *agric. debitoribus, secundum rubricam in agricolis tantum*), *ut rubrica ipsa indicat. Al.* (Albericus) *dicit, constitutionem illam generaliter in omnibus creditoribus loqui et specialiter in agricolis debitoribus secundum rubricam Auth.* (Nov. 34, c. 1.). *Verumtamen omnes consentiunt, scil. novo iure canonum usuras non deberi, praeterquam ab ipsis, contra quos arma accipere licet per canones, quia nostrae leges non dedignantur imitari sacros canones, ut in Auth. „Apud*

§. 119.

Quaenam actio ex pacto arrhali nascatur?

Differunt. *Quidam* dicunt, quod ex arrhali pacto tantum personalis actio praeparatur et non in rem actio, et exponunt „ex arrhali pacto“, id est ex arrharum datione, quae continet in se peccatum. Puta: aliquis emit et dedit aliquam rem venditori pro arrhis et convenit, ut arrha reddatur, si non statum fuerit venditioni vel pretio soluto. Sed et aliter, scilicet, quum dedit arrhas ita, ut alias non transferatur dominium in accipientem et secundum hoc personalis actio datur i) ad rem emtam petendam et in rem. Videtur enim usque adeo processum esse in venditione datis arrhis, ut emtor rem ipsam possit vindicare, quod removet. *Alii* dicunt, quod actio personalis paciscentibus praeparatur ad arrhas ipsas petendas, puta quum pecuniam dedit pro arrhis. Item est, etsi aliam rem dedit. Competit enim condictio. Dicunt *Quidam*, ratione possessionis. *Alii* dicunt hoc, scilicet quod est actio in personam, ut *Supra*. *Alii* dicunt, condictionem ideo competere, quoniam contractus arrharum est innominatus, nec ex eo nascitur actio, sed tantum praeparatur, ut hic dicitur, et ideo condictione agitur secundum *Ib.* (*Ioannem Bassianum*) ii).

§. 120.

De differentia commodati et precarii.

Differunt de differentia inter commodatum et precarium, quae sit, quum et mobilia et inmobilia commodati et precario

---

§. 119. *Hug.* §. 223. Gloss. v. *Etiam arrharum* L. 17. C. de Fide instrum. Gloss. v. *Condici poterit* L. 11, §. 6. D. de Act. emt. et vend. Gloss. v. *Ex arrhali pacto* L. 3. C. de Act. emt. et vend. *Brunnemann* ad Tit. C. Quando liceat ab emt. disc. p. 493. et ad L. 3. C. de Act. emt. et vend. l. c. p. 498. *Glück* l. c. T. XVI. p. 94.

§. 120. *Hug.* §. 224. *Azo* in Summa Tit. C. de Commodato l. c. fol. 97b. Gloss. v. *Simile* L. 1. D. de Precario.

proprios episc. (Nov. 83.) *i. f.* *Irnerii* siglum bis ponitur apud Hugolinum, quod errore factum esse omnes vident. Fortasse primo loco legendum est *V.* (Hugo) pro *Y.* (Irner.), quae sigla saepius a librariis commutata fuisse in praefatione exposuimus.

i) Lacunam explet Hugolinus.

ii) Hug.: *Differunt Quidam* (om. v. *dicunt*) *quod — in se pactum. Puta — venditioni sive pretio — datur. Alii dicunt, quod personalis actio datur ad r. ipsam pet. — ipsam rem p. v. qui* (Cod. Cantabr.: *quam.* Cod. Par.: *quae*) *rem. — ad arrhas* (deest *ipsas*) *pet. — Quoniam* (Cod. Cantabr.: *quandoque*) *contractus*

concedi possunt[k])? Respondent. Dicunt *Quidam*, quod nulla differentia est inter commodatum et precarium, nisi in solo nominis vocabulo. Sed secundum eos pro nihilo poneretur titulus ille de precario. *Alii* dicunt, hoc interesse; quod si dominus dicat: concedo tibi, precario ut habeas, erit precarium. Alioquin non erit precarium, sed commodatum, et si dixerit: commodavi tibi rem, erit commodatum, alioquin non, sed precarium et sic in loquutione contrahentium erit differentia. *Alii* dicunt, hanc esse differentiam, quod commodatum semper datur ad usum certum, quod semper ex serie et ex praemissione ipsius literae adparet, ut puta: commodavi tibi servum, ut eo utaris in machina, vel pugillares, ut debitor in his caveret, scalas, ut fenestris supponeres et sic de singulis. Ceterum precarium numquam datur ad usum certum, sed potius ad incertum. Item commodatum revocari non potest, antequam usus sit completus, cuius gratia commodatum est, quippe beneficiis nos iuvari, non decipi oportet, ut *D. Commodati* (13, 6.) *L. In commodato* (17.) §. *Sicut* (3.) *i. f.*; at in precario si convenit, ut etiam numquam reddatur, aut ne intra certum tempus reddatur, conventio extra naturam precarii non tenebit, et statim dominus poterit revocare, non obstante tali pacti exceptione. Secundum *Ib.* (*Ioannem Bassianum*) [l]).

§. 121.

De stipulationibus.

Dicunt *Quidam*, ubi quis specialiter stipulatur alteri, ex ordine et naturali iure nec sibi, quia non vult, nec alteri,

---

§. 121. *Hug.* §. 255. Gloss. v. *Potes.* L. 6. C. Si quis alteri. Gloss. v. *Non datur* L. 28. D. de Procur. Gloss. v. *Competere* L. 79. D. de Verb. obl. Gloss. v. *Utili* et v. *Ex emto* L. 13, §. 25. D. de Act. emt. et vend. Gloss. v. *Procuratori debeatur* L. penult. D. Si quis caut. Gloss. v. *Utilis* L. penult. C. ad Exhib. Casus §. 19. Inst. de Inutil. stip. Gloss. v. *Nihil agit* §. 4. Inst. eod. *Odofredus* in Lect. ad L. 6. C. Si quis alteri l. c. fol. 268 b. sqq. *Weber* v. d. nat. Verb.

— *Iob.* In Cod. Cantabr. desunt vv. *hoc scil.* — *Supra. Alii dicunt* In gloss. exhibetur *M.* (Martini) et *P.* (Placentini) sententia.

k) vv. *et praecarium C. possunt* desunt ap. Hug.

l) Hug.: *Differunt in differentia, quae consuevit notari inter c. et pr.* ********** (om. X literae) *et — commodati* (om. *et pr. c. possunt*). *Respondent* (deest *dicunt*) *Quidam — inter prec. et comm. — precario, veluti ut — sed commodatum* (des. vv. *et si — precarium*) *et sic in — literae manifeste adparet — antequam usus finitus sit, cuius g. c. intercessit — tenebit, imo statim — exceptione, ut hoc secundum Iob.*

quia non potest, quaerit actionem, ut *C. Si quis alteri vel sibi* (4, 50.) *L.* (6.). Interdum tamen stipulatur quis sibi, adquirendo tamen alteri, ut servus domino, patri filius. Sed si procurator meus sibi quid stipuletur, maxime praetoria stipulatione, ut *D. de Praetor. stipulat.* (46, 5.) *L. In omnibus* (5.), vel emat, aut per sententiam obtineat et nec actio utilis competit, quaeritur, quae directae praefertur m). Item in tutore, curatore, actore, procuratore et institore, ut *D. de Procurat.* (3, 3.) *L. Si Procurator* (28.), *D. de Act. emt. et vend.* (19, 1.) *L. Iulianus* (13.) §. *Si procurator* (25.), *D. de Damno inf.* (39, 2, L.) *Damni* (18.) et *D. de Re iudic.* (42, 1.) *L. Si se* (4.), *D. de Verb. oblig.* (45, 1, L.) *Si procuratori* (79.). Stipulatur quis alteri et quaerit sibi, ut si pater filio stipuletur, ut *C. de Contrah. stipul.* (8, 38.) *L.* 2. Sed et si quis, quum intersit sua, alteri stipulatur, ut procuratori, creditori, contutori, rem pupilli salvam fore, sibi, non illis, actionem quaerit, ut in *Inst. de Inutil. stipul.* (3, 19.) §. *Sed et si quis* (20.) et *D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. antepenult.* et *L. ult.* et *D. de Verb. obl.* (45, 1.) *L. Eum qui* (56, 2.). Stipulatur quis alteri et illi adquirit, ut si stipuletur pater, filio quid dari post mortem suam, ut *D. de Verb. obl.* (45, 1, L.) *Quodcumque* (45.) §. *Si ita quis* (2.). Etiam de dote, ut *C. de Pactis sup. dot.* (5, 14.) *L. Pactum* (4.). Sed si quis paciscatur alteri, vel stipuletur depositum reddi, vel quod a se datum est, alteri restitui post tempus, actionem alteri quaerit, ut *C. ad Exhibendum* (3, 42.) *L. penult.* et *C. de Donation. quae sub modo* (8, 55.) *L. Quoties* (3.). Illud autem certissimum est, quod ex alterius pacto vel stipulatione sit mihi actio directa non iure mero, sed iure hereditario. Illud quoque procul dubio est, quod si quis pecuniam suam nomine meo numeravit, propter singularia praecepta, quae sunt circa pecuniam creditam, mihi actio quaeritur directa personalis vel hypothecaria, ut *C. Per quas personas nob. adquir.* (4, 27.) *L. ult.* Illud quoque notandum est, quod in iudiciis, propter rigorem iudiciorum, etiamsi quis stipulatur, alium quid facturum, puta do-

---

§. 89a. p. 369. sqq. *Mühlenbruch* l. c. p. 48—52. p. 80. sqq. p. 124. sqq. *Keller* üb. Litis Contestation p. 326. sq. *Schilling* l. c. p. 264, not. 728.

m) Leg. *obtineat, mihi actio n. competit, quae d. praefertur.*

minum tantum ratum habiturum, efficaciter stipulatur, ut *D. de v. o. n. n.* n) *Cum procurator* nn).

§. 122.

§. 123.

Exponitur casus L. 6. *C. de Reb. cred.*

Dicunt *Quidam*, quod casus illius *Legis C. de Iureiur.* (4, 1.) *Quum proponas* (6.), sic est ponendus: Titius inferebat mihi quaestionem generis et ingenuitatis, sed quum Titius non haberet forte testes paratos, dixit mihi: si tu vis iurare ita esse, ut dicis, puta te esse ingenuum, ego discedo a controversia. Ego forte iuris ignarus nesciebam, hanc caussam taliter posse decidi. Dixi: iuro, sed volo prius scire, si talis caussa taliter possit terminari, et secundum hoc elegimus arbitrum Seium, ut iudicaret, similiter o) posset decidi haec caussa, qui arbitratus est, sic posse decidi, et sic ego iuravi, me ingenuum esse. Modo vult Titius discedere a iuramento et movet adhuc status controversiam. Respondeo, quod non poterit, obstante sacramento prius praestito. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt, quod hic arbiter erat delegatus ad aliam oo) tantum, sed haec incidit et taliter vel iuravit. *B.* (*Bulgarus*) p).

---

§. 122. *Vet. Coll.* §. 65. *Rog.* §. 36. *Hug.* §. 1.

§. 123. *Hug.* §. 191. Casus et gloss. v. *Consulet* L. 6. C. de Reb. cred. *Azo*, Lect. sup. L. 6. cit. l. c. p. 255. *Odofredus* in Lect. sup. L. 6. cit. l. c. fol. 202b. sq. *Brunnemann* ad L. 6. cit. p. 341.

n) Leg. *de Operis novi nunt.* (39, 1.) *L. Cum procurator.* (13.).

nn) Hug.: *Differunt in illo titulo, Si quis alteri vel sibi* (C. 4, 50.) *L. Multum interest* (6.). *Dicunt — ut in L. praedicta* (6.) *dicitur. Interdum — sibi et adquiritur alteri Sed etsi proc. m.* mihi *aliquid stipuletur — aut personam obtineat, mihi actio ut. competit* (om. *quaeritur*) *quae — filio stipuletur, ut C. eod.* (4, 50.) *L.* 2. *— contutori* (Cod. Bamb.: *conductori*) *rem — caut. L. penult. et L. ult. — obl. Eum qui. Alias, quum quis stipulatur alteri et illi, alias sibi, adquirit, ut si st. p. filio, alias filiae, quid — quis. Idem in dote — Quoties. Alias autem — — pacto v. st. actio quaeritur ut directa non iure meo, alias mero. Si in re hereditaria. Aliud quoque — pecuniam numeratam — dominum* (om. *tantum*) *ratum h. — D. de Verb. oblig.* (45, 1.) *Cum procurator.* Talis lex Tit. D. de V. obl. non exstat. Quaestio ap. Hug. corrupte scripta. In gloss. citt. commemorantur *Ioannes* et *Martinus*, hic silentio praeteriti.

o) Leg. *Si sic.*

oo) Excidit v. *caussam.*

p) Hug.: *Item differunt in casus positione eiusd. L. Dicunt enim Quidam, casum taliter esse ponendum — si vis i., ita rem esse — discedam — dixi: ego iuro — elegimus Seium in arbitrum, qui iudicaret, si sic posset — Titius argumento discedere et m. a. st. quaestionem.*

§. 124.

Suus heres utrum pro herede an pro suo usucapiat?

Dicunt summi *Arriani*, quod, si filius in potestate succedat patri, ipse pro herede usucapere non poterit, quia dominus est et possidet mortuo patre, ut *D. de Liberis et post.* (28, 2, L.) *In suis* (11.) et *D. Pro herede* (41, 5.) *L. Qui legatorum* (2.) §. *ult.* Unde non prohibetur arg. *D. Pro suo* (41, 10.) *L. Si ancillam* (4.) §. *Si pater* (1.) q). *Alii* dicunt, quod nec pro suo, nec pro herede usucapere poterit, etiam pro herede est expeditum pro suo neque defuncto mala fides adhibita fuerit, usucapi non poterit r), quia vitium eius comitatur heredem, nec distinguitur, sive sit suus sive sit alienus. Videtur summis *Arrianis*, si bona fide a defuncto possessa est, tunc heres usucapiet eodem titulo, quo defunctus, puta pro donato, vel pro legato, vel alio modo continuatur eius possessio, ut *C. de Usucap. transform.* (7, 31.). *P.* (*Placentinus*), *Al.* (*Albericus*).

An filius emancipatus hodie pro herede usucapere possit?

Sed quaeritur, an filius emancipatus possit hodie pro herede usucapere? Respondent. Dicunt *Quidam*, minime, quia nullo modo est in potestate et idem erat olim servandum. *Alii* dicunt, quod non exstante s) emancipatione ipso iure filius emancipatus intelligitur esse heres, quoniam sublata est omnis differentia sexus et emancipationis et patriae potesta-

---

§. 124. *Hug.* §. 312, 313. *Hugo*, Dist. 23. (cf. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 423.). *Placentinus* in Summa Tit. C. de Usuc. pro her. l. c. p. 327. *Azo* in Summa C. de Usuc. pro her. et in Lect. ad L. 1. C. eod. l. c. p. 565. Gloss. L. 2, §. ult. D. Pro herede. Gloss. v. *Pro suo* L. 4, §. 1. D. Pro suo. Gloss. v. *Suis heredibus* L. 2. C. de Usuc. pro her. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 438ª. sq. *Giphanius*, explan. L. 2. C. cit. l. c. p. 235. *Fachineus* l. c. Lib. VI. c. 11. p. 441. sq. *Rosshirt* üb. d. Ersitzung etc. (Archiv f. d. civ. Praxis T. IX. p. 24. sqq.). *Unterholzner* l. c. T. I. p. 370. sq. not. 370., p. 374. *Braun*, Zus. zu *Thibaut* p. 882. sq.

Respondeo, *q. n. potest*, *o. s. p. praestito et hoc Al. — ad illam caussam tantum — taliter iuravit. B.*, *vel forte de ordinario dicit, qui etiam arbiter dicitur, ut Supra de Postulando* (2, 6.) *L. Quisquis* (6, §. 3.) *et D. de Probationibus* (22, 3.) *L. Si arbiter* (28.).

q) Hic videntur nonnulla excidisse. Cf. gloss. *Suis her.* cit.

r) Locus corruptus. Leg. *Alii — herede usucapere poterit, etiamsi pro h. e. exp., pro suo non; quia a defuncto m. f. a. fuit, usucapere non poterit.*

tis, sola naturali caussa inspecta, ut *C. de Suis et legit.* (6, 55.) *Auth. In successionem* (L. 12.) et *C. ad Sc. Tert.* (6, 56.) *Auth. Defuncto* (L. ult.). Sed respondent primi dicentes, omnem illam differentiam esse sublatam, quantum ad substantiam succedendi, quia et emancipati hodie succedunt, non obstante emancipatione, quod aliquando olim non faciebant; verum quantum ad modum et qualitatem succedendi non sublata est differentia, quoniam aliter et aliter succedunt. ss).

§. 125.

Explanatur L. 12, *pr. C. de Reb. creditis. De iureiurando in sententia definitiva illato.*

Differunt in verbo, quod positum est in *C. de Iureiur.* (4, 1.) *L. Generaliter* (12.) „*vel in ipsa definitiva sententia*". Ex hoc verbo dicunt *Quidam*, quod iudex poterit in ipsa sententia supponere sacramentum et iurabit t) hodie etiam sub conditione, id est, fertur sententia sub conditione, si iuraveris, et hoc dicunt *Quidam* ex eo, quod statim subditur, scilicet: *nulla provocationis formidine exspectata*", et hoc idem adserunt ex eo, quod similiter olim sub conditione ferebatur sententia, nec hodie ex hac *Lege* ulla priscis *Legibus* innovatio adfertur. *Alii* dicunt, quod ibi dicitur, debet sacramentum praestari, quoad definitivam sententiam ferat, non hodie fieri debet sub conditione, ut olim fiebat, et pro hac sententia facit verbum illud: „*sub hac definitiva sententia*", vel hoc porro ad id facit, quod sub sequentibus adponitur: „*sed*

---

§. 125. *Hug.* §. 192. *Azo* in Lect. ad L. 11. et 12. C. de Reb. cred. p. 256. sq. Gloss. v. *Definitivam* L. 11. C. eod. Gloss. v. *Definitiva* L. 12. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 12. C. eod. l. c. fol. 203ᵃ. sq. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 17. p. 18. *Brunnemann* ad L. 12. C. cit. p. 344. *Voet* l. c. ad Tit. D. de Iurei. §. 30. T. I. p. 644.

s) Leg. *obstante.*

ss) Hug.: *Dicunt — potestate decedat pater ipse — possidet vivo patre — post.*, *alias de Suis et leg. her.*, *L. In suis — pater. M.* (Martinus). *Alii — usucapere* (deest *poterit, e. pro her.*) *expeditum est pro suo, alias non, quia a defuncto m. f. a. fuit, usucapere non — distinguitur, an sit suus vel alienus, ut videntur* (sc. *distinguere.* Cod. Cantabr.: *ñnr*, reliqui codices *ñn*) *summi Arriani — Al.* (§. 313.) *Praedicto Titulo. Item quaeritur — Respondent* (om. *dicunt*) *Quidam, quod non, si est — idem est nunc, quod olim erat servandum.* §. *Alii d., quod* (om. *non*) *obstante — emancipatus* (Cod. Cantabr. ins. *posset hodie pro herede*) *intelligitur — modum* (Cod. Par. et Bamb.: *commodum*) *et qualitatem etc.*

t) Leg. *sententiabit.*

non exspectata formidine appellationis", quod ita intelligitur. Olim ferebatur sententia sub conditione: si iuraveris, et adversarius forte volebat appellare et hoc formidabatur; unde saepius sacramentum non praestabatur, quod hodie non formidabitur, quia prius iuratur, mox sententiatur et a sacramento non appellatur, ut olim fiebat, sed tantum a sententia. Ad idem facit, quod legitur in proximo *u*): „*sed habeat sibi in ultima provocatione repositum auxilium*" et aliud verbum, scilicet: „*quae quasi ex recusato*" *v*).

§. 126.

An dominus possessionem amittat, si is, qui eius nomine possidet, possessionem deseruerit?

Differunt. Dicunt *Quidam.* Si colonus vel procurator vel servus vel inquilinus vel alia talis persona, per quam nobis licentia est possidendi, caussam possessionis dolo vel culpa dereliquerit, prodiderit, ut alii locus possidendi aperiatur, quod nullum praeiudicium domino praeparatur, id est dominus tali facto non amittit possessionem, ut *C. de Adquir. poss.* (7, 32.) *L. ult.*, et dicunt, per istam omnes alias esse correctas, quae dicunt, dominum tali facto amisisse possessionem. *Alii* dicunt, dominum non in veritate possessionem amisisse, sed dicunt, dominum minime praeiudicium pati, quoniam statim poterit agere possessorio iudicio, condictione

---

§. 126. *Hug.* §. 322. *Vet. Coll.* §. 4. *Rog.* §. 53. *Azo* in Lect. ad L. ult. C. de Adq. poss. l. c. p. 571. Gloss. v. *Non posse* L. 17. C. de Agric. et col. Gloss. v. *Ingressus fuisset* L. 44, §. 2. D. de Adquir. poss. Gloss. v. *Neglexerit* L. 40, §. 1. D. eod. Gloss. v. *Haec ita vera* L. 40, §. 2. D. eod.

u) Scil. §. 2. *eod.*

v) Hug.: *Item differunt in C. Eod. Tit.* (4, 1.) *L. Generaliter* (12.) *circa princ. Legis super illo verbo — inponere sacr. et sententiabit — conditione, scil. si iuraverit — statim subiicit, scil. nulla pr. f. exspectanda — olim* (deest *sub conditione*) *ferebatur — adfertur, ut in f. Legis, et quod hic dicitur: „in medio etc." id est post (litem contestatam), sed et quod dicit: „non exspectata etc.", scil. non exspectata executione sententiae. Iob.* (Ioannes Bassianus) *vero et Azo dicunt, quod superior lex* (sc. *L.* 11. *eod.*) *corrigitur. Alii autem aliter dicunt, id est, quod — quoad definitiva sententia feratur, vel aliquam definitivam s. ferat, non autem ferre debet sub conditione definitivam sententiam. M.* (Martinus). *Ad id etiam facit, quod sequitur: non exspectata — appellare; ex hoc formidabatur, ne saepius s. n. praestaretur, sed hodie — proximo §.: sed etc.* In gloss. profertur *Irn.* (Irnerii) sententia.

ex hac *Lege* ad recuperandam possessionem. Quod olim non poterat; sed tantum praetorium ei supererat iudicium et hoc novum a Iustiniano est introductum. Nec dici potest amissum, quod statim est recuperandum, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Non videtur* (22.). *Ib.* (*Ioannes Bassianus*). *Alii* dicunt, nullum praeiudicium domino parari, quum servus tradiderit vel prodiderit possessionem, scilicet domini conditio fiat deterior per servum, etiam in adquisitis. Ceterum, si liber est, puta colonus vel inquilinus, tunc domino paratur; verum actionem personalem adversus eum dirigere potest, non agere possessorio; sed male. *Alii* dicunt, multum referre, utrum colonus discedat? Quo casu distinguitur, utrum habeat animum deserendae possessionis? Quo casu desinit possessio esse colonaria et transfunditur in possessionem animi, quae non potest amitti ignoranter, et hoc dicunt, sive colonus delinquat negligentia, sive prodat, vel dimittat, ut aliis locus aperiatur, ut *C. de Adquir. poss.* (7, 32.) *Ex libris* (12.). Sed sunt, qui dicant, in hoc casu colonariam transfusam possessionem animi ignoranter etiam amitti, quia ab initio corporis fuit. Si vero non habuerit colonus animum deserendae possessionis, non desinit possessio esse colonaria; tenet enim possessionem animo colonus. Si vero colonus deiiciatur vel tradatur, privatur dominus possessione, et intelligunt, quod dicitur in *C. de Adquir. poss.* (7, 32.) *L. ult.* et *C. de Agric. et cens.* (11, 47, L.) *Per colonum* (17.) et *C. Si aliena res pign. dat. sit* (8, 16.) *L. ult.*, ut tunc fiat praeiudicium possessioni, id est rei possessae. Sunt et *Alii*, qui dicant, quod si colonus dolo prodiderit, aut negligenter dereliquerit, tunc domino nullum praeiudicium generatur *x*).

§. 127.

Exponuntur vv. „*Mandatis actionibus*" *L.* 4. *C. Si cert. pet.*

Differunt. *Quidam* dicunt: si pecuniam tuam nomine

---

§. 127. *Hug.* §. 195. *Azo* in Lect. ad L. 4. C. Si certum pet. l. c. p. 259. Gloss. v. *Reprobato nomine* L. 4. C. Si certum pet. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. *C.* cit. l. c. fol. 205 b.

x) Hug.: *Dicunt — vel negligentia dereliquerit — domino paratur praeiudicium — dominum* (om. *non*) *in veritate possessionem amisisse — adquisitis. Certum similibus est, puta — non agi possessorio — habeat discedendi animum vel deserendae — desiit — possessionem eam, quam non p. amittere ign. et dicunt* (om. *hoc*) *sive*

tuo foenori dedi et tu probaveris y) nomen, quod agam mandatis a te actionibus adversus debitorem, ut *C. Si certum pet.* (4, 2, L.) *Si absentis* (4.). Sed qualiter mandat, qui reprobavit nomen? Respondent. Dicunt *Quidam*, quod reprobavit nomen, quantum ad exactionem et non quantum ad obligationem; unde postea potuit mandare actionem. *B.* (*Bulgarus*). *Alii* dicunt, quod hic fuit restitutus in integrum adversus repudiationem; unde potuit mandare actionem. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt, quod hoc accidit propter specialia praecepta pecuniae numeratae. *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) z).

§. 128. a)

§. 129.

An praeses provinciae pecuniam mutuam sumere possit?

Dicunt *Quidam*, praesidem provinciae mutuam pecuniam sumere posse, si sit perpetuus, sicut officiales praesidis, qui sunt perpetui, ut *C. Si cert. pet.* (4, 2.) *L. Eos qui* (3.). *Alii* dicunt, quod praeses potest mutuam pecuniam accipere ab eo, qui nullam litem habet. Ceterum si litem habet, non poterit ab eo accipere pecuniam, ne emtor legis et provinciae videatur b). Unde prohibetur, ne aliquis domum iudicis intret eo tempore, quo litem habet, et si intraverit, tenebitur uti-

---

§. 128. *Hug.* §. 360.

§. 129. *Hug.* §. 395. Gloss. v. *Foenus* L. 3. C. Si cert. pet. Gloss. v. *Exercent* L. 33. D. Si cert. pet. Gloss. v. *Non prohibetur* L. 34. D. eod. Gloss. v. *Poena* L. 16. C. eod. *Odofredus* in Lect. ad L. 3. C. cit. l. c. p. 205 b. *Brunnemann* ad L. 3. et L. 16. C. Si cert. pet. p. 351. *Glück* l. c. T. XII. p. 56. sqq.

c. *derelinquat — colonaria tamen transfusa in possessione animi, quum ignoranter a., q. ab i. compositus fuit — possessionem* (excid. v. *animo*) — *vel tradiderit aliis, tradat, privabitur — possessioni vel rei possessae — dicunt, quod si colonus dolo deliquerit, et Alii, qui dicunt, quod si colonus prodiderit aut negligentia alii deliquerit — generari* (Cod. Par.: *generatur.*). De sententia *Martini* et *Bulgari* cf. Azo in Lect. l. c.

y) Leg. *reprobaveris.*

z) Hug.: *Dissentiunt in C. Si certum pet.* (4, 2.) *L. Si absentis* (4.). *Dicunt Quidam, quod si p. d. f. n. t. et tu reprobaveris — ut in hac L.* (C. 4, 2, 4.). *Sed — Respondent* (om. *Dicunt*) *Quidam, q. r. n. quantum — actionem* (om. *B.*). *Alii d., q. fuit actionem* (om. *Al.*). *Alii — praecepta in pecunia numerata. W.*

a) De hac quaestione, quae in Cod. Chis. mendis depravata est, adeundus est Hug. l. c., ubi diversitatem lectionis e Cod. Chis. adnotavimus.

b) Cf. *L.* 16. *C. Si cert. pet.*

c) Hug.: *Dicunt Q., p. p. posse*

que L. Iulia de ambitu, ut *D.* ad *L. Iuliam de ambitu* (48, 14.) §. *Etsi* (4.). *Ugo* (*Hugo*) c).

§. 130.

Salarium pacto nudo promissum an ab advocato peti possit?

Differunt. *Quidam* dicunt, quod si advocatus convenerit cum clientulo suo de praestando salario, qui convenit et per nudum pactum, quod poterit petere. *Alii* dicunt, quod non petet, nisi sit stipulatus d).

§. 131.

Quo tempore advocatus salarium petere possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod post definitivam sententiam e) poterit iste petere salarium, et f) innuunt ex verbo illo, quod dicit: „*quum ea, quae optaverint, consequantur*" et ex eo, quod postea dicitur: „*integra fide ac ratione cumulatur.*" *Alii* dicunt, statim ante litem contestatam peti posse salarium, si modo per advocatum non steterit g), ut *D. Locati et conducti* (19, 2.) *L. Qui operas* (38.), et exponunt, quod dicitur: „*quum ea, quae optaverint, consequantur*", hoc

---

§. 130. *Hug.* §. 196. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Suffr. l. c. p. 137. *Azo* in Lect. ad L. un. C. eod. l. c. p. 263. *Hug.* Dist. LXXXVIII. *Roffredus*, Ord. iud. Part. V. Rubr. De off. iud. quo pet. sal. l. c. p. 368. Gloss. v. *Constrinxerint* L. un. C. de Suffragio. Gloss. v. *Si extra ord.* L. 7. D. Mandati. *Giphanius*, explan. L. un. C. de Suffr. l. c. p. 224. *Brunnemann* ad L. un. C. cit. l. c. p. 353. *Glück* l. c. T. XV. p. 288. sq. et de L. un. C. cit. T. XVIII. p. 108. sqq.

§. 131. *Hug.* §. 110, 197. *Azo* in Summa Tit. C. de Suffr. l. c. fol. 84[a]. et in Lect. eod. l. c. p. 263. Gloss. v. *Consequantur* L. un. C. de Suffr. Gloss. v. *Protrahantur* L. 13, §. 9. i. f. C. de Iudic. Gloss. v. *Contractum ineat* L. 6, §. 2. C. de Postul. Gloss. v. *Salarium* L. 13. i. f. D. Comm. praed. *Christinaeus* l. c. Vol. V. dec. 170. n. 12. sq. p. 256. *Lauterbach*, diss. acad. disp. 124. th. 19. l. c. Vol. III. p. 602.

m. pec. accipere — Ceterum similiter habere non potuit ab eo mutuam acc. pecuniam, me. *et emtor — domum praesidis vel iudicis domum intret — tenetur — Etsi. Ubi. Alias distingue* (Leg. *distinguit*) *V.* (*Hugo*), *utrum sit de sua iurisdictione ille, a quo vult accipere, an non; ut in primo casu non possit accipere, in secundo, scil. si non est de sua provincia, accipere possit.*

d) Hug.: *Dissentiunt in C. de Suffragio* (4, 3.) *L.* 1. *Dicunt — salario* (des. v.v. *qui c. et*) *p. n. p., q. poterit petere Condictione ex hac Lege. Alii etc.*

e) Add. *tantum.*

f) Ins. *hoc.*

g) Scil. *quo minus operas praestet.*

est, ipsi optabant pactum inire cum advocato, ut praestaret sibi patrocinium. Quum enim hoc fuerint consequuti, scilicet quum pactum inierint, statim sacramento praestito patrocinio, id est ante sententiam, poterit petere, arg. *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L. Properandum* (13.) *in f.* (§. 9.). *Ib.* (*Ioannes Bassianus*) *h*).

§. 132.

De conventione, qua advocato res inmobilis loco salarii promittitur.

Differunt. Dicunt *Quidam* *hh*): si advocatus conventionem fecerit de praedio urbano vel rustico habendo, gemina debet intervenire scriptura, scilicet publica, quae contineat rem ita gestam et alia, quae contineat rei inmobilis traditam esse possessionem. *Alii* *hhh*) dicunt, unam sufficere, et dicunt, quod si res pervenit *i*) advocatum, nulla interposita scriptura, quod dominium non transfertur in advocatum, sicut, si emtio in scriptis fieri debet, non valet, antequam mundum fuerit completum, ut *C. de Fide instrum.* (4, 21, L.) *Contractus* (17.). Unde datur clientulo suo rei repetitio. *Alii* dicunt, dominium non esse translatum, antequam hoc in scriptis manifestetur, sed repetitio minime dabitur, quum sit hoc petiturus, et statim cogatur ea restituere. *Al.* (*Albericus*) *ii*).

---

§. 132. *Hug.* §. 198. *Placentinus* in Summa C. de Suffr. p. 137. *Azo* in Lect. ad L. un. C. de Suffr. l. c. p. 264. Gloss. v. *Placitum*, v. *Continebit*, v. *Gesta* et v. *Non possunt* L. un. C. cit. *Odofredus* in Lect. sup. L. un. cit. l. c. fol. 208 b.

h) Hug.: *Item differunt in ead. L.* (C. 4, 3, 1.) *Dicunt Q., q. p. d. s. tantum poterit i. p. s.*, *et hoc innuitur ex v. i.*, *quod est in litera*, *quum — dicit vel sequitur*, *integra — salarium*, *nec exspectabitur sententia definitiva*, *cum quibus Iob.* (Ioannes Bassianus) *et Azo*, *si modo — dicitur in Lege ista, scil. quum ea — est*, *quod ipsi — statim* (om. v. *sacramento*) *praestito etc.*

hh) v. g. *Bulgarus*. Vid. gl. v. *Non possunt* et *Odofredum l. c.*, qui tamen de B. haec dicit: *et postea idem Bul. mutavit consilium, quia sapientis est mutare consilium in melius.*

hhh) velut *Ioannes*. Cf. *Azo* l. c.

i) Add. *ad.*

ii) Hug.: *Item differunt in ead. L.* (C. 4, 3, c. un.). *Dicunt* (deest *Quidam*), *quod si a. c. fecit — possessionem traditam. Pla. et Alii — res ista pervenit — quod* (om. *dominium*) *non — debeat* (deest *non valet*), *antequam — suo* (om. v. *rei*) *repetitio — antequam* (om. *hoc*) *in — cogeretur eidem restituere. Al.*

§. 133.

Pactum de non alienando.

Dicunt *Quidam*, si vendidi tibi rem aliquam et peccatum *k*) adposui, ut non alienares, et alienasti contra peccatum, quod primus venditor habet rei vindicationem, quoniam intelligitur dominium rediisse, ut in pacto legis commissoriae et addictionis in diem, ut *C. de Pact. int. emt.* (4, 54.) *L. Commissoriae* (4.). *Alii* dicunt, quod non primus, sed solus secundus habet rei vindicationem. *Alii* dicunt, quod neque primus neque secundus, sed fiscus, quum inlicite vendidit. *Alii* dicunt, nemini ob hoc competere rei vindicationem, sed venditorem habere ad recuperandam *kk*); neque ei datur publiciana *l*).

§. 134.

Quod donatum est conditione inpossibili an repeti possit?

****** *m*) „*Dictam legem donationi, si non inpossibilem. Si is, qui suscepit eam, non adinpleverat, condictioni locus erit.* (C. 4, 6, 8.). Unde videtur datum intelligi, quod si inpossibilem contineat caussam, quod is, qui suscepit, si non adinpleat, non teneatur. Sed contra dicitur *Supra* in *L.* 1. *huius tituli*, quia matrimonium non potuit stare de iure; unde erat inpossibile de iure et tamen datur condictio. Respondetur. Dicunt *Quidam*: subintelligitur „maxime" *n*), non idem est, si inpossibile contineat caussam, si vero alias, non, ut praedictis: *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*), *Ib.* (*Ioannes*

---

§. 133. *Hug.* §. 258. *Fachineus* l. c. Lib. II. c. 15. p. 99. *Christinaeus* l. c. Vol. III. dec. 86. n. 8. sq. p. 394. sq. *Glück* l. c. T. XVI. p. 62. sq. et p. 201. sqq. *Bucher*, d. Recht d. Forderungen p. 225, 230.

§. 134. *Hug.* §. 199. Quaestio mendis inquinata. *Azo* in Summa C. de Cond. ob c. d. l. c. fol. 87 b. et in Lect. ad L. 8. C. eod. l. c. p. 268. Gloss. v. *Si non* L. 8. C. eod. Gloss. v. *Condictionis* L. 1. C. eod. Gloss. v. *Caussa non sequuta* L. 5. C. eod. Gloss. v. *Non sequuta* L. 6. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 8. C. cit. l. c. fol. 213 b. *Glück* l. c. T. IV. p. 464, not. 1. T. XIII. p. 31.

k) Cod. Chis. constanter *peccatum.* Leg. *pactum.*

kk) Leg. *venditorem actionem h. ad rem recuperandam.*

l) Hug.: *Differunt in C. de Pact. int. emt. et vend. comp.* (4, 54.) *L.* (2.) *Dicunt Quidam, quod si — et adposui pactum — quod* (desunt vv. *non primus — dicunt, quod*) *neque — venditor actionem habeat ad rem recup. etc.*

m) Lacunam explet Hugolinus.

n) Sequentia corrupte scripta sunt.

Bassianus). *Alii* dicunt, interesse, quum ob caussam datur, quo casu, etiamsi inpossibilis fit, datur repetitio; si vero aliud quum donatur, et tunc non dabitur, ut hic. *Alii* dicunt, quum alias donaturus erat, unde tunc non datur repetitio, si non datur, inpossibile contineat caussam. Si vero alias non erat tantumdem donaturus, tunc datur repetitio. *Alii nn*) dicunt, aliud esse, quum conditio est inpossibilis de iure, ut *Supra*, aliud, quum inpossibilis est de natura. *Alii* dicunt, quod hoc non repetit iure conditionis, qua caussa data, caussa non sequuta, sed repetit iure poenitentiae. *Alii* dicunt: quum donatur ob caussam tripliciter, tribus rationibus repetitio competit, aut quia habetur pro non scripta, quum caussa possibilis erat, aut quia cessat, quum inpossibilis erat caussa, sed eam caussam adauget conditio naturaliter donatione; si inpossibilis est, statim ipso iure non valet donatio, si possibilis est, omnino exspectatur, quoad exsistat conditio et ea exsistente valebit, ea deficiente minime. *Alii* dicunt: si sub modo donem, puta, ut aliquid faciat, si caussa possibilis est et qui accepit, cessat facere, datur repetitio; si inpossibilem contineat caussam, tunc contractus donationis validus erit et, si sequatur traditio, non infirmabitur, etiamsi cessat caussam adinplere, quum habeatur pro non adiecta *o*).

§. 135.

De tempore interponendae supplicationis; quaeritur praeterea, num Nov. 119, *c.* 5. *corrigat L.* 1. *de Sent. praef. praet. et L.* 5. *C. de Prec. imp. off.*

Dicunt *Quidam*, hodie supplicandum esse tantum intra X dies, ut in *Auth. Utspons. larg.* (Nov. 119.) §. *Aliud* (c. 5.)

---

§. 135. Huius quaestionis nullum est vestigium ap. Hug. Gloss. v. *Provocandi*, v. *Nostro* et v. *Post successionem* L. un. C. de Sent. praef. praet. Gloss. v. *Petitionem* Nov. 119, c. 5. Casus Auth. Quae

nn) ut *Ir*. (Irnerius) in gloss. v. *Si non* cit.

o) Hug.: *Dissentiunt in C. de Condict. ob caus.* (4, 6.) *L. Dictam legem donationis, si non inpossibilem caussam contineat* (8.). *Qui s. eam, si non inpleverit, condictioni l. v. U. v. et datur int. caussam, nec is, q. susc. eam, non adinplevit, non tenetur — tituli, ubi matrimonium n. poterat stare. Unde — inpossibilitas erat ibi de iure et tamen ibi datur repetitio. Respondent. D. Q., quod hic subintelligitur max., nam idem est secundum eos, etsi inp. cont. caussam, ut in praedicta Lege continetur. Iob. — dat quid, utrum erat alias daturus, aut non. In primo casu*

tamen corrigitur, quod dicitur in *C. de Off. praef. praet.* p) (1, 26.). *M.* (*Martinus*), *R.* (*Rogerius*). *Alii* dicunt, quod *lex Codicis* loquitur, quomodo ipsi praefecto praetorio supplicandum sit super principis q) sententia. *Lex Authenticae* loquitur, quum praefectus cognoscebat super caussa appellationis et super eadem supplicabatur. *Lex* autem *Infra*, *Ne liceat in una eademque re* r) *provocare* (C. 7, 70, L. un.) loquitur, quando appellatum fuit et praefectus super secunda caussa appellationis cognoscebat, quo casu non poterat supplicari, sicut non appellari potest. *Alii* dicunt, supplicandum esse ipsi praefecto praetorio s) et ipsemet cognoscet super sententia. Nam ex illo verbo hoc dicunt, quod ponitur in *Auth.*, scilicet *Quae supplicatio* (i. f. *L.* 5. *C.* de Precibus imp. off. 1, 19.), „ipsi praefecto vel levis consilii auctoribus porrigenda est vel introducentibus caussas in foro" t). *Alii* dicunt, ipsi praefecto porrigendam fore supplicationem, sicut iudici porrigitur libellus appellationis; sed tamen ipse praefectus non cognoscit super sententia appellationis, sicut alius iudex super sententia provocationis, licet tempore praefecturae possit adversus suas sententias in integrum restituere, ut *D. de Minor.* (4, 4, *L.*) *Praefecti* (17.), et nota, quod quandoque sententia praefecti praetorio maiore gaudet privilegio, quam alterius iudicis, quandoque minore. Maiore, puta, quia non appellatur ab ea, sicut a sententia alterius iudicis; minore, quia appellatione facta omnia debent esse in pristino

---

supplicatio. Brunnemann ad Auth. Quae supplicatio p. 69., ad L. un. C. de Sent. praef. praet. l. c. p. 871. Christinaeus l. c. Vol. I. dec. 30. n. 5. p. 25. Vol. V. dec. 177. n. 5. sqq. p. 268. sqq. Vol. VI. dec. 101. n. 37. sq. p. 184.; dec. 111. p. 196. Zimmern, Gesch. d. röm. Privatr. T. III. §. 177. p. 533. sq.

non datur repetitio, etiamsi impossibilem contineat — erat (om. v. *tantumdem*) *daturus. tunc — esse in conditione impossibili de iure, ut S., aliud in conditione impossibili de natura, ut hic. Alii d., q. h. n. r. iure* (et desunt vv. *conditionis — iure*) *poenitentiae. A. d., quod quum datur ob triplicem caussam, tribus — impossibilis erat; sed quum causae aget condictione, non autem donatione — et exsistente conditione valet donatio, et ea def. deficit. Alii — quum pro n. scr. habeatur.* Gloss. v. *Si non cit.* ita: *an, qui dat, scit, conditionem impossibilem, et sic non repetit, an non, et tunc repetit.*

p) Leg. *de Sententiis praef. praet.* (7, 42.) *L.* 1.

q) Leg. *super primi iudicis.*

r) In edit. est *caussa.*

s) Leg. *apud ipsum praefectum praet.*

t) Leg. *ipsis praefectis vel eorum consiliariis porrigenda etc.* Cf. Auth. cit.

statu. Nec etiam a momento exsecutori traditur et cum fideiussione, sed intra X dies sententia exsecutori mandatur, sed sine fideiussione; si vero post X dies, tunc pristina *u*) fideiussione intra biennium mandatur exsecutori, retractationis iure tractanda. Dicunt *x*), non esse correctam *Legem C. de Sent. praef. praet.* (7, 42.), et poterit etiam supplicari ab eius sententia intra biennium cum supradicta distinctione. *Al.* (*Albericus*). Et nota verbum ibi positum, scilicet „*post successionem etc.*", quod *Quidam* taliter intelligunt, quod ibi praefectus successerat iudici, qui tulit sententiam, puta: iudice illo mortuo vel mortuo *y*). *Alii* dicunt, quod iudex tulit sententiam et appellatum fuit; postmodum cognovit. Si tulit sententiam praefectus, intra biennium poterit ille supplicare. *Al.* (*Albericus*).

§. 136.

De exceptione excussionis personali.

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 10.) *L. ult.* Dicunt *Quidam*, quod hodie creditor habet licentiam conveniendi debitorem et eius heredem personaliter, aut, si voluerit, poterit rem sibi obligatam vindicare a quolibet possidente, sive possessor emtor sit sive alius, ut in *Lege* ista (C. 4, 10, L.

§. 136. *Hug.* §. 207, 423. *Azo* in Summa C. de Obl. et act. fol. 90[a]. et Tit. C. de Pign. l. c. fol. 237[b].; in Lect. ad L. ult. C. de Obl. et act. l. c. p. 273. et ad L. 24. C. de Pign. l. c. p. 628. Gloss. v. *Possessores* Auth. Sed hodie L. ult. C. de Obl. et act. Gloss. v. *Pignora* L. ult. C. eod. Cas. et gloss. Auth. Hoc ita et gloss. v. *In rem* L. 14. C. de Pign. Gloss. v. *Personalibus* Nov. 4, c. 2. Gloss. v. *Vindicare* Nov. 112, c. 1. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Hoc (ita) si debitor l. c. fol. 490[b]. et sup. L. ult. C. de Obl. et act. et Auth. Hodie eod. l. c. fol. 217[a]. *Brunnemann* ad L. ult. C. de Obl. et act. l. c. p. 371. et ad L. 14. C. cit. l. c. p. 960. *Fachineus* l. c. Lib. VIII. c. 105. p. 721. *Walch* l. c. p. 438. sq. *Westphal* v. Pfandrechte p. 397—402. *Glück* l. c. T. XVIII. p. 359. sqq., maxime p. 372. sqq.

u) Leg. *praestita.* Casus Auth. *Quae supplicatio* haec dicit: *Quod si aliquis supplicat a sententia praefecti praet. intra X dies sententia non est mandanda executioni, nisi victor dederit fideiussorem — post X dies ista sententia mandabitur executioni pro victore nulla fideiussione praestita et hoc casu licet supplicare principi usque ad biennium, non autem post.* Gloss. v. *Nostro numini* cit. haec habet: *Sed hodie fieri potest* (supplicatio) *praefecto vel eius consiliariis intra X dies, et praestita fideiussione mandat sententiam executioni.*

x) Leg. *retractationis iure illi servando.* (Vid. gloss. v. *Retractationis* Auth. Quae supplicatio cit.). *Alii dicunt.*

y) An *remoto?*

ult.), et dicunt, *Legem* istam non esse correctam per *Auth. de Fideiuss.* (L. ult. C. cit.?), quae dicit: „*hodie novo iure prius omnes mandatores et sponsores et fideiussores conveniendos, quam perveniatur ad pignorum possessores.*“ Imo dicunt, istud *Auth.* correctum per *Auth. de Litigiosis*, §. *Ad hoc* (Nov. 112, c. 1.) [z]), quod positum est *I. de Pign.* (C. 8, 14.) super *L.* illa *Distractis* (14.), ad hoc quod dicit, „creditorem rem sibi obligatam ab emtore vindicare posse, si sibi debitor satis non faciat“, et sic reductum est ad ius antiquum, quod in *C.* dicitur. *B.* (*Bulgarus*), *Io.* (*Ioannes Bassianus*) [a]). *Alii* dicunt, quod *Auth. de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.) nullatenus corrigitur; imo dicunt, per *Auth. de Fideiuss.* correctum esse, quod in *C. de Act. et oblig.* (4, 10.) *L. ult.* dicitur. Secundum hos ergo prius hodie conveniuntur mandatores etc. Respondent ei, quod dicitur in *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.), quia ibi vendidit et non tradidit; unde, quia adhuc penes debitorem erat pignus, dabitur [b]) creditori licentia, ut eligat, utrum pignus velit vindicare a debitore, an eumdem convenire personali actione [c]). *Alii* etiam dicunt, scilicet summi *Arriani*, similiter, *Auth. de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.) non esse correctum et respondent ita ei, quod dicitur in *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.), quod ibi vendiderat nominatim ad hoc, ut de pretio satisfaceret creditori; quod quia factum non est,

---

z) Gloss. v. *Possessores*, §. *ad hoc*, *alias ab hoc.*

a) Gloss. v. *Possessores* cit.: *huic est contra in Auth. de liti.* §. *ad hoc, alias ab hoc. coll. VIII. quae est I. de pig. aut'. hoc ita. B. dicit, quod haec corrigitur. I.* (Irnerius) *et Io.* (Ioannes) *dicunt, quod illa de litig. secundum istam.* Gloss. v. *Personalibus* cit.: *Sed contra ʃ. de litig.* §. *ad hoc. B. et Al.* (Albericus) *dicunt hoc corrigi. Ir.* (Irnerius) *dicit, quod ibi debitor idemque venditor tenebat adhuc. Alii dicunt, quod ibi habebat caussam a debitore, contra quem dicunt agi posse etiam prius.* Sed *Io.* (Ioannes) *contra* — *Alii dicunt, quod illud locum habet, excussis prius bonis debitoris, ut hic. Vel melius, illud in expresso, hoc in tacito pignore, ut hic, quum hoc etiam iure veteri erat* —. *Vel dic aliter secundum Azo.* (Azonem) *et Io.* (Ioannem), *ut in Summa de pigno.* §. *damus.* Gloss. *v. Vindicare* cit.: *Per hypothecariam, debitore s. possidente, qui nondum tradiderat eam emtori, ut S. de fideiuss.* §. *sed neque ad res, quae est contra secundum Ir.* (Irnerium), *vel forte emtore etiam possidente et ita hic corrigitur, quod S. de fideiussore dicitur et hoc secundum B.* (Bulgarum). *Vel tertio dic. excussis tamen primitus bonis debitoris et mandatoris et fideiussoris et sponsoris, ut S. de fideius.* §. *Sed neque col. I. secundum Alb.* (Albericum), *quod verum videtur.* — Memorabilem hanc glossarum discrepantiam adnotandam putavimus.

b) In v. *dabitur* incipit §. 423. ap. Hug.

c) Hug. §. 423. add. *V.* (Hugonem).

creditor ab emtore vindicare potest. Unde curiosus debet esse emtor in hac parte, scilicet quo pecunia vertatur et in hoc casu secundum eos deterior esset conditio emtoris, quam alias [d]. *Alii* dicunt similiter, *Auth. de Fideiuss.* non corrigi, et respondent ei, quod dicitur ibi de litigiosis [e], hoc modo. Dicunt enim, multum referre, utrum emtor rei obligatae caussam habeat a debitore, quo casu poterit creditor pignus vindicare, alias non, et hoc secundum *Aldri. f)* (*Aldricum*); vel *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.) loquitur, ubi creditore postulante iudex denuntiavit debitori, ut vel solveret vel pignus praestaret; post quam denuntiationem licet creditori pignus vindicare, nec caret vitio litigiosi contractus alienatio talis. Permittitur tamen debitori pignus vendere, si tamen ex pretio satisfecerit. Denuntiatione vero non facta locum habet *Auth. de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.). *Iac.* (*Iacobus*) dicit, quod licet hypothecaria agere, excussis tamen prius facultatibus debitoris.

§. 137.

De quarta testium productione.

Dicunt *Quidam*, si quis ex litigatoribus ter produxerit testes et concluserit, id est testium productioni renuntiaverit et postea quarto testes producere velit, refert, didicerit testificata vel per se, vel per alium, vel non. Nam si didicerit testificata vel per se, vel per alium, vel non [g], denegabitur ei quarta productio testium, etsi divina iussio hoc praeceperit. Si eas [h] nullo modo didicerit, dabitur ei et quarta testium productio, sacramento tamen ab eo prius dando, quod neque subtraxerit neque percunctatus sit testationes, neque

§. 237. *Hug.* §. 212. Nonnullae h. §. positiones desumtae sunt e Nov. 90, c. 4, 5. *Pillius*, Ord. iud. P. IV. cap. Quando et qual. fac. sit prod. test. *Azo* in Summa C. de Test. l. c. fol. 95 b. et in Lect. ad Auth. At qui semel l. c. p. 284., ad L. 18. C. de Fide instr. l. c. p. 297., ad L. ult. C. de Test. l. c. p. 292. *Hug.* Dist. LXXXVI. LXXXVII. *Brunnemann* ad Auth. At qui semel L. 19. C. de Probat. l. c. p. 394. *Christinaeus* l. c. Vol. VI. dec. 11. l. c. p. 12. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 393. *de Cocceii* l. c. Lib. 22. Tit. 3. qu. 7. *T.* II. p. 100.

d) Hug. §. 423.: *alias, et sic summus Arrianus, M., Azo.* De *Arriano*, *Arrianis* cf. *Supra* §. 118, not. *g*.

e) Leg. *quod dicitur in Auth. de Litig.*

f) Hug. §. 423.: *Albericus.* Gloss. v. *Personatibus et Vindicare Alberici* tantum proferunt opinionem.

g) Del. *vel non.*

h) Leg. *ea*, sc. *testificata.*

per aliquem dolum vel artem petiit quartam testium productionem, sed quod non valuit primitus uti denuntiatis testimoniis. Si semel autem testes produxerit et testificationes tractaverit, aut adversario hoc faciente disputationem acceperit et ex hoc didicerit testificata, non habebit omnino licentiam ullam, ulterius uti testium productione; etsi divina iussio hoc praeceperit; quod putant *Quidam* locum habere, quum primitus renuntiaverit testium productioni et postea eorum testificata didicerit [i]. Dummodo testium productioni non renuntiaverit, licebit ei et postea testium productione uti, et sic utraque pars potest, imo etiam debet interesse testationibus suorum testium vel adversarii et eas audire, si velit; nec postea prohibetur ea ratione testes producere, ut *D. ad Leg. Iul. de Adult.* (48, 5.) *L. Si postulaverit* (27.) §. *Quaestioni* (7.) et *C. de Testibus* (4, 20.) *L. Si quando* (19.) et *C. de Fide instrum.* (4, 21, L.) *Iudices* (18.) et in *Auth. de Testibus* (Nov. 90.) §. *Et hoc vero* (c. 9.). *Alii* dicunt, testes, qui semel testimonio suo functi sunt, poterit litigator, qui eos produxit, secundo, tertio, quarto in eadem lite producere, nisi eorum testificata didicerit. Nec mirum, si iidem testes in eadem caussa saepius producantur, quum et idem in quaestione saepius repetatur, ut *D. de Quaestion.* (48, 18.) *L. Repeti* (16.), et quod legitur in *D. de Testibus*, quod „*non* (potest testis is) *produci, qui ante* (in) *eum reum* (testimonium) *dixit*", dicunt, locum habere in diversis litibus, ut idem in diversis litibus saepius adversus eumdem testimonium ferens non audiatur, nisi in casu *C. de Testib.* (4, 20.) *L. ult.* *Alii* dicunt, interesse, utrum in iudicium testes quis producat, an non; nam si in iudicio, eorum (testimonia) partibus praesentibus, sed testificata ignorantibus, recipiantur et nulli ex litigatoribus edantur, ne, quando forsan egeat aliis testibus caussae natura, excludatur propter editionem testium adiectio, ut in *Auth. de Testibus* (Nov. 90.) §. *Sed quoniam vero* (c. 8.). (Si) vero non in iudicio, sed ante forte quam inchoetur, testes ab aliquo producantur, ut eorum testimonium recipiatur et in actis redigatur, quia timetur forsan, ne moriantur vel recedant utraque parte praesente vel contumaciter

---

i) Cod. Par. et Stuttg. recte h. l. addunt, *ut in Novell. de Testibus* (Nov. 90, c. 4.). *Aliaquin, licet testificata didicerit.*

absente, et adtestationes audiantur et testimonium feratur, ut in *Auth. de Testibus* (Nov. 90.) §. *Quoniam vero* (c. 8.). *Alii* dicunt, quod melius est, qui didicerit testificata suorum testium per iudicem vel per disputationem, nec eos nec alios producere testes ei licebit, nisi ad inprobandas testium adversarii depositiones, ut in *Auth. de Testibus* (Nov. 90.) §. *Et quia vero* (c. 4.) et §. *Quoniam vero* (c. 8.). Si vero alio modo et non per iudices suorum testium testimonium didicerint, forte per eosdem testes, minime nocet ei ad aliorum testium productionem. Sin autem depositionibus interfuerit et eas audierit et sic per iudicem, quod fieri debet, non prohibeatur hac ratione testes producere, ut in *Auth. de Testibus* (Nov. 90.) §. *ult.* (c. ult.). *Al.* (*Albericus*) k) contra l).

§. 138.

Testes diversa vel contraria dicentes an probent?

Dicunt *Quidam:* quod dicitur in *C. de Fide instrum.* (4, 21, 14.) „*Scripturae diversae ab eadem parte prolatae et*

---

§. 138. *Hug.* §. 218. *Pillius* de Ord. iud. Part. IV. cap. Quib. test. sit fides adh. *Azo* in Summa Tit. C. de Testib. l. c. fol. 95 b. et in Lect. ad L. 15. C. de Fide instrum. l. c. p. 295. Gloss. v. *Scripturae* L. 14. C. de Fide instrum. Gloss. v. *Contraria* Nov. 90, c. 3. Gloss. v. *Inpari numero* L. 21, §. 3. D. de Testibus. *Glück* l. c. T. XXII. p. 208. sqq.

k) Forsitan legendum *Alii.*

l) Hug.: *Item differunt in e. t. in Auth. Sed qui semel. Dicunt Q., quod si q. ex litig. produx.* (omiss. *ter*) — *an non. Si didicerit, denegabitur q. t. pr.* — *Si n. m. e. did., dab.* et *quarto* — *dolum vel fraudem, vel* — *testimoniis. Sed si semel, aut bis testes* — *tractaverit, adversario* — *ulterius testes producendi, etsi* — *interesse adtestationibus* — *et hoc vero, vel ut Alii* — *in ea lite* — *quum idem* — *quod de testibus dicitur in D., quod non potest testis produci, qui a. e. r. testimonium dixit* (Cf. *L.* 23. *D. de Test.*, de qua L. cf. *Glück* l. c. T. XXII. p. 232. sqq. et *Vet. Coll.* §. 18.) — *casu, ut C.* — *ult., vel ut putant Alii, i., u. in iudicio* — *eorum testimonia a iudice partibus* — *forsan et a. eg. t. c. n., excludatur per editionem t., ut in Auth. de Test.* §. *Quoniam vero* (c. 8.). *Si vero* — *inchoetur iudicium, testes* — *testimonia recipiantur et in a. redigantur* — *vel altera per contumaciam abs., et adtest. audiente testim.* — §. *Et hoc* (c. 9.). *Alii dicunt, quod adtestationes debent fieri sub praesentia utriusque partis sine preiudicio producendorum testium, ut C. de Fide instrum.* (4, 21.) *L. Iudices* (18.). *Sed si postea editae fuerint partibus a iudice, et ea tractaverint et perfecte didicerint testificata, non licebit eis amplius testes producere, ut in Auth. de Testibus* (Nov. 90.) §. *Et quia vero* (c. 4.) et §. *Quoniam* (c. 8.); *vel quod melius* — *nec eosdem nec a pr. ei liceat, n. ad*

invicem fidem sibi derogantes nihil veritatis habent", hoc idem in testibus dicunt secundum *Bul.* (*Bulgarum*); quod ita procedere potest, si aliquis unum produxit testem bonae famae et opinionis, mox alium produxit eiusdem famae et opinionis, qui prorsus illi contraria dicat. Modo, quum omnia disparia sunt in istis testibus, nec unus magis verisimilius dicit altero, quum uterque sinceram fidem habere videatur, uterque sibi fidem derogabit, id est neutri eorum in hac testificatione creditur. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt et melius, non esse idem in testibus; nam quum plures producantur testes, quorum quidam aliis contradicunt, iudex eorum testimonia non respuet, sed prospiciat semper ad dicta eorum, qui magis verisimiliora dicat, et ad sinceritatem et quandoque ad incertitudinem, licet non semper; et secundum haec aut admittet quorumdam aut omnium testimonia, aut non admittet, ut *D. de Testibus* (22, 5.) *L. Ob carmen* (21. i. f.) et *C. de Testibus* (4, 20.) *L. Iurisiurandi* (9.). *Al.* (*Albericus*), *Ib.* (*Ioannes Bassianus*) *ll*).

---

reprobandas. — *Quoniam vero et C de Testibus* (4, 20.) *L. ult. Si — testium adtestationes didicerint, f. p. eos t., m. nocebit ad — depositionibus testium interfuerit — iudicem testificata didicerit, quod etiam fieri d., n. prohibetur etc.* Vv. *Al. contra* desunt. In Cod. Bamb. des. vv. *audiente — attestationes* et in Cod. Cantabr. post *depositiones, ut in Auth. de Test.* om. vv. §. *Et quia vero — L. ult.* Glossa commemorat *Ioannnem.*

ll) Hug.: *Item differunt in C. T.* (C. 4, 21.) *L. Scripturae* (14.) *Dicunt Quidam, quod si scripturae d. ab e. pr. sibi inv. derogaverint, nihil firmitatis aut veritatis h., et hoc — bonae* (deest *fam. et*) *opin., mox e. f. et op. al.* (om. *produxit*), *qui pr. i. c. d.* (om. vv. *Modo — testibus*), *nec u. d. m. v. alt. — neutri* (deest *eorum in h. t.*). *Al. Alii autem d. m., non — prospiciat dicta ipsorum, q. m. verisimilia dicat, et sinc. et quae magis conveniant naturae negotii, licet n. s., sed ad hoc, ut admittat q. t. vel non admittat, ut — Al. Io. Aliter istud exemplum reperiri secundum M.* (Martinum); *sed secundum Quosdam aliter, qui dicunt, idem esse in testibus, quod non placet Al.* (Alberico). *Sed dicit: si testis unius* (Cod. Cantabr.: *utrius*) *contradicat aliis testibus eiusdem, quod iudex debet sequi dicta plurium; si vero sint pares numero, tunc sequi debet fidem eorum, qui sunt digniores numero et in dignitate. Quid, si aequales sint numero et dignitate et in omnibus omnino concurrant? Tunc invicem sibi derogant, ut in Auth. de Testibus* (Nov. 90.) §. *Si vero quidam* (c. 3. in m.). *Idem erit, etsi a diversis partibus sint prolati et invicem sibi contradicant, hoc addito, ut si aequales sint numero, dignitate, quod iudex in liberalibus pronuntiat in libertate, in aliis autem caussis pro reo, quia favo-*

§. 139.

§. 140. m)

Quanam actione petendus sit iudex qui litem suam fecit.

Dicunt *Quidam*, quod iudex quandoque litem facit suam per inperitiam, quandoque dolo malo, et tunc tenebitur ex quasi maleficio, et tunc tenetur, in quantum religioni iudicantis aequum visum fuerit, ut in *Inst. de Oblig., quae ex contr. n.* n). Quandoque iudicando per dolum, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dicat. Nam dolo malo videtur facere, si evidens eius arguatur sordes vel gratia, et tunc tenetur ex maleficio actione, et quidem de dolo, condemnaturque in veram litis aestimationem, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Filius* (15.). *Pi.* o) (*Pillius*). *Alii* p) dicunt, quod convenitur actione in factum, dicentes: quamdiu superest alia, de dolo non datur. Ad hoc respondet *P.* (*Placentinus*) sic, quod de dolo dabitur, quia semper, ubi competit de dolo et in factum semper est q); ergo ibi nec in fidem personarum, nec idem, si verba sunt inperanda, de dolo dabitur. Praeterea *rabiliores sunt rei, quam actores, ut D. de Re iudic.* (42, 1.) *L. Inter pares* (38.). *In hoc idem erit instrumentis, quod in testibus, ut* (Cod. Cantabr.: *quod*) *si ab eodem duo instrumenta proferantur, unum publicum et aliud privatum, quae omnino contraria sint, quod credetur tantum publico instrumento.*

---

§. 139. *Hug.* §. 392. et §. 173. *Vet. Coll.* §. 35. et §. 81. *Rog.* §. 5. et §. 84. Haec quaesio corrupta est in Cod. Chis. Diversitatem lectionis ex eo adnotatam invenies ap. Hug. §. 392.

§. 140. *Hug.* §. 464 — 467. *Placentinus*, Summa Tit. C. de Poena iud. l. c. p. 350. et in Summa Tit. Inst. de Oblig., quae quasi ex del. *Azo* in Summa Tit. C. de Poena iud. l. c. fol. 220. Gloss. v. *Discriminis* L. 2. C. eod. Gloss. L. 6. D. de Extraord. cogn. Gloss. v. *Litem suam* pr. Inst. de Obl. quae quasi ex del. *Brunnemann* ad Tit. C. cit. l. c. p. 886. *Christinaeus* l. c. Vol. I. dec. 6. p. 7. Vol. IV. dec. 95. p. 135. *Walch* l. c. p. 746. sq. *Weber* v. d. nat. Verbindlichkeiten §. 12. p. 33. sqq. *v. Wening-Ingenheim* l. c. §. 331. T. II. p. 366. not. *q* et *r*. *Kritz* üb. die Culpa p. 112.

m) Haec §. ap. Hug. efficit quattuor §phos (464—467.). Sunt autem mendose scriptae.

n) Leg. *de Oblig., quae quasi ex del.* (4, 5.) *pr.*

o) Hug.: *Dicunt — suam propter inprudentiam — dolum quandoque in fraudem l. s. dixit* (deest *Nam*) *dolo — actione et quod dicitur de dolo, condemnatur in — P.* (Placentinus).

p) In v. *Alii* Hug. orditur §. 465.

q) In sequentibus mendum latet. Hug.: *Alii d., quod* (deest *conveni-tur*) *actio in factum, et tamdiu, quamdiu — datur et hoc arñ* (Cod. Cantabr.: *et haec arx.*) *P. sic: numquam de dolo d., q. s. ibi competit — semper* (deest v. *est*); *ergo* (deest *ibi*) *ne in fide personarum — sunt temperanda.*

sic arguitur: tenetur propter dolum malum suum etiam nulla alia actione, quam illa generali r).

An valeat sententia a iudice corrupto lata?

Item quum iudex sorde pecuniae corruptus iniustam sententiam fert, quaeritur, an sententia teneat? Respondent: tenet, quum non sit contra leges vel contra constitutiones expressim s) lata; tunc enim non valet, ut *D. de Appellat.* (49, 1, L.) *Si expressim* (19.), imo potius videtur contra ius litigatoris lata, licet hic id expressim non sit admittendum, quia tunc necessaria erat appellatio. Praeterea non videtur, quod adsumat probationis onus, ergo tenet. Nam si nullus laedatur, ad quid habet actionem de dolo, vel in factum condemnatur, quum ad interesse dantur hae actiones? Quum quis iniquum ius adversus aliquem statuit, alter adversus eum eodem iure utetur, et sic illud ius iniquum tenet et dicitur, iniquum ius imo cum effectu accipiendum est, quum statuit, quod communis iuris potest esse, ut *D. Quod quisque iuris* (2, 2.) *L.* 1. Sic argumentatur *P.* (*Placentinus*): aliqua t) actione tenetur is, qui pecunia corruptus iniustam protulit sententiam, ergo tenet sententia, quia iudicem dictum est actione teneri u).

§. 141.

Liceatne mulieri fundum dotalem distrahere?

Dominus *Guido* v) dicit, quod mulier semper distrahere potest fundum dotalem. *Alii* autem *Omnes* dicunt, quod non. *Guido* adhaeret illi x) regulae: „aliud est vendere, aliud

---

§. 141. *Hug.* §. 452, 266, 233. *Supra* §. 75.

r) Hug.: *malum* (deest *suum*) *et nulla* — *quam* (deest *illa*) *generali.*

s) Hug.: *corruptus iniustam sent. profert, quaeritur,* — *licet hoc expressim.*

t) In v. *aliqua* incipit §. 466. ap. Hug.

u) Omisimus sequentia, quae praeter modum fuse scripta sunt et nonnisi *Placentini* argumenta continent, qui iudicis male iudicantis sententiam valere censet. Aliorum glossatorum opiniones non proferuntur. Desinit in hac §pho Collectionis Chisianae pars prior. Alteram partem, quae nunc sequitur, XXXI §phos complectens, recentior manus scripsit.

v) Hug.: *R.* (Rogerius).

x) Hug.: *V.* (Hugo) *adhaeret illi.* (Cod. Cantabr.: *alii*). Cod. Chis. et hic et Supra: *Guido*. Suspicor, hanc diversitatem nominum in locis, ubi eiusdem glossatoris sententia profertur, ex siglis ortam esse, quae *Irnerium* significant.

vendenti *y*) consentire", et dicit, quod mulier potest fundum dotalem vendere, sed non potest vendenti *z*) consentire ipsum *a*) in *C. de Thesauris Lib. X.* (15.). *Alii* contra argumentantur: maritus *b*) non potest vendere fundum dotalem, etiam uxore consentiente *c*), ut *Inst. Quib. alien. lic. vel non* (2, 8.) *in pr.*, ergo nec ipsa mulier potest ipsum vendere, nam et qui potest vendere, potest et alienationi consentire, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *Cum quis* (165.). Sed mulier non potest alienationi fundi dotalis *d*) consentire, ergo non potest ipsum alienare. Item mulier non potest, quod minus est, scilicet consentire alienationi vel alienanti, ergo non potest, quod plus est, scilicet alienare; nam regula iuris est: „*Non debet, cui quod plus est, licet, quod minus est, non licere*" *e*), ut *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Non debet* (21.). Item, cui interdicta sunt minora, multo fortius et maiora, ut *D. de Interd. et rel.* (48, 22, L. 7, §. 32.). Sunt tamen casus speciales, in quibus cessat *L. Iulia* de fundo dotali *f*), ut *D. de Iur. dot.* (23, 3.) *L. fin.* et *D. de Fundo dotali* (23, 5.) *L.* 1.

§. 142.

An in caussa criminali inopia probationum rem iureiurando decidi oporteat?

A. (*Albericus*) dicit, etiam in criminalibus caussis inopia probationum rem esse decidendam per iusiurandum, ut *C. de*

§. 142. *Hug.* §. 188. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. de Reb. cred. l. c. p. 254. Gloss. v. *Agatur* L. 3, §. 1. D. de Iureiur. Casus et gloss.

Erat enim scriptum Y, ex quo fecerunt *V.* (cf. Infra §. 169. not. *r.*). Alii posuerunt *Ir.*, quod siglum ob similitudinem ab inperito librario mutatum est in siglum *R.* Alii nominis sonum sequuti scripserunt *Gu.* (Guarnerius. Cf. §. 160.), quo siglo qui hanc adpendicem adiecit librarius *Guidonem* intelligi putavit. Ex qua commutatione adpendicis aetas cognosci potest. Videtur enim librarius in mente habuisse *Guidonem de Suzaria*, nobilem sui temporis iurisconsultum, quem iam a. MCCLX. docuisse demonstrat *v. Savigny* l. c. T. V. p. 351.

y) In Cod. Par. om. v. *vendenti*. Cod. Bamb. add. *in heredem*.

z) Cf. *Supra* §. 108. *Hug.* §. 233.

a) Leg. *Consentire ipsa, ut in*, aut *cons. in alienationem*. Cod. Cantabr. et Stuttg.: *ipsius silentii*. Cod. Bamb.: *si le è*.

b) Hug.: *Alii c. et sic arg. et maritus*.

c) vv. *ipsum — consentiente* des. in Cod. Par.

d) vv. *Fundi dotalis* des. ap. Hug.

e) Hug.: *Non debet, quod p. est, cui licere, cui, quod minus est,* (om. *non*) *licet*.

f) Hug.: *Sunt* (om. *tamen*) *speciales, alias singulares, casus, in — de fundo* (om. *dotali*).

Reb. cred. et iurei. (4, 1.) L. In bonae (3.). Alii contra; adserunt enim, in criminibus ex suspicione neminem esse damnandum, ut D. de Poenis (48, 19.) L. Absentem (5.) Fortius g), nec actoris sacramento vel proprio est absolvendus, ut C. de Probationibus (4, 19.) L. ult. h).

§. 143.

An iusiurandum a iudice delatum referri possit?

Ia. (Iacobus), Pi. (Pillius), W. (Wilhelmus de Cabriano) dicunt, iusiurandum a solo iudice i) non posse referri, sed recusari et, si condemnatio sequatur, appellari, ut C. de Reb. cred. (4, 1.) L. Generaliter (12, §. 2.). Alii contra, et Omnes argumentantur ex eadem Lege k).

§. 144.

§. 145.

Quaeritur, si procurator vendiderit, an domino vel adversus dominum actio utilis dari debeat?

Guillermus (Wilhelmus de Cabriano) dicit, quod ex ven-

---

v. *Decidi oportet* L. 3. C. de Reb. cred. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 15. p. 16. sq. *Reinharth ad Christinaeum* Vol. III. obs. 3. p. 4. Vol. V. obs. 11. p. 21. *Glück* l. c. T. XII. p. 268, 387. sq.

§. 143. *Hug.* 193. *Pillius* de Ord. iud. Part. IV. cap. de Probatt. Gloss. v. *Vel referatur* L. 12, §. 1. C. de Reb. cred. Gloss. v. *Recusatum* et v. *Detulit* L. 12, §. 3. eod. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 23. p. 21.

§. 144. Quaestio mendis inquinata. Cf. Hug. §. 342., ubi diversitatem lectionis e Cod. Chis. adnotavimus.

§. 145. Huius et sequentis quaestionis nullum est vestigium ap. Hugolinum. Gloss. v. *Utili* et *Ex Emto L.* 13, §. 25. D. de Act. emt.

g) Leg. *Satius*. Cf. *L.* 5, (med.) *pr. D. de Poenis.*

h) Hug.: *Item differunt in e. T.* (C. 4, 1.) *L. In bonae fidei* (3.). *Dicit Iac̄.* (Iacobus), *etiam i. cr. c. i. pr. caussam dec. p. i., ut in L. ista* (C. 4, 1, 3.). *Alii contra sentiunt. Adserunt e., i. criminalibus* — *nec accusatoris sacr. v. proprio esse condemnandum vel absolvendum etc.*

i) Add. *delatum.*

k) Hug.: *Item differunt in ead. L.* (C. 4, 1, 12.) §. *Sin autem non rite* (2. in med.) *super illo verbo: „sive recusatum etc.“* (§. 3.). *Quidam dicunt, i. a s. i. delatum non — recusari, sed si c. s., poterit appellari, ut in L. ista Generaliter* (C. 4, 1, 12, §. 2. sq.). *M.* (Martinus) *et Alii c. et a. o. ex e. L. Item dissentiunt in eodem sacramento. Quidam enim appellant illud iudiciale sacramentum, quod a iudice defertur, cuius solius auctoritatem habet. Quidam dicunt, illud esse necessarium, quia non potest referri et omnes possunt argumentari ex D. eod. Tit.* (12, 2.).

ditione procuratoris utilis actio ad exemplum institoriae ex emto et vendito datur domino et contra dominum, ut *D. de Act. emt. et vend.* (19, 1.) *L. Iulianus* (13.) §. *Si procurator* (25.). Aliud [l] autem dicit de procuratore emtoris. Dicit enim, non adquirere; nam nec de evictione agit, nisi a procuratore sibi actio cessa sit, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Possessio* (49.) §. *ult. Pi.* (*Pillius*) autem dicit idem ius in utroque per *Legem* praedictam *D. de Act. emt. et vend.* (19, 1, 13, 25.).

§. 146.

Num pupillo aut minori, quorum pecunia tutor aut curator rem aliquam emerunt, optio sit, utrum rem an pecuniam petere velint?

Ia. (*Iacobus*) dicit, quod, quicumque de pecunia minoris emerit, datur pupillo vel adulto electio petendi vel rem vel pecuniam; sed *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) contra. Dicit enim, hanc ita demum electionem minori concedendam, si tutor vel curator emerit. Idem dicit in ecclesia, quum oeconomus emit.

§. 147.

Quid faciendum sit venditori, si vinum statuto tempore non est avectum?

Quidam dicunt, hoc esse consilium, quod dicitur, scilicet venditorem vini debere vasa conducere, nisi advehatur [m]) statuto tempore. **Quidam** vero dicunt, venditorem ad hoc ex necessitate teneri, scilicet ut vasa conducat si potest prius, quam vinum effundat; cogitur enim quis alienum negotium

---

et vend. *Glück* l. c. T. XVII. p. 211. *Mühlenbruch* l. c. p. 130. sq. p. 75. sqq.

§. 146. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. Arbitr. tut. l. c. p. 433.; ad L. 21. C. de Probat. l. c. p. 285.; ad L. 8. de Rei vind. l. c. p. 222. Gloss. v. *Utilis actio* L. 2. D. de Procur. Gloss. v. *Inplebit* L. 3. C. Arbitr. tut. Gloss. v. *Res fuerit* L. 7. D. Qui pot. in pign. Gloss. v. *Obligatae sunt* L. 6. C. de Servo pign. dato. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. cit. l. c. fol. 321 b. *Brunnemann* ad L. 3. C. cit. l. c. p. 628. *Glück* l. c. T. VIII. p. 159. sqq. T. XIX. p. 47—56. *v. Buchholtz* Vers. l. c. p. 203. sqq.

§. 147. *Hug.* §. 408. Casus L. 1. D. de Peric. et comm. rei vend. Gloss. v. *Commodius* L. 1. §. 3. cit.

l) An *Al.* (Albericus)? m) Leg. *avehatur.*

gerere quandoque tamquam suum, ut *D. de Solut.* (46, 3.) *L.* 1. *C. de Doli Si quis ar* n) et *D. de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Si mihi* (110.), et quum illud merum ius sit, hoc aequitas dictat. Sed quum nemo cogitur invitus alienum negotium gerere, consilium hoc esse intelligo, ut *Infra eod.* (18, 6.) *L. Lectos* (12.) et *C. Depositi* (4, 34.) *L. ult.*; nisi quum obstrictus sit hoc facere aliquo praecedente pacto, ut in societate, ut *D. Pro socio* (17, 2.) *L. Verum* (63.) §. *Si quum* (5.) et *D. ad L. Aquil.* (9, 2, L.) *Quintus* o) (39.).

§. 148.

An ecclesia ad iudicium communi dividundo provocare possit?

Ia. (*Iacobus*) dicit, ecclesiam ad iudicium communi dividundo posse provocari, sed non provocare, nisi inter se duae ecclesiae. Contra *Ot.* (*Otto Papiensis*).

§. 149.

An actor instrumentorum editionem a reo petere possit?

Ia. (*Iacobus*) dicit, quod numquam potest compellere reum, ad actionem fundandam ut suas exhibeat rationes. Sed *Alii* contra p), ut *D. eod.* q) (2, 13, L.) *Is qui* r) §. *ult.*

---

§. 148. Gloss. v. *Communione* L. 5. C. Comm. divid. Ap. Hug. om. haec quaestio.

§. 149. Haec quaestio bis exhibetur ap. *Hug.* §. 7, 370.

n) Leg. *C. de Donat.* (8, 54. *L. Si quis argentum* (35.).

o) Hug.: *Quidam — dicitur in D. de Peric. et comm. rei vend.* (18, 6.) *L.* (1, §. 3.) *venditorem curare debere — nisi vinum advehatur st. t. Quidam enim dicunt, perinde venditorem — vinum* (Cod. Par.: *minimum*) *effundat et ad hoc arg. est D. eod.* (18, 6.) *L. Si per emtorem* (5.), *cogitur — L.* 1. *etc., alias de Pact.* (*dot.* C. 5, 14, 8.) *et de Donat.* (C. 8, 54, L.) *Si quis arg.* (35.) — *illud, scil. vinum effundendum sit, de iure stricto videtur esse dictum, hoc, scil. vasa conducere, aequitas dictat — hoc* (abest v. *esse*) *intelligo ego al' XXV, ut D. de Peric. et comm. rei vend.* (18, 6.) *L. Lectos* (12.) — *L. fin., nisi q. o. est hoc etc.* Sensum vv. *al'. XXV* adsequi non possumus. Sine dubio ibi latet nomen glossatoris cuiusdam, fortasse *Alberici.*

p) Hug.: *Pla.* (Placentinus), *Al.* (Albericus) *et Io.* (Ioannes) *dicunt, q. n. actor potest c. r., ad act. fundandam ut suas sibi exhibeat actiones. Alii vero contra.*

q) v. *eod.* docet, hanc quaestionem mutilam esse, aut aliam praecessise, quae nunc desideratur.

r) Hug.: *ut D. de Edendo* (2, 13.) *L. Si quis* (6.) §. *Rationem* (3.).

§. 150.

An mutata ab actore actione reo denuo tempus ad deliberandum concedatur?

Iač. (*Iacobus*) dicit, quod si actor editam prius actionem prorsus mutaverit, reus non compellitur postea respondere, nisi de novo ei tempus ad deliberandum detur. Sed *Alii* dicunt, quod respondebit *rr*), actor tamen ex hoc edicto ad interesse reum conveniet.

§. 151.

Quando reus actioni respondere debeat?

Iac. *s*) (*Iacobus*) dicit, quod, nisi actor actionem ediderit, reus respondere non compellitur. Sed *Ott.* *ss*) (*Otto Papiensis*) contra.

§. 152.

De litis renuntiatione t).

B. (*Bulgarus*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) dicunt, quod si actor liti renuntiaverit, sive in iudicio sive extra, sive adversario absente sive praesente, recte valet renuntiatio, nec amplius potest venire contra. *M.* (*Martinus*) contra; dicit enim, quod non praeiudicat nisi in iure. Item differunt in *eadem Lege* (C. 2, 3, 4.). *P.* (*Placentinus*) enim dicit, quod hoc admittatur tacitum pactum propter odium litis. Sed *Ot.* (*Otto Papiensis*) contra. *Ego* autem distinguo *tt*).

---

§. 150. *Hug.* §. 6. *Pillius* de Ord. iud. P. I. cap. An actor sit cogendus eligere actionem? *Placentinus* in Summa Tit. C. de Edendo l. c. p. 38. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. §. 27. p. 59. *Hug.* Dist. XIII. in Adc. II. §. 2. Gloss. v. *Perpetui* L. 3. C. de Edendo. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. cit.

§. 151. *Hug.* §. 6, not. *h*.

§. 152. *Hug.* §. 9. *Azo* in Summa Tit. C. de Pact. et in Lect. ad L. 4. C. eod. l. c. p. 65. Gloss. v. *Renuntiasti* L. 4. C. de Pactis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. C. de Pact. l. c. fol. 64ᵃ. *Giphanii* explan. L. 4. C. de Pactis, p. 38.

rr) Hug.: *Placentinus dicit — nisi detur ei t. ad d. Sed a. d., quod debet respondere, si actione in factum, quae descendit ex h. e., ad interesse convenitur etc.* In gloss. et ap. Hug. in Dist. XIII. cit. commemoratur *B.* (Bulgarus).

s) Hug.: *Placentinus.*

ss) Hug.: *Aldricus.*

t) Ita Cod. Cantabr.

tt) Hug.: *Item differunt in illa L. C. de Pactis* (2, 3.) *Postquam* (4.). *Dominus enim B. — extra iudicium,* (deest *sive*) *adversario a. vel praesente valet — contra. Caz.* (*Cacciavillanus. v. Savigny* l. c. T. V. p. 70.) *idem.*

§. 153.

Res iudicata, an communi partium pacto instaurari possit?

Iac. (*Iacobus*) dicit, quod res iudicata ex communi pacto potest restaurari, sicut et transactio, ut *C. de Transact.* (2, 4, L.) *Si diversa* (14.) et *L. ult.* Sed *Ot.* (*Otto Papiensis*) contra *u*).

§. 154.

§. 155.

De Const. „Si quis in tantam“ et num invasor dominio ipso iure privetur?

Plac. (*Placentinus*) dicit, constitutionem, *Si quis in tantam* (C. 8, 4, 7.) non habere locum, ubi interdictum unde vi vel vi bonorum raptorum actio locum habet. Sed *Ot.* (*Otto*

---

§. 153. *Hug.* §. 17. *Placentinus* in Summa C. de Transact. l. c. p. 48. *Azo* in Lect. ad L. 14. C. eod. p. 81. Gloss. v. *Agi* L. 14. C. cit. *Giphanius* explan. L. 14. C. de Transact. p. 56. *Glück* l. c. T. V. p. 76. not. 18.

§. 154. *Hug.* §. 377. c. f. not. *k*.

§. 155. *Hug.* §. 347, 348. *Placentinus* in Summa Tit. C. Unde vi l. c. p. 375. *Azo* in Summa Tit. C. cit. fol. 232 b. et in Lect. ad L. 7. C. eod. l. c. p. 617. *Hug.* Dist. CXXXVI. in Adc. II. §. 28. *Roffredus*, Ord. iud. Part. VIII. de Const. Si quis in tant. n. 76. l. c. p. 488., n. 33. p. 483. Gloss. v. *Earumdem rerum* L. 7. C. Unde vi. Gloss. v. *Non habuit* L. 13. D. Quod met. cau. *Odofredus* in Lect. sup. L. 13. D. cit. l. c. fol. 153. sq. et sup. L. 7. C. cit. l. c. p. 483 b. sq., qui praeterea in Lect. sup. L. 7. C. cit. fol. 481 b. ita loquitur: „*Circa quam constitutionem — infinitas formabimus questiones. ut dixi. Nicolaus fur. hic scripsit. CXCVII. questiones. rusticitatem fecit quare non invenit tres et essent. C.* (leg. CC) §. *Or segnori dominus Ioannes commentavit legem istam in duobus locis. ipse commentavit eam in casibus domini Guillielmi in quibus fecit additiones suas. et commentavit eam in commento huius libri: sive Nicolaus Furiosns post eum. et scripsit hic bene. C. et. XL. questiones. et subiiciam illas questiones quas credam meliores.*

M. vero dicit, — nisi facta sit in iure, quod dicunt Quidam verum esse, sive expressim sive tacite renuntiatum sit. Tacite, puta, quia lis duravit per triennium. Sed dominus Iob. (Ioannes Bassianus) *et Azo dicunt contra, qui dicunt, tunc non nocere, nisi in iudicii instantia, arg. C. de Praescript. XXX vel XL ann.* (7, 39.) *L. Saepe* (9.) et *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L. Properandum* (13.) *circa finem. Secundum Azonem.*

u) Hug.: *Placentinus dicit — restaurari* (om. *sicut et transactio*), *ut — diversa* (om. *et L. ult. Sed.*) *Odericus* (Cod. Stuttg.: *Aldericus*) *et Y.* (Irnerius) *contra.*

Papiensis) et *Alii* contra. Item dicit, quod non privatur ipso iure dominio, quod sua auctoritate possessionem occuparit, sed amittere debet per sententiam. *Alii* contra *uu*).

§. 156.

Quomodo succedat institutus, si conditio institutionis potestativa vel mixta casu defecerit.

Martinus dicit, quod si aliquis instituatur sub conditione potestativa vel mixta et ea per casum fortuitum inpedita fuerit, qualiscumque fuerit, etiamsi proximior, ex testamento succedit, ut *C. de Instit. et substit.* (6, 25.) *L.* 1. et *D. de Condit. instit.* (28, 7.) *L. Quae sub* (8.) §. *Quoties* (6.). *V.* (*Hugo*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) contra dicunt, extraneum ex testamento quidem succedere, at consanguineum ab intestato, quia contra eius vitium rumpitur testamentum *v*).

§. 157.

§. 158.

Quando committatur stipulatio poenalis, quae e conditione pendet?

Ia. x) (*Iacobus*) dicit, quod si poenalis stipulatio incipiat a conditione, sive potestativa sive casuali, tunc demum committitur, quum desierit posse dari, ut *D. de Verb. oblig.* (45, 1.)

---

§. 156. *Hug.* §. 284. *Azo* in Lect. ad L. 1. et 4. C. de Inst. et subst. l. c. p. 487. sq. Gloss. v. *Et ideo* L. 4. C. eod.

§. 157. *Hug.* §. 12.

§. 158. *Hug.* §. 11, 355, 369. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Pact. l. c. p. 44. *Azo* in Summa Tit. C. cit. et in Summa Tit. C. de Contr. stip. l. c. fol. 244.; in Lect. ad L. 14. C. de Pact. l. c. p. 71. et ad L. 5. C. de Contrah. stip. l. c. p. 646. Hug. Dist. XVI. in Adc. II. §. 4. *Infra* in Adc. III. §. 15. Gloss. v. *Spondes* L. 115, §. 2. D. de Verb. obl. Gloss. v. *Exceptione* L. 8. D. Si quis caut. *Odofredus* in Lect. sup. L. 14. C. cit. l. c. fol. 71ᵃ. et sup. L. 8. D. Si quis caut. l. c. fol. 60ᵇ. sq.

uu) Hug.: *Placent*(inus) — *habet. Al'. Sed Al.* (Albericus) *et Alder.* (Aldricus) *et Alii — dicit P.* (Placentinus), *quod — sua actione primo occupavit, s. a. d. p. sententiam et in hoc cum eo sentit Al.* (Albericus) *et Io.* (Ioannes) *et Az.* (Azo). *Quidam tamen contra, ut dominus V.* (Hugo).

v) Hug.: *Item differunt in ead. L.* (C. 6, 25, 4.) *Dicit M. — et eam per c. f. fu. inpeditus, adinplere, qualiscumque — sub modo*, §. *Quoties* (om. *V. et*) *W. contra et dicit, extraneum ex t. s., cons. autem ab int., quia propter eius v. r. t.*

x) Hug.: *Plac.* (Placentinus). Gloss. v. *Spondes: Io.* (Ioannes).

L. Ita stipulatus (115.) §. *Item si quis* (2.). *Alii* vero distinguunt *y*), pendeat conditio ex facto promittentis, aut ex insidiis fortunae. Si enim ex facto promittentis conditio pendeat *z*), dicunt, statim committi, ut *D. de Actionibus et obligat.* (44, 7.) *L. Obligationum* (44.) §. *ult.* In alio casu conveniunt cum *P.* (*Placentino*) *a*).

§. 159.

An is, qui prohibente domino negotia gessit, actionem negotiorum gestorum utilem pro expensis habeat?

Aldericus et *Plac.* (*Placentinus*) et *Ot.* (*Otto Papiensis*) dicunt *b*), quod, si post domini prohibitionem quis negotium gessit, etiam utiliter, nec directam nec utilem habet actionem de inpensis, ut *C. de Negotiis gestis* (2, 19.) *L. ult.* et *D. Mandati* (17, 1, L.) *Si pro te* (40.) et *D. Communi dividundo* (10, 3, L.) *In hoc iudicium* (14, med. §. 1.). *Alii* vero ex *c*) aequitate utilem indulgent ad instar illius, qui animo depraedandi adcessit ad alienum negotium gerendum, ut *D. eod. tit.* (3, 5.) *L. Si pupilli* (6, §. 3. et 4.).

§. 160.

Usucapione rei mobilis oppignoratae actionem hypothecariam non exstingui.

Garnerius *d*) dicit, quod re mobili usucapta non removetur creditor ab hypothecaria spatio longi temporis, ut *C.*

---

§. 159. *Hug.* §. 35. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Neg. gest. l. c. p. 63. *Azo* in f. Summae Tit. C. de Neg. gest. fol. 29[b]. et in Lect. ad L. ult. C. eod. l. c. p. 114. Gloss. v. *Non consentio* L. 40. D. Mandati. Casus et gloss. v. *Currentem* L. ult. C. de Neg. gest. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. de Neg. gest. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 112. n. 11. et dec. 113. n. 5. sq. p. 124. et p. 125. *Glück* l. c. T. V. p. 338. sqq.

§. 160. *Hug.* §. 351. c. f. *Supra* §. 100. not. *x.* i. f. *Azo* in Lect. ad L. 7. C. de Pign. l. c. p. 626. et ad L. 1. C. Si adv. cred. l. c. p. 573. Gloss. v. *Incumbant* L. 1. C. Si advers. cred. Gloss. *v. Usucapio* L. 7. C. de Pignor. *Odofredus* in Lect. sup. L. 7. C. cit. l. c. p. 490[a]. *Giphanius*, explan. L. 7. C. cit. l. c. p. 324. sqq. *Brun-*

y) Hug.: *Alii vero contra et distinguunt.*

z) vv. *conditio pendeat* des. ap. Hug.

a) Hug.: *casu cum P. consentiunt.* In gloss. commemoratur. *Azo.*

b) Hug.: *Placentinus et Odericus, Bul. et Iob.*

c) Hug.: *Alii, ut M., ex.*

d) v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 13. Inscriptio §phi exstat in Cod. Cantabr.

de Pignor. (8, 14, L.) *Usucapio* (7.). Sed *Bul.* (*Bulgarus*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) contra, ut *C. Si advers. cred.* (7, 36.) *L.* 1. et 2. Sed *Y.* (*Irnerius*) dicit, quod *Leges* illae loquuntur de rebus inmobilibus e).

§. 161.

Actio quod metus caussa an competat ei, qui sponte solvit, quod metu promiserat?

Bul. (*Bulgarus*) et *P.* (*Placentinus*) dicunt, quod, si quis metu coactus promisit et non coactus solvit, non repetet, etiamsi probare velit, et metum sibi in promissione inlatum, ut *C. Quod met. caussa* (2, 20.) *L.* 2. f).

§. 162.

An iudex, si quid ab advocato minus dictum fuerit, id supplere possit?

Iac. g) (*Iacobus*) dicit, quod, si advocati minu sdixerint, iudex supplere debet tam de facto, quam de iure. *Alii* de facto tantum.

---

nemann ad L. 7. C. cit. p. 958. *Glück* l. c. T. XIX. p. 445. sq. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 280. sq.

§. 161. *Hug.* §. 34. *Placentinus* in Summa Tit. C. de His, quae vi metusve cau. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 30 a. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 116. Gloss. v. *Non potest* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Ex ea stipulatione* L. 7. D. de Cond. ob turp. cau. Gloss. v. *Solveris* et v. *Repetere* L. penult. D. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. fol. 102 b. *Brunnemann* ad L. 2. C. cit. l. c. p. 173. *Fachineus* l. c. Lib. X. c. 16. p. 802. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 393. n. 34.

§. 162. *Hug.* §. 24.

e) Hug.: *Dicit dominus Y.* (Irnerius. Cod. Cantabr.: Yr.) *quod — temporis, ut puta, si usucaptor, inpleta possessione, spatio X vel XX annorum rem tenuit, quia nec reperitur, quod praescriptio longi temporis locum habet in re mobili, imo dicitur contrarium, ut Supra Ex quib. cau. cess. longi temp. praescr.* (7, 34.) *L.* 1. *et C. de Pignor.* (8, 14.) *L. Usuc.* (7.). *Sed B. et V.* (Hugo) *contra — illas locum habere in r. mobilibus, cui etiam Iob.* (Ioannes Bassianus) *contradicit, dicens, non debere isti, qui usucepit, nocere, quod dominus factus est* (Gloss. v. *Incumbunt: q. breviori tempore f. est dom.*), *unde perinde debet currere, ac si dominus factus esset, non arg. D. de Capt. et postl. rev.* (49, 15.) *L. In bello* (12.) §. *Si quis servum* (7.), *et de hac materia bene notavi C. Si adv. cred.* (7, 36.) *L.* 1. *Idem dicit Azo contra.* Omnes codices: *non arg.* Vv. *L. illas — contradicit* bis scripta sunt in Cod. Par.

f) Dissentientium glossatorum opiniones non exponuntur. Glossa mentionem facit *Py.* (Pillii), *Azonis* et *Al.* (Alberici).

g) Hug.: *Placentinus dicit.*

§. 163.

De remedio L. ult. C. de Fideicomm.

Differunt in *C. de Fideic.* (6, 42.) *L. ult.* Dicunt enim *M.* (*Martinus*) et *Pi.* (*Pillius*), quod *Lex* illa loquitur, quando heres perfidia tentus ab initio negavit relictum, sed postea ad iuris sollemnitatem decurrit. *B.* (*Bulgarus*), *P.* (*Placentinus*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) contra. Dicunt enim, hoc quandocumque valere. *Yr.* (*Irnerius*) idem et dicit hoc speciale esse in fideicommisso, ut ex minus perfecta voluntate debeatur. Item differunt in *eadem Lege.* Dicit enim *Io. B.* (*Ioannes Bassianus*), hoc de directa actione locum habere non posse. Item *P.* (*Placentinus*) et *Ot.* (*Otto Papiensis*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) dicunt, quod hoc sacramentum non potest referri ad instar illius, quod furi defertur; sed *Quidam* contra. Item *Iob.* dicit, hoc iusiurandum non cogendum heredem praestare, nisi pro actore faciat praesumtio. *Ego* contra. Dico enim, illud iudiciale sacramentum esse intelligendum, non, quum a parte defertur parti [h]).

---

§. 163. *Hug.* §. 292. et 456. Gloss. v. *Subire* L. ult. C. de Fideic. Gloss. v. *Non potes* L. 23. C. eod. Gloss. v. *Solvere cogendus est* §. fin. Inst. de Fideic. her. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. de Fideic. l. c. fol. 407ª. *Brunnemann* ad L. ult. C. de Fideic. l. c. p. 769. *Harpprechti* diss., remed. L. ult. C. de Fideicommissis. 1768. 4. c. II. n. 119. sqq. in *eiusd.* Dissert. acad. Vol. II. p. 35. sqq. *L. L. G. Süptitz* üb. d. Beweis eines dem Fiduciar vom Testirer mündlich auferlegten Fideicommisses etc. Helmst. 1804. 8. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 411. n. 33.

h) Hug.: *Differunt — Mar., Py.* (Pillius), *Al.* (Albericus) *et Iob.* (Ioannes Bassianus), *quod — recurrit, cum quibus et Azo sentit, et quod dicitur in Lege illa* (6, 42, L. ult.): „*necesse habere heredem vel* (legatarium seu fideicommissarium) *sacramentum subire*“, *hoc verum esse, et dicit ipse, quum heres ab initio negat, legatum vel fideicommissum esse relictum. Nam tunc certo certius est, quod non poterit decurrere ad iuris subtilitatem, dicendo postea: vere legatum vel fideicommissum est relictum, sed tamen in minus sollemni voluntate; imo satisfacere vel iurare necesse habebit, ut Lex ipsa dicit. Bul. et U.* (Hugo) *et Plac. et W. — enim, quod, postquam heres confitetur, fideicommissum a se relictum esse, omnimodo habet necesse praestare* (Cod. Stuttg.: *probare*), *sive negaverint* (leg. *negaverit*) *prius, sive non; nec poterit postea dicere, voluntatem esse minus perfectam.* (Cod. Par.: *inperfectam*) *Y.* (Cod. Bamb.: *Yr.*) *vero dicit idem et — Item dicit Plac. et V.* (Hugo), *quod — referri vel recusari ad — defertur vel refertur, ut D. Rer. amot.* (25, 2.) *L. Marcellus* (11.) § *ult. Sed Quidam contra. W.* (Wilhelmus de Cabriano) *vero distin-*

§. 164.

Caussa ad alium iudicem translata an iterum de calumnia iurandum sit?

Iac. (*Iacobus*) dicit, quod caussa translata ad [i]) iudicem, scilicet per appellationem vel per prioris iudicis mortem, non sit iurandum de calumnia, quia sufficit semel iurasse. Secus, si caussa post triennium excursum iterum agatur, tunc ***** [k]) iuratur, quia alia caussa est. *Çy.* (*Cyprianus*) contra dicit, in omnibus supra dictis casibus iterum iurandum, ut *D. de Damno inf.* (39, 2, L.) *Qui bona* (13, §. 12.). *Ego* autem dico, quod in duobus casibus primis [l]) hoc solum iurandum est, scilicet quod nihil dabunt iudicibus etc., ut in *Auth.*, *Ut litigantes iurent* (Nov. 124.) in *pr.*

§. 165.

De iureiurando propter calumniam in caussa filiifamilias et orphani.

Item dicunt, quod in caussa filiifamilias maioris [m]) et orphani uterque de calumnia iurabit, scilicet pater et filius, orphanotrophus et orphanus. *Pi.* (*Pillius*) et *Ego* contra.

§. 166.

Quomodo in caussa universitatis de calumnia iuretur?

Item dicunt, quod in caussa universitatis maior pars et idoneior [mm]) debet iurare, ut *C.* (2, 59.) *L.* 2, §. *penult. Pi.* (*Pillius*). *Ego* autem dico, quod universitatis praesides iurare sufficit, praesente universitate vel parte maiore vel idoneiore, arg. *D. ad Municipalem* (50, 1.) *L. Municipes* (14.) et *D. de Condit. et demonstr.* (35, 1.) *L. Municipibus* (97.).

---

§. 164. *Hug.* §. 86.
§. 165. *Hug.* §. 63.
§. 166. *Hug.* §. 75.

guit, utrum testator voluerit iure testari, in quo casu poterit heres ad sollemnitatem iuris decurrere, an noluit testari, et tunc discurrendum est ad sacramentum heredis, ut in praedicta L. ult. dicitur. Item dicit Iac., heredem h. sacramentum n. c. pr. Py. (Pillius) *contra et* dicit, *sacramento iudiciali hoc esse int. et non, ubi def. a. p. p., ut hic.*

i) Add. *alium.*

k) Add. *de calumnia.*

l) Hic permulta desunt.

m) Leg. *minoris.*

mm) Ita et hic et ap. Hug.

§. 167.

An procurator pro domino iuret?

Iac. (*Iacobus*) dicit, quod in nullo casu procurator pro domino iurat. *Cy.* (*Cyprianus*) dicit, in caussa damni infecti hoc esse speciale, quod *Mihi* placet, quia mora periculum adlatura est, et quia non de hoc sacramento ibi agat, per quod lis initiatur.

§. 168.

An bonae fidei possessor fructus naturales suos faciat?

Pi. (*Pillius*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) dicunt, bonae fidei possessorem sive cum titulo sive sine titulo, fructus naturales suos non facere, sed ad dominum soli pertinere, ut *D. de Usuris* (22, 1.) *L. Fructus* (45.); et quod dicitur *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1, L.) *Bonae fidei possessor* (48.) *n*), quod omnes fructus suos facit, intelligendum est ex sua alteriusve cultura provenientes. *Placentinus* autem dicit, quod etiam naturales fiunt bonae fidei possessoris cum titulo, non eius, qui non habet titulum vel talem, qui habeatur pro non titulo, ut *D. de Usuris et fruct.* (22, 45, L.), ut sic plus iuris habeat bonae fidei possessor cum titulo. *Alii* dicunt, quod bonae fidei possessor titulum habens non lucrativum, omnes fructus suos facit, etiam naturales; habens vero lucrativum, tantum industriales, et quod dicitur *D. de Usuris* (22, 1.) *L. Fructus* (45.), quod naturales nullius bonae fidei possessoris fiunt, subauditur „similis superiori", ut sic habens titulum non lucrativum potior sit, quam lucrativum ha-

---

§. 167. Haec quaestio deest ap. Hug., sed cf. *Hug.* §. 70, 71. *Supra* §. 10.

§. 168. *Hug.* §. 174, 417. Haec quaestio bis exhibetur ap. Hugolinum. *Placentinus* de Variet. act. Lib. I. *Azo* in Lect. ad L. 22. C. de Rei vind. p. 227. et in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 61 b. *Hug.* Dist. LXXII. Gloss. v. *Sed omnes* L. 48. D. de Adq. rer. dom. Gloss. v. *Bonae fidei* L. 45. D. de Usur. Gloss. v. *Non habendam* L. 35, pr. D. de Rei vind. Gloss. v. *Bonae fidei* L. 22. C. eod. Gloss. v. *Fructus* §. 35. Inst. de Rer. div. *Odofredus* in Lect. sup. L. 22. C. cit. l. c. fol. 185 a. *Brunnemann* ad L. 22. C. eod. p. 290. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 57. p. 45. *de Cocceii* l. c. Lib. VI. T. I. qu. 8. T. I. p. 466. sq. (ed. *Emminghaus* T. I. p. 501. sq.). *Walch* l. c. p. 130. sq. (ed. IV. p. 173. sq.). *Glück* l. c. T. VIII. p. 282. sq., p. 288. sq.

n) Edd.: *Bonae f. emtor.*

bens, ut et alias in multis, ut *D. Quae in fraud. credit.* (42, 8, L.) *Quod autem* (6.) §. *Si quid* (10.) et *D. de Doli except.* (44, 4.) *L. Apud* (4.) §. *Si quis autem* (29.) o).

§. 169.

De occupatione ferae bestiae.

Bul. (*Bulgarus*) dicit, quod aper, qui incidit in laqueum, non antea intelligitur tuus, quam eum adprehendas vel adprehendi potestatem habeas, scilicet per oculorum subiectionem p) et adfectum possidendi. Idem *R.* (*Rogerius*). *Ugo* (*Hugo*) vero dicit, quod statim intelligimus q), quum diutius luctando se non valeat expedire, ut *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) L. *In laqueum* (55.) r).

§. 170.

§. 171.

§. 169. *Hug.* §. 427. Gloss. v. *Meam potestatem* L. 55. D. de Adq. rer. dom. Gloss. v. *Quod verius est* L. 5, §. 1. D. eod. *Walch* l. c. p. 119. sqq. (ed. IV. p. 159. sq.). *v. Savigny*, d. Recht d. Besitzes, p. 207. sq., 358. *Eiusd.* Gesch. d. Röm. Rechts. T. IV. p. 84. p. 429. n. 15.

§. 170. *Hug.* §. 364. *Vet. Coll.* §. 58. *Rog.* §. 29.

§. 171. *Hug.* §. 366. *Vet. Coll.* §. 59. *Rog.* §. 29.

o) Hug.: *Item differunt in ead. L.* (C. 3, 32, 22.), *utrum b. f. possessor fructus nat. faciat suos, sive c. t. sit s. s. t., quod V.* (Hugo) *negat et dicit, tales fructus ad d. pertinere.* (§. 417.: *Dicit dominus V.* (Hugo), *b. f. p. etc.*) — *L. Fructus. Sed videtur contra D. — possessor. Ibi enim dicitur, quod — facit. Sed ipse respondet, quod illud est intelligendum de fructibus sua et alterius cura provenientibus. Pla. — cum titulo tantum, non sine titulo vel eius, qui talem habet, qui habeatur — habeat titulum habens. Alii — lucrativum, nonnisi industriales — quam qui habeat lucrativum, ut et alias etc.*

p) Leg. *inspectionem.* Vid. gloss. cit.

q) Cum Hugone consentit *M.* (Martinus) et *H.* in gloss. cit., ubi praeterea *Azonis* sententia exponitur. *Intelligimus*, leg. *intelligitur tuus.*

r) Hug.: *Bulg. dicit, aper — quam si eum adprehenderis — subiectione effectum possessionis. V. et Y.* (Irnerius. Cod. Cantabr. *V. et V.*) *vero dicunt: intelligitur tuus, quum — laqueum. Al.* (Albericus) *et Alii vero contra dicunt, quod, ex quo desiit in conspectu habere, amittit possessionem, sive longe se absentaverit sive non. Iob.* (Ioannes Bassianus) *secundum Alb'* (Albericum). De siglis *V.*, *Y.* cf. *Supra* §. 114, not. *b. Hug.* §. 238, §. 204. et 397., §. 409., §. 423., §. 427. et *Praefatio, c. III.*

HUGOLINI DISSENSIONES DOMINORUM.

NUNC PRIMUM EDITAE.

PRAEFATIO[a].

En [b]) ego succincte tamquam brevitatis amator
    Hic breviter studui dogmata magna dare.
Ut brevitas operis det, posse [c]) placere modernis [d])!
En ego grata satis rudibus documenta ministrans,
    Nullius arbitrio scripta relata dabo.
Ipsum se commendet opus pretiosaque semper
    Auctori faciat munera ferre suo.
Et si mixta bonis aliquis probus [e]) inproba noscat,
    Recta probet, caute reproba corripiat.
Nam nihil ex omni [f]) perfecte parte notatur
    Rebus in humanis, hoc Deus unus habet.
Invide latrator, moneo, iam reprime cassos
    Et veritos animos ad mea vota tuos!
Perlege doctrinae gratissima semina nostrae,
    Quis potes ex nimia commoditate frui;
Et tibi non modicum quum carpseris utilitatis,
    Reiicias cunctos invidiae stimulos.

---

a) Haec praefatio exstat in Cod. Cantabr., Par., et Bamb.

b) Cod. Cantabr.: *Nunc*. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 230, not. 35.

c) Cod. Bamb.: *de posse*.

d) H. l. exc. versus in Codd.; v. *En* deest in Cod. Par.

e) Cod. Cantabr.: *probet*. Cod. Par.: *an quis probus*.

f) Cod. Bamb.: *Nam nihil coī*, i. e. *communi*.

INCIPIUNT

DIVERSITATES SIVE DISSENSIONES [ff] DOMINORUM

SUPER TOTO CORPORE IURIS CIVILIS [g]) PER DOMINUM

HUGOLINUM [h]).

---

§. 1.

C. de Sacrosanctis ecclesiis (1, 2.) *L. Ut inter divinum* (23.) [i]).

§. 2.

C. de Precibus imperatori offerendis (I, 19, 4.) [k]).

Valeatne rescriptum, quo debitor dilationem solutionis, fideiussione super debiti solutione non praebita, inpetravit?

Dissentiunt in rescripto dato super dilatione praestanda. Dicit dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), quod, etiamsi non praestiterit [l]) fideiussionem tempore dationis privilegii, si tamen postea praestet, quod valeat rescriptum. Sed *Alii* [ll]) contra argumentantur ex verbo *L.* (4.), scilicet „*non aliter valeat etc.*“, quod *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) intelligit: „id est, non aliter sortiatur effectum“ [m]). Secundum *Azonem.*

---

§. 1. *Vet. Coll.* §. 65. *Rog.* §. 36. *Cod. Chis.* §. 122.

§. 2. *Azo* in Lect. ad L. 4. C. cit. l. c. §. 16. p. 49. Casus et gloss. v. *Valeant* et v. *Praebeatur* L. 4. C. de Prec. imp. off. *Odofredus* in Summa sup. L. 4. C. cit. l. c. fol. 48ᵃ.

ff) Cf. *Vett. Coll.* p. 3., not. *a.*, *Rogerius* p. 73, not. *a.*

g) v. *Savigny* l. c. T. III. p. 478, not. 131.

h) vv. *per dominum Hugolinum* exstant in solo Cod. Par. Cf. v. *Savigny* l. c. T. V. p. 229.

i) Inscriptio §phi deest in omnibus Codicibus, praeter Par.

k) Cod. Bamb.: *Eodem t. l. I. et ult. C. de pr. etc.*, mendose.

l) Sc. *debitor.*

ll) Velut *P.* (Placentinus. Ed. Frad.: *Pe.*) in gloss. v. *Praebeatur.*

m) Cf. gloss. v. *Valeant.*

§. 3.

C. de Adsessoribus (I, 51, L. ult.).

§. 4.

C. de Iuris et facti ignorantia (I, 18, L.) *Quum testamentum* (8.).

Si is, qui ab intestato successit, libertos ex testamento per errorem professus fuerit n).

Dissentiunt *M.* (*Martinus*) nn) in quadam *L. C. de Iuris et facti ignorantia* (I, 18.) *Quum testamentum* (8.), ubi dicit: „*Quod si testamentum nullo iure constitit, ex sola professione per errorem facta eius, qui succedit ab intestato, profitentis libertos ipsius esse, quum nullum praecesserit iudicium defuncti, non posse constitui libertos proprios vel orcinos.*“ Si ergo non per errorem professus fuerit eos liberos, argumentabatur *Iac.* (*Iacobus*), tacito pacto eos se posse in libertate tueri, quasi libertate fruantur, usus glossa o) domini *Y.* (*Irnerii*) oo), quae dicit: „*ex ignorantia deficit id, quod a sciente fieret, ut hic pactum, alias delictum.*“ *Alii* contra, dicentes, pariter haberi scientem vel ignorantem ius sive factum p), et in hac sententia fuit dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et dominus *Azo.* Glossam *Y.* (*Irnerii*) sic intelligas: „*alias pactum*“, quia post pactum ad libertatem pertinet; „*alias delictum*“, ut, quum fuit venditus vel vendita, ne prostituatur, si prostitutioni consenserit, qui eo pacto vendidit, ad libertatem illa perveniet, ut *C. Si mancipium ita fuerit alienatum, ne prostituatur* (4, 56.) q) *L.* 1., et secundum *Ia.* (*Iacobum*) stare non posset, qui dicebat, quod, etsi miles ex certa scientia vocaret quis servum suum libertum, nihilominus liber esset, ut *C. de Testam. mil.* (6, 21.) *L. Ex his verbis* (7.), et sic exponebat glossam domini *Y.* (*Irnerii*), ut hoc pactum non induceretur ab ignorante. Pro *Iaco.* (*Iacobo*) facit *Lex* ista et arg. *D.*

---

§. 3. *Vet. Coll.* §. 76. *Rog.* §. 79.
§. 4. *Vet. Coll.* §. 48. *Rog.* §. 17.

n) Ita Cod. Cantabr.

nn) v. *M.* aut omittendum est aut leg. *Dissentiunt M. et Alii.*

o) Codd. constanter: *glosa, glosula.*

oo) Cf. *Vet. Coll.* l. c. not. *y.* et gloss. v. *Non potuerunt.* Vet. Coll.: *Guarnerii;* Azo l. c.: *Yrn.;* Gloss. cit. *Ir.*

p) In. v. *factum* desin. Vet. Coll.

q) Editiones: *Si m. ita venierit, ne prost.*

de Pactis (2, 14.) *L. Tale* (40.). *Ego* autem credo distinguendum, quibus utatur verbis, ut *D. de Act. et oblig.* (44, 7.) §. 1. qq), vel alias pactum non permittit ad libertatem pervenire, puta, si vendiderit eo pacto, ne manumittatur; alias nec delictum, puta, si adulterat dominam suam, ut *Inst. de Heredibus instituendis* (2, 14.) §. *Servum adulterio maculatum* (pr. i. f.). Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 5.

C. de Precibus imperatori offerendis (I, 19.) *L. Rescripta* (7.).

Rescripta contra ius inpetrata an valeant?

Placentinus dicit, quod rescripta per mandatum inpetrata, etiamsi r) sint iuri consentanea, nullius essent momenti, ut *C. Si contra ius vel utilitatem publicam* (1, 22.) *L. Etsi legibus* (5.), nisi sint vel modicam laesionem adferentia vel crimen indulgentia, ut intelligitur *Lex* illa (C.) *de Precibus imperatori offerendis* (1, 19, L.) *Rescripta* (7.). Inquit *Plac.* (*Placentinus*), praeceptor iuris, rescripta contra ius refutanda non sunt, sed elicita contra ius refutanda sunt, id est, si in eliciendo s) sit factum contra ius, id est, veritate tacita vel per mendacia precum; nisi talia sint, quae alium non laedant. Nam quum deceptio usque ad dimidiam sit tolerabilis propter aequitatem pacti, merito taliter inpetrata debent tenere propter varietatem rescripti. Si quidem imperatori licet perpetuam exceptionem indulgere, ut *D. Quod quisque iuris* (2, 2.) *L. Si quis* (3.) §. *Si is pro quo* (3.); licet quoque

---

§. 5. *Rogerius* in Summa C. de Prec. imp. off. in Adc. I. §. 1. *Placentinus* in Summa eiusd. Tit. l. c. p. 26. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 10 b. sq.; et in Lect. L. 7. C. eod. l. c. p. 50. et L. 2. C. Si contra ius l. c. p. 51. sq. *Hug.* Dist. IX. Gloss. v. *Sententiam* L. 2. C. Si contra ius. Gloss. v. *Generali iuri* L. ult. C. eod. Gloss. v. *Rescripta* L. 7. C. de Prec. imp. off. *Odofredus* in Lect. sup. L. 7. C. cit. l. c. fol. 48 b. sq. *Brunnemann* ad L. 7. C. cit. l. c. p. 69. sq. et ad L. 5. C. Si contra ius l. c. p. 75. *Christinaeus* l. c. Vol. I. dec. 130. n. 8. sq. p. 156. Vol. II. dec. 74. p. 71. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 90. sqq. *Io. Sa. Brunquell*, pr. de sectis et controv. iur. §. 25. (in opusc. l. c. p. 329.). *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 393. n. 32.

qq) Lex ipsa excid. in Codd.; Azo l. c.: *D. de act. et obl. l. Iul. §. si quis.*

r) Cod. Par.: *et non;* sed Placentinus l. c.: *etiamsi fuerint.* Codd.: *mandatum.* Leg. *mendacium.*

s) Cod. Par.: *mentiendo.* Placentinus l. c.: *Si fuerint per emendicatum suffragium elicita.*

servum liberum constituere, ut *D. de Officio praetorum* (1, 14.) *L. Barbarius* (3.); potest etiam rei alienae dominium transferre, ut *C. de Quadriennii praescriptione* (7, 37, L.) *Bene a Zenone* (3.); potest etiam servum natalibus restituere, ut *D. de Natalibus restituendis* (40, 11.) *L. Interdum* (2.) et *L. qui mili p' servum* t); potest etiam concedere, ut in publico quis aedificet, etiam cum incommodo alieno, ut D. *Ne quid in loco publico* (43, 8.) *L.* 2, §. *Si quis* (16.); potest etiam intestabilem testabilem facere, ut C. *de Inoff. test.* (3, 28.) *L. Si quando talis* (35.). Merito ergo rescripta principalia refutanda non sunt, nam quod principi placuit, legis habet vigorem. Potest etiam novas leges condere, veteres abrogare, quod quidem non inepte, sed satis eleganter recipi posset, nisi quod princeps mandat, talia rescripta non esse servanda, ut hic et infra *Si contra ius vel utilitatem publicam* (C. 1, 22.) *L. ult.* et *C. de Petitionibus bonorum poss.* u) *sublatis* (10, 12.) *L.* 1. Licet enim princeps non possit sibi v) leges inducere x), ne liceat sibi voluntatem mutare, ne liceat sibi leges derogare, et tamen, quia ipse mandat, leges esse servandas et non rescripta talia, dicimus, non esse standum rescripto, sed mandato, per quod praecepit, rescripta talia non esse servanda, ut *D. de Leg. I.* (L.) *Si mihi* (12.) §. *In legatis* (3.) et *D. de Leg. III. Si quis in princ.* (22.). Non enim concedendum est, Romanum principem, qui iura tuetur, velle constitutiones suas abrogare, ne inde iniuriarum nascatur occasio, unde iura nascuntur, ut *C. de Interd. unde vi* (8, 4.) *L. Meminerint* (6.). Si vero rescripta non sint elicita, id est, per subreptionem obtenta vel inpetrata, etiamsi sint iuri civili vel gentium contraria xx), peremtoriam exceptionem indulgentia, omnino rata erunt nec ideo refutanda. Iuri civili ideo dixi, quia, si iuri naturali vel divino contradixerint xxx), refutantur omnino. Dominus

t) Locus corruptus. Cod. Par.: *et J. qui etc.* Cod. Bamb.: *et quia mili.* Leg. *et* C. *Qui militare possunt*, (12, 34.) *L. Si quis servum* (7.).

u) In editis deest v. *poss.*

v) Cod. Bamb.: *sibi*, reliqui codices: *tibi.*

x) Cod. Bamb.: *contraducere.*

xx) In v. *Contraria* desinit fol. 210[b]. Cod. Cantabr. Proximum fol. incipit in v. *caussa proprietatis* §. 92. Sunt enim VI folia (Fol. 228—233.) loco suo mota, quae ponenda erant post fol. 210.

xxx) H. l. in Cod. Cantabr. et Par. inculcatur quaestio recentioris aetatis. Eadem quaestio legitur in marg. Cod. Bamb. p. 265. Sed vid. §. 6, not. *g. Dominus Azo ita breviter* (?) (Cod. Bamb.: *in brevit.*) *tradit de rescriptis, quod si rescriptum legi domini vel apostoli vel prophe-*

vero *Azo* dicit, quod licet per mendacium inpetratum sit rescriptum, quod debet cognosci de mendacio et sic etiam cognoscitur de caussa, sed non secundum adfectum deprecantis, sed secundum rei veritatem, et hoc est, quod dicitur *C. eod.* (1, 22.) *L.* 2. et *L. Etsi* (5.). *Ald'* (*Aldricus*) et *B.* (*Bulgarus*), qui recte sapiunt, dicunt [y]), elicita rescripta, contra ius inpetrata vel promulgata nullius esse momenti, nisi in *Corpore iuris* [z]) fuerint comprehensa, ut *C. de Precibus imperatori offerendis* (1, 19.) *L. Rescripta* (7.) et *C. Si contra ius vel utilitatem publicam* (1, 22.) *L. ult.* Dominus vero *Y.* (*Irnerius*) dicit, interesse, utrum sint rescripta, an privilegia, ut, licet rescripta non valeant contra iura, teneant tamen et privilegia. Dominus *Al.* (*Albericus*) aliter distinguit: utrum ex certa scientia imperator rescriptum dedit, an per ignorantiam vel obreptionem; ut, si ex certa scientia, valeant, nisi sint iuri naturali contraria, et *Plac.* (*Placentinus*) opinatur, quod interest ergo, sit contra ius simpliciter [a]), an dupliciter, verbi gratia, prohibetur quid et prohibetur etiam, ne contra hoc inpetretur rescriptum. *Y.* (*Irnerius*) opinatur, quod nulla [b]) est haec distinctio. *Ro.* (*Rogerius*) opinatur, quod est contra ius in *Corpore iuris* comprehensum [c]); praeterea nonne dilatoria praescriptio est contra ius? *Ego* autem puto, *Y.* (*Irnerii*) veriorem esse sententiam. *P.* (*Placentinus*). Aliud, quod *Iob.*

---

tae sit contrarium, nullum est, nam legem dei tollere non potest, licet possit modificare, si non est contrarium. Si est per mandatum (leg. *mendacium*) *inpetratum, nullum est omnino. Sed Plac*(*entinus*) *contra, si modicam laesionem contineat. Si non est per mandatum inpetratum, tenet, nisi in totum alterius ius tollat, tunc enim non valet, nisi contra legem scriptam se velle facere scribat, etiamsi sciat legem contrariam. Alii de scientia distinguunt, arg. D. Si quis cautionibus* (2, 11.) *L. Sed etsi* (4.) §. *penult. et ult.; tunc enim contra leges rescribit, et per ambitionem facere videtur, ut D. Minoribus* (4, 4.) *L. Denique* (3.) §. 1. *Responde, ut de hac materia plenius invenies notatum in Distinctionibus Ug.* (Hugonis) *in ead. rubrica i. f. v. Savigny* l. c. T. IV. p. 143. sqq. et p. 418. sqq. Cod. Bamb.: *Hug.* i. e. *Hugolini*, sc. Dist. IX. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 58. sqq.

y) Cod. Par.: *Etsi et in Decre. de off. iud. del. Intelleximus — sap. et dicunt.* Cod. Bamb.: *Etsi al' et — sapiunt et dicunt.*

z) *v. Savigny* l. c. T. III. p. 478, not. 131.

a) Cod. Par.: *contraria pl'a — prohibetur nunc etiam contra.* Cod. Bamb.: *contraria et pl'a.* Cod. Cantabr.: *ergo sit contractus simpliciter.* Leg.: *et placet opinio, q. i., utrum sit etc.*

b) Cod. Bamb.: *un̄*, i. e. *unde.*

c) *De hoc loco cf. Rog.* l. c.

(*Ioannes Bassianus*) dicit, reperies in *Distinctione* d) sua. In eadem *Azo*.

§. 6.

C. de Edendo (2, 1.) *L.* 1.

Quatenus reo, si actor editam actionem mutaverit, induciae concedantur?

Placentinus e) dicit, quod, si actor editam prius actionem prorsus mutaverit, reus non compellitur postea respondere, nisi detur ei tempus ad deliberandum. Sed *Alii* dicunt, quod debet respondere, si actione in factum, quae descendit ex edicto, ad interesse convenitur f), ut *D. eod. tit.* (2, 13.) *L. Ubi* (8.). Sed *Io.* (*Ioannes*) ff) dicit, quod si peraeque potest esse instructus, non potest habere inducias; si vero debeat habere vel non, hoc iudex decernat, ut *C. eod.* (2, 1.) *L. Edicta* (3.), quam sententiam puto meliorem g).

§. 7.

C. Eodem Titulo (2, 1.) *L.* 1. *et ult.*

Quorum instrumentorum editio peti possit?

Item dissentiunt in *prima* et *ultima L.* ipsius *Tit. de Edendo* (2, 1.), ubi in *prima* dicitur: „*id ex caussa ad iudicis offi-*

---

§. 6. *Infra* §. 84. *Cod. Chis.* §. 150.

§. 7. *Infra* §. 370. *Cod. Chis.* §. 149. *Rog.*, Summa Tit. C. de Edendo in Adc. I. §. 2. *Azo* in Summa Tit. C. de Edendo l. c. fol. 17 a. et in Lect. ad L. 1. et 8. C. eod. l. c. p. 57, 60. *Hug.* Dist. XII. Gloss. v. *Die et consule* L. 1, §. 2. D. eod. Gloss. v. *Id ex caussa* L. 1. C. eod. Gloss. v. *Et quae*, v. *Exhiberi* et v. *Fundari* L. ult. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. et ult. C. eod. l. c. fol. 57 b. et fol. 61 a. *Giphanius*, explan. L. 1. C. eod. l. c. p. 27. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 316. sq. et p. 319. sq. *Cocceii* ius civ. controv. Lib. II. Tit. 13. qu. 10, 11. T. I. p. 187. sq. (ed. Emminghaus T. I. p. 213. sq.). *Reinhardt* in observ. select. ad Christinaei decis. Vol. I. obs. 46. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 408. n. 24.

d) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 264.

e) Cod. Chis.: *Iac.* (Iacobus).

f) Sequentia desunt in Cod. Chis.

ff) Hug. Dist. XIII.: *B.* (Bulgarus) pro *Jo.*

g) In v. *meliorem* desinit p. 265. Cod. Bamb., in cuius marg. duae adscriptae sunt quaestiones. Harum prior est ipsa §. 151. *Cod. Chis.*, posteriorem exhibuimus *Supra* §. 5. *not. xxx.* In reliquis codicibus hae quaestiones ita sunt distributae, ut illa, quam Cod. Chis. habet, §pho 7. huius collectionis sequenti inlata sit, inter vv. *D. eod. L. praetor in pr.* et *L. Si quis* §. *Rationem*; posteriori autem in §pho 5. adsignetur locus post v. *contra* (dixerint).

cium pertinere solet:" Dicunt *Quidam*, ex caussa prima, id est, quia actor prius bene fundaverat intentionem suam, sed reus probavit pactum de non petendo. Attamen actor dicebat, aliter pactum factum. Unde petebat, edi instrumentum rei, ut videretur, qualiter pactum factum sit, quo casu bene fieri potest et debet editio, et dicunt, hoc versari in caussae cognitione, an actor velit fundare intentionem suam, quo casu non potest, an etiam fundatam adiuvare, quo casu potest, ut dictum est. Et hoc videtur voluisse dominus *Ro.* (*Rogerius*), et ita intelligunt ultimam partem *ultimae L.*, ubi dicitur „*fundari*", scilicet fundatam adiuvari. *Alii* pleniorem faciunt distinctionem, inter quos est dominus *Alb'icus* (*Albericus*), et dicunt, illud versari in caussae cognitione, ut videat iudex, an sint rationes communes, quo casu iubebit editionem fieri, ut *D. eod.* (2, 13.) *L. Praetor* (4.) in *pr.* [h]) et *L. Si quis* (6.) §. *Rationem* (3.), et dicuntur esse communes meae et argentarii, quando me praesente vel procuratore meo, vel me mandante vel procuratore meo mandante scripta sunt, ut *D. eod.* (2, 13.) *L. Si quis* (6.) §. *Pertinere* (5.) et §. *Ex hoc* (4.). In quo membro *Azo* consentit. Sin autem non sunt communes, sed propriae adversarii, vel etiam sunt instrumenta propria, et tunc subdistingue, an petantur edi haec, quibus adversarius est usurus, et tunc sunt edenda instrumenta vel rationes etiam propriae, ut *D. eod. L.* 1, §. *Edenda* (3.), an etiam petantur edi, quibus non est usurus. Quo casu subdistingue, scilicet, an sit actor, qui petat editionem fieri, an etiam sit reus. Ut, si sit actor, non sint edenda instrumenta, sin autem sit reus, edantur, et intelligunt, hanc esse cognitionem, et ita intelligunt *L. ult. istius Tit.* (C. 2, 1.), scilicet, ut loquatur in primo casu istius *L.* de instrumentis vel rationibus propriis, quibus non est usurus actor, quo casu etiam bene petit reus, et intelligunt, ut loquatur in alio [i]) ultimo casu in aliis propriis, quibus non est usurus reus, quae ab actore peti non possunt. Sed dominus *Azo* aliter, et *primam* et *ultimam Legem* istius *tituli* intelligit, qui distinguit, utrum sint actiones communes, et communes, ut *Supra* dictum est, rationes adpellat ultro citroque dandi et accipiendi, solvendi et simi-

---

h) H. l. in Cod. Cantabr. et Par. infertur quaestio, quae efficit §. 131. Cod. Chia. Vid. §. 6, not. g.

i) Del. v. *alio*.

lia, et non, si a nuda solutione debiti incipiant. Unde non sunt edendae tales rationes, ut *D. eod.* (2, 13.) *L. Si quis* (6.) §. *Rationem* (3.), et dicit, quod, si sint rationes communes, semper sunt edendae, sive ab actore sive a reo petantur; item, sive petantur ad fundandam intentionem sive ad fundandam et adiuvandam, quia communia sunt quodammodo, ut *D. eod.* (2, 13.) *Praetor* (4.) §. *Ait imperator* k) (pr.). Sin autem sint propria, tunc ita demum edit, si est usurus, nulla l) distinctione habita, sit actor vel reus, qui petit. Si autem non sit usurus, sive sit actor sive sit reus, dicit, exhibitionem faciendam non esse, et hoc probat sic. Primo, quia nulla lex dicit; secundo, quia par caussa debet esse testium et instrumentorum in litibus exercendis, ut *C. de Fide instrumentorum* (4, 21.) *L. In exercendis* (15.). Sed testes nullus cogitur inducere contra se, ut *C. de Testibus* (4, 20.) *L. Nimis* (7.), ergo nec instrumenta, et ita intelligit *L. ult.* istius *Tit.* loqui in istis duobus casibus, primo de rationibus, secundo de instrumentis propriis, et ponitur nomen „*rationum*" inproprie pro instrumentis propriis, ut et alias *D. de Appellation.* (49, 1.) *L. ult.* §. 1. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 8.

C. Eod. Titulo (2, 1.) *L. Qui accusare* (4.).

§. 9.

C. de Pactis (2, 3.) *L. Postquam* (4.) m).

§. 10.

Eodem Titulo (C. 2, 3, L. 13.).

§. 11.

Eodem Titulo (C. 2, 3, L. 14.).

---

§. 8. *Cod. Chis.* §. 97.
§. 9. *Cod. Chis.* §. 152.
§. 10. *Vet. Coll.* §. 53. *Rog.* §. 22.
§. 11. *Cod. Chis.* §. 158.

k) Leg. *Ait praetor.* Cf. etiam *L.* 6, §. 8. *D. eod.*

l) v. *nulla* deest in Cod. Cantabr.

m) Cod. Cantabr.: *L. Post.*, om. v. *quam.*

§. 12.

Praedicto Titulo (C. 2, 3, L. 14.).

Stipulatio poenalis quando committatur?

Dominus *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*), *Al.* (*Albericus*), *Ugo* (*Hugo*) *n*), *Y.* (*Irnerius*) dicunt, quod *o*), si poenalis stipulatio incipiat a praecedente pactione, sive nuda sive obligatoria, statim committitur, quum quaelibet mora praecessit. *Alii* vero distinguunt, utrum incipiat a pactione nuda an obligatoria. Ubi a nuda incipit, committitur, lite demum contestata, ut *C. de Contrahenda stipulat.* (8, 38.) *L. Nuda* (5.); ubi ab obligatoria, concordant cum *Plac.* (*Placentino*) *p*), ut *Supra q*). Dominus vero *Azo* distinguit, an stipulatio incipiat a conditione, et tunc idem dicit, quod dixit *Supra Pla.* (*Placentinus*), scilicet, ut committatur demum, quum desierit posse dari, ut arg. *D. de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Ita stipulatus* (115.) §. *ult.*, an etiam praecedat pactum et sequatur stipulatio; nec dicit, an incipiat a praecedente pactione, quia nulla stipulatio a praecedente pactione incipit. Quum enim prima pactio completa sit et nihil ex ea pendeat, qualiter stipulatio potest incipere ab ea pactione? Et ideo stultum reprobat eorum dictum. Unde dicit: an praecedat pactio stipulationem, quo casu etiam subdistinguit, scilicet, an praecedens pactio sit obligatoria et utroque iure, quo casu dicit, committi statim, ex quo dare potuit et non dedit, ut in praedicta *L.* et ut in *praedicta* §. *r*), an etiam non sit obligatoria utroque iure, quo casu dicit, eam committi demum post litem

§. 12. *Cod. Chis.* §. 157. *Infra* §. 355, 369. c. f. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Contrah. et comm. stip. l. c. p. 401. *Azo* in Summa Tit. C. de Pact. l. c. fol. 20[b]. et Tit. C. de Contrah. et comm. stip. l. c. fol. 243[a]. sq., in Lect. ad L. 14. C. de Pact. l. c. p. 71. sq. et ad L. 5. C. de Contrah. et comm. stip. l. c. p. 646. *Hug.* Dist. XVI. in Adc. II. §. 4. *Infra* in Adc. III. §. 15. *Roffredus*, Quaestion. sabbath. qu. 36. l. c. p. 738. Gloss. v. *Exceptione* L. 8. D. Si quis caut. Gloss. v. *Post motam litem* L. 5. C. de Contrah. stip. Gloss. v. *Agendum* et v. *Spondes* L. 115, §. 2. D. de Verborum obl. *Odofredus* in Lect. sup. L. 14. C. cit. l. c. fol. 71[a]. et sup. L. 5. C. cit. fol. 502[a]. et sup. L. 8. D. Si quis caut. l. c. fol. 60[b]. v. *Schroeter* l. c. p. 168.

n) Cod. Bamb.: *Ugo;* reliqui codices V.

o) Cod. Chis.: *Dominus Iac.* (Iacobus) *dicit, quod.*

p) In v. *Plac.* desinit §. 157. Cod. Chis.

q) et *r*) Cf. §. 11.

contestatam, ut *C. de Contrahenda stipulat.* (8, 38.) *L. Magnam* (12.), et quod minus hic dicitur et in oppositionibus et in specialibus *s*), sive ubi fallit distinctio ista, require in positione casus illius *L. Si pacto quo poenam* (*C.* 2, 3, 14.). Contra *t*). Secundum *Azonem.*

§. 13.

Eodem Titulo (C. 2, 3.) *L. Petens* (27.).

§. 14.

Eodem Titulo (C. 2, 3.) *L. Pactum curatoris* (22.).

Quatenus tutores, curatores, praesides provinciarum debita pupillaria aut civitatum remittere possint?

Item dissentiunt in *L.* illa: *Pactum curatoris* (22.); nam dicit *Pla.* (*Placentinus*), quod, sive sit tutor vel curator, sive sit praeses provinciae, non potest debitum pupillare vel civitatis pacto remittere; transactione autem dicunt eum posse, ut hic *u*) et *C. de Transact.* (2, 4.) *L. Praeses* (12.) et *D. de Furtis* (47, 2.) *L. Interdum* (56.) §. *Qui tutelam* (4.), et huiusmodi sententiam putat veriorem. Sed *Io. v*) (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contra, et distinguunt ita in pacto, ut distinguitur in transactione, scilicet, an bona fide sit pactum factum et non gratia, an etiam gratia; ut, si bona fide, puta, quum videtur tutori se probare non posse, pacto remiserit, dicant ipsi, valere; si autem gratia, ut puta, quia bene probare poterat et probare noluit, sed pacto eum liberavit, tunc dicunt servandum, quod dicitur in duabus *Legibus* praedictis; sicut et iudex in sacramenti delatione *x*). Nam si bona fide sit facta et deficientibus aliis probationibus, valet talis delatio, ut *D. de*

§. 13. *Vet. Coll.* §. 54. *Rog.* §. 23.

§. 14. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Pact. l. c. p. 42. et in Summa Inst. de Inutil. stipul. *Azo* in Summa Tit. C. de Pact. l. c. fol. 20 b. et in Lect. ad L. 22. C. eod. p. 73. Gloss. v. *Remittentes* L. 22. C. de Pactis. Gloss. v. *Non sinet* L. 12. C. de Transact. *Odofredus* in Lect. sup. L. 22. C. cit. l. c. fol. 73 a. *Brunnemann* ad L. 22. C. cit. l. c. p. 114. et ad L. 12. C. cit. l. c. p. 120.

s) Cod. Bamb.: *opinionibus et in specialibus.*

t) Codices: ℈, i. e. *contra.* Complura vv. h. l. videntur excidisse.

u) In vv. *et I de Transact.* incipit Cod. Stuttg.

v) Cod. Bamb.: *Iob.*

x) H. l. complura videntur excidisse in Codd.

Iureiurando (12, 2.) *L. Iusiurandum* (17.) §. *Si tutor* (2.) et *L. Tutor pupilli* (35.) in *pr.* Sed illis potest responderi, quod, licet iusiurandum deferre possit, non tamen dicit, quod remittere possit. Unde dolo videtur facere eo ipso, quod remittit, vel pactum fuerit, quia, licet probare non possit, non debet eum absolvere, quia posset esse, quod pupillus reperiret probationes et ita probare posset. Secundum *M.* y) (*Martinum*), *Az.* (*Azonem*), et *Iob.* (*Ioannem Bassianum*).

§. 15.

C. de Transactionibus (C. 2, 4.) *L. Actione* (4.).

Quaeritur, quae actio in casu L. 4. C. de Transact. adversus tutorem aut curatorem supersit.

Variant in positione illius *L. de Transactione* (2, 4.) *L. Actione* (4.). *Quidam* ita ponunt casum: duo fuerunt tutores, et transegerunt cum quodam pupillo, et convenerunt de aliquo dando, et ita fecerunt, quod propter speciem istius nudae conventionis adultus iste deduxit obligationem in Aquiliam stipulationem et peremit per acceptilationem. Tempore procedente isti tutores nolebant dare, quod convenerant. Iste vero pupillus actionem aliquam ad hoc petendum non habebat, nec etiam primam actionem, scilicet tutelae, exercere non z) poterat, quum sublata esset per acceptilationem. Unde dicunt: ipse nullam aliam habet, nisi de dolo, quibus contradicit *D. de Dolo* (4, 3.) *L.* 1, §. *penult.;* cui ita potest responderi, quod ibi aliam habebat actionem, puta, quia stipulatio intercesserat, ut bene videtur notare §. illa. Item contra eos est *D. de Condictione ob caussam* a) *L. Si quis accepto* (4.) et *D. de Praescriptis verbis* (19, 5.) *L. Ob eam* (9.). Sed responderi potest, quod ibi non fuisset facio ut des, sed fuit do ut facias b). Sed tamen iste prius liberavit et ita praeve-

§. 15. *Azo* in Lect. ad L. 4. C. de Transact. l. c. p. 79. Gloss. v. *Nisi de dolo* L. 4. C. cit. Gloss. v. *Nisi in amittenda* L. 1, §. penult. D. de Dolo. Gloss. v. *Quodsi faciam* L. 5, §. 3. D. de Praescriptis verbis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. C. cit. l. c. fol. 77[a].

y) Ita Cod. Stuttg.; in reliquis codicibus om. *M.*

z) Del. v. *non.*

a) Leg. *de Condict. caussa data, caussa non secuta* (12, 4.).

b) Post v. *facias* inculcantur quinque versus in Cod. Cantabr.: *sed apertius tamen audivi Azonem dicentem, scilicet quod tunc habet de dolo actionem, quum ab initio dolus intervenit, id est, dolo fuit*

nit in faciendo; alioquin si esset facio c) ut des et postea, quam feci, tu dare cessas, datur de dolo, ut hic et *D. de Praescriptis verbis* (19, 5.) *L. Naturalis* (5.) §. *Quod si faciam* (3.). Dominus autem *Azo* ponit: quando ipse pupillus dolo inductus liberavit eos per acceptilationem et aliquid accepit, nec ponit, quando aliquid ex conventione ei debebatur, et ita habet de dolo actionem ad revocanda ea, quae fecit. Alias autem, id est, si aliquid ex conventione habere deberet et inpetraretur, haberet condictionem ob caussam vel etiam praescriptis verbis actionem, ut in duabus *Legibus* praedictis continetur, nec dicit, tunc esse facio ut des, imo do ut des. Nam dare videtur, quum eum liberat, ut *D. de Calumniatoribus* (3, 6.) *L.* 2. et *D. de Legatis I. L. Si fundum* (81.) §. *Titio* (5.), et quum datur, condictio ob caussam vel praescriptis verbis, ut *D. de Praescriptis verbis* (19, 5.) *L. Naturalis* (5.) in *pr.* Secundum *Azonem.*

§. 16.

Eadem Lege in fin. (C. 2, 4, 4.).

Transactio dolose inita super dolo an valeat cc)?

Item dissentiunt in *eadem L.* in *f.*, ubi dicitur: „*nisi specialiter de dolo transactum est.*" Dicunt *Quidam:* „*transactum,*" scilicet „bona fide". Nam si esset facta secunda transactio per dolum, dicunt, ipsi non d) nocere, alioquin ex delicto suo faceret aliquis meliorem suam conditionem, quod

---

§. 16. *Azo* in Lect. sup. Tit. de Plus petit. p. 184. et sup. L. 4. C. cit. l. c. p. 77. Gloss. v. *Transactum* L. 4. C. de Transactionibus. Gloss. v. *Transactionibus* L. 3. C. de Plus petition.

inductus ad transigendum, per quam retractat, quae facta sunt. Si autem ex post facto, puta, quia non dicitur ei promissum, habet condictionem ob caussam, ut supra dictum est. Secundum Azonem.

c) Ad v. *facio* margini Cod. Cantabr., Fol. 229[a], a recentiore manu haec adscripta sunt: *Calumniae transactio interponat pot.***** transactio **** hic. I. de Plus p.* (C. 3, 10?) *** (desunt III literae) *i. cuius super dolo et calumnia transactio fuit facta, secundo casu transactio sit irrita. Bul*(garus) *dicit: transactio omnino tenetur vel dicit, quod restitut.* (distinguitur?), *utrum ex parte ipsius dolosi fiat tantum dolus in transigendo, an ab diversa parte; si ab ipso, qui fuit in dolo, non tenet* (sc. transactio) *ac dolo lucrum reportet; si ab diversa parte, tenet, nam dolus dolo compensatur, ut D. de Compensationibus* (16, 2, 10, 2.).

cc) Ita glossa *L.* 3. *C. de Plus pet.*

d) Del. *non.*

esset contra regulam, Item non obesset ei dolus suus vel machinatio sua, imo prodesset, quod similiter esset contra regulam, ut *D. de Reg. iuris* (50, 17.) *L. Non fraudantur* (134.) §. *Nemo* (1.), et ut notatum est in *D. Quibus ex ca. maiores* (4, 6.) *L. Sed etsi* (26.) §. *Item per* (4.). *Alii* dd) autem dicunt, quod etiam si secundum pactum vel transactio sit facta per dolum, quod valet, inter quos est etiam dominus *Azo*, et distinguunt, utrum pactum vel transactio sit facta per dolum super dolo, quo casu valet; an per dolum super re alia, quo casu non valet, ut hic et *C. de Plus petit.* (3, 10.) *L.* 1. ddd). Secundum *Azonem*.

§. 17.

Eodem Titulo (C. 2, 4.) *L. Si diversa* (14.).

Possitne res iudicata ex communi partium pacto instaurari?

Placentinus e) dicit, quod res iudicata ex communi poterit pacto instaurari, ut transactio, ut *C. de Transactionibus* (2, 4, L.) *Si diversa* (14.). *Odericus* f) et *Y.* (*Irnerius*) g) contra h) dicebant, ea ratione, ne sententiae essent inlusoriae, arg. *D. Ne quid in loco publico* (43, 8.) *L. ult. Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et dicit, quod omnes habent potestatem renuntiandi his, quae pro se introducta sunt, et inducit *Leges* expressas duas, *D. de Pactis* (2, 14.) *L. Iuris gentium* (7.) §. *Si paciscar* (14.) et *C. de Pactis* (2, 3, L.) *Cum postea* (9.), et illi *Legi*, *Ne quid in loco publico* (43, 8, L. ult.), et aliis similibus ita respondet: non videntur i) sententiae inlusoriae, quia satis habet ille, si hoc remittat renuntiando. Item inducit *Legem de Re iudicata* (42, 1.) *Si* (se) *non obtulit* (4.) §. *Condemnatum* (6.). Sed dominus *Azo* cum *Oderi* (*co*) et *Y.*

---

§. 17. *Cod. Chis.* §. 153.

dd) ut *B.* (Bulgarus). Cf. gloss. citt.

ddd) Hodie *L.* 3. Cf. *Ca. Witte*, die Leges Restitutae des Iustinianeischen Codex. Breslau 1830. 8. p. 163—166. et p. 7, 8, 13, 32, 61. *Biener*, Vorschl. zur Revis. d. Justin. Codex in Hins. seiner Integrität (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. VII. p. 192, 292 sq. Eiusd. op. II. ed. Berlin 1833. 8. p. 78, p. 142.)

e) Cod. Chis.: *Iacobus dicit*.

f) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 208. Cod. Stuttg.: *Aldericus*. Cod. Chis.: *Ot.* (Otto Papiensis).

g) Cod. Cantabr. et Par.: *J.*

h) In v. *Contra* desinit Cod. Chis. §. 153.

i) Cod. Stuttg.: *et ideo vid. i. s.*

k) Edd.: *Q. sententiae s. a. rescindantur.*

(*Irnerio*) sentit, et hoc ea ratione, quia, etsi alia sententia postea feretur super prima, non valeret, ut *D. Quae sententia sine appellatione rescindi potest* [k]) (49, 8.) *L.* 1, in *pr.* et *C. Quando provocare non est necesse* (7, 64.) *L.* 1. Secundum *Az.* (*Azonem*). Item alia ratione: quia super re iudicata transigi non potest, nisi incertum sit, an sit iudicatum, ut *D. de Condictione indebiti* (12, 6.) *L. Eleganter* (23.) §. 1. *Azo.* Et potest reddi ratio diversitatis secundum [l]) *Y.* (*Irnerium*), quod transactio ex voluntate utriusque auctoritatem sumere videtur et illorum voluntate rescinditur, at sententia legis et iudicis auctoritatem capit. Unde a partibus non potest fieri, ut iterum de caussa iudicetur, ac si iudicatum non esset. Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 18.

C. Eodem Titulo (2, 4.) *L. Sive apud acta* [m]) (28.).

An remissa in spem futurae hereditatis actione vel debito ad pristinam caussam rediri possit, si conditioni satisfactum non fuerit?

Bulgarus dicit: quod si remisisti debitum vel actionem, sub conditione, ut heredem te institueret, nec instituit, poteris redire ad pristinam actionem, ut *C. de Transact.* (2, 4, L.) *Sive* (28.). *M.* (*Martinus*) dicit, quod non, ut *C. de Transact.* (2, 4, L.). *Si maiores* (25.). *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit: quod si, si remisisti alicui actionem, hoc gerens in animo, quod te heredem instituat, vel remisisti debitum pure, et fecit tibi pactum de instituendo, utrobique non poteris agere et tenet remissio. In tertio casu, si quando sub conditione remisit, non tenet remissio. Sed haec diversitas aliter est in *Libro* domini ***Azonis.*** Nam ibi dicitur: quid, si sub conditione fuerat expressa? Dicit ***Plac.*** (*Placentinus*): aliter esset, nam valeret, si sub conditione penderet. Sed *Bul.* (*Bulgarus*) contra, quia ab initio non tenet, quasi sub inpossibili conditione concepta etc. [n]), quae glossa bene potest trahi, ut *P.* (*Pla-*

---

§. 18. *Vet. Coll.* §. 7. *Rog.* §. 56. *Azo* in Summa C. de Transact. fol. 21 b. et in Lect. ad L. 25. et 28. C. eod. l. c. p. 85. *Odofredus* in Lect. sup. L. 34. C. eod. l. c. fol. 82 b. sq.

l) Cod. Cantabr.: *sed Yr.*

m) Cod. Cantabr.: *Si maiores* (L. 25.).

n) Cod. Bamb.: *Sed B. — sub conditione penderet. Sed Bul. contra inpossibili concepta.*

centinus) dicat idem, quod *M.* (*Martinus*), et *Bul.* (*Bulgarus*) idem, quod in *Diversitatis* continetur principio o). Sed dominus *Azo* distinguit et dicit oo): aut ille, qui transigit et remittit actionem, nihil de hereditate dixit, sed in corde retinuit, quo casu tenet pactum, ut *C. de Transact.* (2, 4.). *L. Si maiores* (25.), aut dixit, sed in forma conditionis, ut puta: remitto, si me feceris heredem; et tunc nulla est remissio, sicut et stipulatio sub inpossibili conditione, ut *D. de Act. et oblig.* (44, 7.). *L. Non solum* (31). Nam turpia de iure dicuntur inpossibilia, ut in *Inst. de Inutil. stip.* (3, 19.) §. *Inpossibilis* (11.) et *D. de Conditionibus institutionum* (28, 7.) *L. Filius* (15.). Si vero remittit, sed in vi p) modi, ut puta ita dicat: facio ideo, ut facias me heredem, et sic uterque consentiat, dico, quod non posset petere debitum, quia in pari caussa potior est conditio possidentis, ut *C. de Condictione ob turpem caussam* (4, 7.) *L.* 2., et ita idem dicit *Azo*, quod *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) pp).

§. 19.

C. Eodem Titulo (2, 4.) *L. Si ex falsis* (42.).

§. 20.

C. de Postulando (2, 6.) *L.* 3.

De exceptione non numeratae pecuniae.

Dissentiunt in *L.* illa *C. de Postulando* (2, 6.) *L.* 3. Dicunt *Quidam*, quod, etiamsi non opposuerit intra certum tempus exceptionem non numeratae pecuniae, non obest, et ideo, quia simulate sit factum, ut in *L.* adparet. *Alii* contra. Dicunt enim, quod nullam poterit opponere exceptionem biennio transacto. Sed dominus *Azo* dicit, quod exceptionem non numeratae pecuniae post biennium opponere non potest, quia illa demum intra biennium tantum opponitur, vel secun-

---

§. 19. *Vet. Coll.* §. 8. *Rog.* §. 57.

§. 20. *Vet. Coll.* §. 13. *Rog.* §. 62. *Infra* §. 200. *Vet. Coll.* §. 40. *Rog.* §. 11. *Cod. Chis.* §. 4, 114. *Infra* §. 238, 239. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. de Post. l. c. fol. 86 b. cit. l. c. p. 75.

o) In marg. Cod. Cantabr. haec adscribuntur: *adde hic de transactionibus Cod. l. c. id quod dicit H.*

oo) Sequentia desumta sunt ex *Azonis* Lect. l. c.

p) Cod. Cantabr.: *in VI. modi*, inepte.

pp) Azo l. c.: *l.* 2. *distinguitur ergo, utrum non exprimatur ille respectus hereditatis, an exprimatur tamquam conditio, vel tamquam modus; et in secundo dissentit P.* (Placentinus) *cum Io.* (Ioanne Bassiano).

dum *Iac.* (*Iacobum*) post biennium. Sed tamen ipse habet necesse probare, sibi non esse numeratam. Unde secundum *Iac.* (*Iacobum*) etiam post biennium posset dicere, sibi non esse numeratam q). Sed bene dicit dominus *Azo*, quod aliam r) exceptionem bene potest opponere, scilicet dicendo, se ex tali caussa promisisse, quia dicit, quod si exceptio non numeratae pecuniae non sit opposita, quod tunc demum facit exactionem debiti efficacem, quando aliquis est confessus, se mutuam accepisse pecuniam et spe futurae numerationis. Merito, quum in tali casu iste clientulus sit confessus, accepisse a patrono suo et non spe futurae numerationis, intra biennium potest opponere exceptionem non numeratae pecuniae, et hoc est, quod denotat *Lex* ista: „*usitato more etc.*", quod de speciali iure poterit intra biennium facere. Post biennium autem bene opponet exceptionem aliam s), scilicet, quia ex alio contractu fuit et non ex mutui caussa, et hoc probat, quia plus valet, quod agitur etc. Item quia, si probatum fuerit, rem ita esse, debet haberi pro infecta, quia fit contra legem. Sed hic posset responderi, quod non sit contra, sed praeter. Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 21.

C. de Errore advocatorum (2, 10.) *L. ult.*

Intra quodnam tempus error advocati corrigi possit?

Dissentiunt in *C. Tit. de Errore advocatorum* (2, 10.) *L. ult.*, super verbo illo: „*triduo.*" Nam *Quidam* ss) dicunt, quod errorem advocati non licet clientulo corrigere, nisi intra triduum, et hoc dicunt propter verba supradicta illius *Legis.* Dominus autem *Alb'.* (*Albericus*) t) distinguit, qualiter erret

§. 21. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Err. adv. l. c. p. 53. *Azo* in Summa Tit. C. cit. l. c. fol. 23ᵃ. et in Lect. L. 1. C. eod. l. c. p. 94. *Roffredus*, Ord. iud. P. I. Rubr. qui poss. esse adv. l. c. p. 10. Gloss. v. *Triduo* L. ult. C. de Err. advoc. Gloss. v. *Perinde* L. 1. C. eod. Gloss. v. *Error* L. 7. C. de Iuris et facti ignor. *Brunnemann* ad Tit. C. de Err. adv. l. c. p. 143. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 104. n. 2. sq. p. 109. *Cocceii* ius civ. controv. L. 3. Tit. 3. qu. 14. T. I. p. 282. (ed. Emmingh. T. I. p. 312. sq.) et Lib. 22. Tit. 6. qu. 3. T. II. p. 115. *Walch* l. c. p. 768. *Glück* l. c. T. V. p. 112. sqq.

q) vv. *Unde — numeratam* exc. in Cod. Stuttg.

r) Cod. Stuttg.: *illam.*

s) Cod. Cantabr. et Bamb.: *illam.*

ss) velut *Placentinus* ap. Azonem l. c. et in gloss. v. *Triduo.*

t) Cod. Stuttg.: *Aldri* (Aldricus). Eiusdem sententiae est *Azo* in Summa. C. cit.

advocatus, scilicet an erret in facto, quo casu clientulus potest corrigere errorem advocati sui usque ad definitivam sententiam, sicut et corrigere proprium, ut in *eod. Tit. L.* 1. legitur et *D. de Confessis* (42, 2.) *L. penult. et ult.* et *D. de Interrog. actio* u) (11, 1.) *L. de Aetate* (11.) §. *penult.* et *ult.*; an etiam erret in iure, quo casu corrigere potest usque ad triduum, quamvis suum proprium non posset corrigere, ut potest perpendi *D. de Confessis* (42, 2.) *L.* 2., et non solum actor, sed etiam reus suum corrigit errorem, quum in facto errat, ut in *Inst. de Actionibus* (4, 6.) *L. Si minus* (34.), *D. de Regulis iur.* (50, 17.) *L. Non debet actori licere* (41.). Sed dominus *Y.* (*Irnerius*) x) aliter dicit, in qua sententia dicitur fuisse *Iob.* (*Ioannes Bassianus*). Nam distinguit, an sciebat clientulus, advocatum errare, quo casu, quum stetit clientulus per triduum, quod non revocavit, de cetero non revocabit, quia praesumitur voluisse adversarium decipere, quum patiebatur advocatum super tali facto errare; an etiam ignorabat clientulus, advocatum errare, quo casu errorem advocati, ut suum proprium, corrigit, iustum tamen et probabilem. Nam non videtur consentire, qui in facto errat, ut *D. de Confessis* (42, 2.) *L.* 2. et *penult.* et *D. de Censibus* (50, 15.) L. *Forma* (4.) §. *ult.* et *D. de Aqua pluvia arc.* (39, 3.) *L. Sed hoc ita* (20.) et *C. de Iuris et facti ignor.* (1, 18.) *L. Cum testamentum nullo iure* (8.) et *D.* y) *de Iurisdictione o. iud.* (2, 1.) z) *L. Si per errorem* (15.), et ita etiam intelligit *L.* illam *de Errore advocati* (2, 10.) *L. ult.* *Quidam* tamen *Alii* dicunt, tunc demum posse revocare errorem suum, quum error talis est, qui errantem non facit haberi pro condemnato, vel eius adversarium non facit absolvi, ut in *Inst. de Actionibus* (4, 6.) §. *Si minus* (34.). Alioquin propriae confessioni obviare non debet, ut *D. de Donationibus* (39, 5, L. 29.). §. *Quidam in iure* (1.), cui *Legi* dicebat *Yr.* (*Irnerius*) aliter responderi posse, scilicet, illud ideo esse, quia dicit, animo donandi heredem sibi non teneri, unde postea non potest errorem adlegare, quia non erravit. Dominus autem *Azo* dicit, quod semper ita licet corrigere errorem advocati ut suum proprium, ut *C. de Errore advocat.* (2, 10.) *L.* 1., nec obstat, quod dicitur in *L. ult.* istius

---

u) Ita codices; leg. *de Interrogationibus in iure fac.*

x) Cod. Bamb.: Yr.

y) vv. *de Iuris — iure et D.* desunt in Cod. Bamb.

z) Ita codices.

tituli. Nam illam intelligit, quando non habuit plus temporis a tempore confessionis factae per errorem, usque ad sententiam, nisi tres dies, quia statim post confessionem vel post errorem intra [a]) triduum lata fuit sententia; merito ergo, quum intra [b]) hos tres dies non correxit, post sententiam corrigere non potest, ut *C. de Iuris et facti ignor.* (1, 18.) *L. Error facti* (7.), et in hoc videtur consensisse dominus *Y.* (*Irnerius*) 3. *L.* [c]).

§. 22.

C. de Postulando (2, 6.) *L. Si quis advocatorum* (5.).

Pactum de quota litis.

Item differunt in *eodem Titulo* [d]), in *L.* illa *Si quis advocatorum* (5.) super illo verbo: „*cum gravi damno etc.*", per quod dicunt *Quidam* [dd]), quod si pactus sit de certa parte sine gravi damno, quod valet pactio. Sed dominus *Azo* contra, quia de minima etiam parte pacisci non potest, licet nomine palmarii stipulari licet, ut probatur *D. de Variis et extraord. cognitionibus* (50, 13.) *L.* 1, §. *Si cui* (12.).

§. 23.

Eodem Titulo (*C.* 2, 6, 5.).

Liceatne advocato de re certa litis salarii nomine pacisci?

Item dissentiunt [e]). Nam dicit dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), sive certam partem sive rem aliquam stipulatus

---

§. 22. *Infra* §. 23. *Azo* in Summa Tit. C. de Postulando l. c. fol. 22. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. de Postul. l. c. fol. 86 b. *Brunnemann* ad L. 5. C. de Post. l. c. p. 132. De Palmario cf. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 99. n. 24. sq. p. 103. *Cocceii* l. c. Lib. 3. Tit. 1. qu. 8. p. 260. (ed. Emmingh. T. I. p. 287.). *Glück* l. c. T. V. p. 120. sqq. *Jordan*, Beiträge zur Lehre v. d. Siegeslohne d. Advocaten etc. (Arch. f. d. civ. Pr. T. XII. p. 191. sq., maxime p. 208, 213, 220, 221.).

§. 23. *Supra* §. 22. *Azo* in Lect. ad L. 5. C. de Post. l. c. p. 92. Gloss. v. *Inmensa* L. 5. C. de Post. Gloss. v. *Salarium* L. 7. D. Mandati. Gloss. v. *Datum* L. 53. D. de Pactis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 5. C. cit. l. c. fol. 86 b. et sup. L. 6, §. ult. D. Mand. l. c. fol. 82 a. *Brunnemann* ad L. 5. C. cit. l. c. p. 132.

a) Codd.: *infra.*

b) Codd.: *infra.*

c) Ita codices. Cf. §. 23, not. *f.* et §. 35, not. *q*, §. 246, not. *x.*

d) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices *E. t.*

dd) Ut *M.* (Martinus). Cf. *Odofredus* l. c.

e) Cod. Cantabr. et Par.: *differunt.*

sum, nomine salarii, ex lite vel ex hereditate, quam petit, quod talis pactio valet, quia aliud est, quando paciscor de re aliqua, aliud, quando de parte, ut et alias in *Inst. de Fideicommissariis heredit.* (2, 23.) §. *Si quis una* (9.) et *C. de Sententiam pass. et restit.* (9, 51.) *L. Si debitor* (3.). Sed *Azo* contra, et dicit, quod nihil ex lite stipulari debet, arg. *D. Mandati* (17, 1.) *L. Si remunerandi* (6.) §. *ult.* Secundum *Azo* (*nem*) 3. *L.f*).

§. 24.

C. Ut quae desunt advocatis (2, 11.) *L.* 1.

Quatenus iudex, si quid ab advocato minus dictum fuerit, id supplere possit?

Placentinus g) dicit, quod si advocatus minus dixerit, iudex debet supplere tam de iure, quam de facto; nam contracto eremodicio iudex debet pro absente adlegare et eius partes supplere, ut *C. de Appellationibus* (7, 62.) *L. ult.* in *pr.* Respondeo, et *C. de Temporibus et reparationibus appellationum* (7, 63.) *L.* 2, §. *ult.* *Alii* dicunt, tantum de iure et non de facto, ut *C. eod.*, et inducunt in argumentum mulieris accusatae de adulterio, cui dominus dixit: „mulier, ubi sunt, qui te accusant? Non est, qui te accuset, nec ego te condemnabo.“ Arg. contra in *Decretalibus de Divortiis* (4, 10.) *c. Porro* (c. 3.) et *de Simonia* (5, 2.) *c. Sicut* (c. 6.) h). Sed in illis et similibus accidit, quia periculum in talibus animarum est. Unde manifeste colligunt *Quidam*, quod iudex de facto supplere non debet, et quod dicitur *de Suspectis tutori-*

---

§. 24. *Cod. Chis.* §. 162. *Placentinus* in Summa Tit. C. Ut quae des. adv. l. c. p. 54. *Azó* in Summa Tit. C. cit. fol. 23a. et in Lect. eod. l. c. p. 95. *Roffredus* l. c. p. 10. Gloss. v. *Advocatis* Tit. C. cit. Gloss. v. *Et proferre* L. un. C. eod. Gloss. v. *Adinplere* L. ult. pr. C. de Appell. Gloss. v. *Si solus* L. 2, §. ult. C. de Tempor. et rep. app. *Odofredus*, Lect. sup. L. un. C. cit. l. c. fol. 89a. sq. *Brunnemann* ad L. un. C. cit. l. c. p. 144. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 105. p. 110. *Cocceii* l. c. Lib. X. Tit. 13. qu. 5. p. 183. sq. (ed. Emmingh. T. 1. p. 208. sq.). *Walch* l. c. p. 757.

f) Cod. Cantabr.: *U. L.* Cf. §. 22, not. *c.* §. 35, not. *q.* §. 246, not. *x.*

g) Cod. Chis. l. c.: *Iac.* (Iacobus).

h) i. e. in *Collectione Decretalium*, quam *Bernardus Papiensis* circa a. 1190. absolvisse dicitur. Cf. *Aug. Theiner*, diss. de Romanorum pontificum epistolarum decretalium antiquis collectionibus et de Gregorii IX. P. M. decretalium codice Lips. 1829. 4. p. 11. sq. Eadem decretalium cap. exstant ap. *Gregorium IX.*, 4, 19, 3. et 5, 3, 6.

bus (26, 10.) *L. Tutor quoque* (3.) §. 4., ubi dicitur, quod [i] nemine accusante quis accusatus a iudice condemnatur, dicunt, illud esse speciale favore pupillorum. Dominus vero *Azo* distinguit inter ius et factum, ut de iure supplere possit, sedendo tamen, non stando, ne officium advocati sumat, ut *C. de Postulando* (2, 6.) *L. Quisquis* (6.) §. 6., arg. *D. de Officio praesidis* (1, 18.) *L. Observandum* (19.), et quod de iure supplere debeat, bene videtur innui in *L.* praedicta (Tit. C.) *Ut quae desunt advocatis etc.* (2, 11.). Si quaeras, qualiter supplet de iure, respondeo, dicendo: „talis et talis lex bene facit ad caussam"; vel in actione mutanda: „si non est competens proposita illi negotio, de quo agitur". Iudex enim potest dicere, ita supplendo: „melius videtur, quod alia possit actio proponi", puta illa, de qua sibi videtur, quod magis possit aptari negotio. In facto autem distinguit, an notum sit ei, tamquam iudici, quo casu supplet, arg. in *Decretalibus de Offic. et potest. prael.* (1, 23.) *Si sacerdos* (c. 6.) [k], et ita intelligit, quod dicitur in *C. de Temporibus et reparationibus appellationum* (7, 63.) *L.* 2, §. *ult.*, et ita potest intelligi, quod dicitur *D. de Suspectis tutoribus* (26, 10.) *L. Tutor* (3.), an etiam sit notum ei, tamquam privato cuilibet, quo casu non supplet ad exemplum mulieris, de qua *Supra* dictum est, et etiam alia ratione; quia maxima fraus legi committi posset, quum diceret iudex sibi notum, quod non esset. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 25.

C. Ex quibus caussis infamia (2, 12.) *L.* 3.

Quatenus infamis sit is, cui poena delicto levior inponitur?

Placentinns dicit, ubi ex genere poenae inrogatur infamia, si minor poena inrogatur, durante poena durat infa-

---

§. 25. *Azo* in Summa Tit. C. Ex quib. cau. inf. l. c. fol. 23. et in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 96. *Hug.* Dist. XXVII. Gloss. v. *Remisisse* L. 3. C. Ex quib. caus. inf. Gloss. v. *Motos* L. 5. D. de Decurionibus. Gloss. v. *Onerasset* L. 13, §. 7. D. de His, qui notantur inf. Gloss. v. *Infamis* L. 10. i. f. D. de Poenis. *Giphanius*, explan. L. 3. C. Ex quib. caussis inf. l. c. p. 82. *Brunnemann* ad L. 3. C. cit. p. 146. *Cocceii* ius civ. controv. Lib. 3. Tit. 2. qu. 7. l. c. p. 266. sq. (Ed. Emmingh. T. I. p. 295.). *v. Savigny* l. c. T. V. p. 553.

[i] Recentior manus add.: *D. de Muneribus et honoribus* (50, 4, L.) *Rescripto* (6.).

[k] i. e. ap. *Bernardum Papiensem*, ex quo transiit in *Gregorii IX.* collectionem 1, 31, 2.

mia, ut *C. Ex quibus caussis inrog. infamia* (2, 12, L. 3.). *Iac.* (*Iacobus*) contra, ut *D. de Decurionibus* (50, 2.) *L. Ad tempus* (5.). Dominus autem *Azo* distinguit, ut in *Distinctionibus* suis[kk]) reperitur *D. de His, qui notantur infamia* (3, 2.) *L. Quid ergo* (13.) §. *Poena* (7.).

§. 26.

Eodem titulo (*C*, 2, 12.) *L. Si furti* (8.).

§. 27.

Casus legis in fine L. (*Si furti.* 2, 12, 8.).

Iniusta aut durior sententia in furti condemnatum lata an infamet?

Item differunt[l]) in positione casus illius *L. Si furti* (*C.* 2, 12, 8.) in *fine*, super verbo illo: „*Quod si res furtiva etc.*". Nam *Plac.* (*Placentinus*) ponit casum in furto concepto, quo, licet in plus sit condemnata[m]), non tamen est infamis. Sed dominus *Azo* contra, et dicit, quod hodie non est in usu illa actio furti concepti, ut *Inst. de Furt.* (4, 1.) [n]) §. *Conceptum* (4.). Nam post *Institutiones* facta fuit ultima compositio *Codicis*. Unde et per *Legem Institutionum* non erat in usu, nec per *Codicem*, quia postea compilatus fuit, in usu est. Unde ipse *Azo* ponit casum, quando ipso iure sententia fuit nulla, et sic non infamatur mulier per sententiam vel poenas proprie in actione furti, et ubi tenet sententia, quo casu, licet praeiudicat contra ius litigatoris quoad poenam, non tamen praeiudicat quoad infamiam. Unde, quum constet, ipsam furtum non fecisse, non est infamis, arg. *D. de Publicis iu-*

---

§. 26. *Cod. Chis.* §. 9. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 448. n. 2.

§. 27. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Caus. ex quib. inf. inr. l. c. p. 56. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 23. et in Lect. ad L. 8. C. cit. l. c. p. 97. Gloss. v. *Durior sententia* L. 8. C. Ex quib. caus. inf. Gloss. v. *Non conservat* L. 13, §. 7. D. de His, qui notantur inf. Gloss. v. *Damnatus* L. 4, §. fin. D. eod. Gloss. v. *Vindicaret* L. ult. D. de Publicis iudiciis. Gloss. v. *Infamia* L. 63. D. de Furtis. *Brunnemann* ad L. 8. C. Ex quib. caus. inf. l. c. p. 146. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 448. n. 2.

kk) *v. Savigny* l. c. T. V. p. 38, not. 99. *Infra* §. 90.

l) Cod. Bamb.: *dissentiunt.*

m) Sc. *Ulpia.* Vid. inscr. L. 8. cit.

n) In editis est Tit. *de Obligationibus, quae ex del. nasc.* (4, 1.).

diciis (48, 1.) *L. ult.*, arg. contra *D. de His, qui notantur infamia* (3, 2.) *L. Quid ergo* (13.) §. *Poena* (7.) et *D. de Ritu nuptiarum* (23, 2.) *L. Palam* (43.) §. *Quae in adulterio* (12.) et *D. de Iureiurando* (12, 2.) *L. Nam postea* (9.) §. *Si damnetur* (2.). Secundum *Azo* (*nem*). Sed forsan hae omnes possunt intelligi, quando erat certum, damnatum commisisse crimen, secus forte, si certum non esset[o].

§. 28.

C. de Procuratoribus (2, 13.) *L.* 1.[p]

De mandato procuratoris dubio et de cautione a procuratore praestanda.

Super procuratoris diversitate distingue, scilicet quum aliquis dicit se procuratorem ad agendum, aut certum est, ipsum habere mandatum, aut certum est, ipsum non habere, aut dubitatur. Si certum est, eum habere mandatum, omnimodo admittitur sine cautione, ut *C. de Procuratoribus* (2, 13.) *L.* 1. Sed hoc fallit in duobus casibus secundum *Quosdam*, ut *D. de Novi operis nuntiatione* (39, 1, L.) *de Pupillo* (5.) §. *Qui procuratorio* (18.) et *D. ad Senatusc. Trebellianum* (36, 1, L.) *Qui ita* (66.) §. *Etiam* (1.). Verumtamen dominus *Azo* intelligit illos casus, quando dubitabatur, utrum esset procurator vel non; secus autem, si certum esset, ipsum procuratorem esse, ut arg. *D. de Damno infecto* (39, 2.) *L. Inter* (39.) §. *Alieno* (3.) et *D. Ut in possessionem legatorum* (36, 4.) *L. Si is, a quo* (3.) §. *Si procurator* (2.). Sed tamen alii casus sunt, in quibus procurator constitui non potest, ut *D. de Procuratoribus* (3, 3, L.) *Pomponius* (40.) in *pr.* et *L. Non cogendum* (45.) §. *Qui ita* (1.). Si autem certum sit, eum non habere, tunc omnimodo repellitur, etiam oblata cautione vel satisdatione, rem ratam dominum habiturum, nisi sit de his personis, quae sine mandato agunt, oblata tamen satisdatione. Alioquin nihil speciale esset in istis personis, ut *D. de Pro-*

---

§. 28. *Cod. Chis.* §. 11.

o) In gloss. praeter *Placentinum* et *Azonem* commemorantur *Irn.* (Irnerius), *M.* (Martinus), *Io.* (Ioannes Bassianus).

p) De hac quaestione mendose scripta cf. *Azo* in Summa Cod. de Procur. fol. 26. et in Lect. l. c. p. 99.; *Hug.* Dist. XXVIII. in Adc. II. §. 7.

curatoribus (3, 3, L.). *Sed hae personae* (35.) in *pr.* et *D. de Negotiis gestis* (3, 5, L.) *Sin autem is fuit* (8.) in *pr.*, et hoc, nisi evidens sit, contra voluntatem eas experiri *q*) personas, ut *D. de Procuratoribus* (3, 3, L.) *Pomponius* (40.) §. *ult.* Sed hoc fallit in casibus, in quibus et contra voluntatem experiri licet, ut *D. de Liberali caussa* (40, 12.) *L.* 1. et 2. et 3. et *D. de Appellationibus* (49, 1, L.) *Non tantum* (6.). Si autem dubitatur *r*), utrum habeat mandatum vel non, hic variae sunt opiniones. Nam dicit *P.* (*Placentinus*), quod, quando dubitatur de mandato, qualitercumque excipiat reus, est in eius electione, scilicet an velit exigere *rr*) satisdationem, arg. *C. de Procuratoribus* (2, 13.) *L. Exigendi* (12.) et *C. de Mandatis principum* (1, 15.) *L.* 1. et *D. de Praescriptis verbis* (19, 5, L.) *Naturalis* (5.) §. *Sed* (4.) et (§.) *Si* (5.). Dominus autem *Bul.* (*Bulgarus*) et *Ug.* (*Hugo*) distinguunt, qualiter reus excipiat, ut si dicat: non habes mandatum, tunc procurator se habere probet; an etiam: dubito, dicat, an habeas? Quo casu habet locum cautio de rato, et ita intelligitur *L.* 1. *C. de Procuratoribus* (2, 13.) et *D. de Petitione hereditatis* (5, 3, L.) *Si debitor* (42.) et *D. Ut in possessionem legatorum* (36, 4, L.) *Si is a quo* (3.) §. *Si procurator* (2.). Dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Y.* (*Irnerius*) et *Azo* dicunt contra. Dicunt enim ipsi, semper esse in electione procuratoris, scilicet an velit probare mandatum, an velit satisdare. Quid ergo speciale est in proximis personis in *L. Sed hae* (3, 3, 35.)? Praeterea quid est ergo, quod dicitur de *Negotiis gestis* (3, 5, L.) *Si pupilli* (6.) §. *ult.* et *L. Sin autem* (8.), arg. *D. de Minoribus* (4, 4, L.) *Quod si de speciali* (26.)? Et quia alterum illorum facere debet, ergo in eius est electione, arg. *D. de Iure dotium* (23, 3, L.) *Plerumque* (10.) §. *ult.* *Bul.* (*Bulgarus* et *P.* (*Placentinus*) et *U.* (*Hugo*) contra. Omnis *s*), ut *C. de Procuratoribus* (2, 13.) *L. Exigendi* (12.) in *pr.* Nam dicitur, quod ab isto non exigitur, qui cavet, sicut *D. de Damno infecto* (31, 2, L.) *Inter quos* (39.) §. *Alieno* (3.). Item contra eos est: nonne eo ipso dubium est, ubi negatur, ipsum habere mandatum, ut in *Inst. de Interdictis* (4, 15.) §. *Commo-*

---

q) vv. *ut D. de Procuratoribus* — *experiri* desunt in Cod. Bamb.

r) In h. v. incipit *Cod. Chis.* §. 11.

rr) Leg. *electione exigere mandati probationem an satisd.* Cf. *Azonis* Summa l. c.

s) Hic nonnulla desunt.

dum (§. 4. med.) et *C. Quibus ad libertatem proclamare non licet* (7, 18.) *L.* 3.? Sic ergo patet, quia dubitat, semper sit procurator vel non. Sed hic potest responderi, quod, licet de iure sit dubium, non tamen dubitat iste reus. Item contra eos est, qualiter arctatur ad cautionem, qui in continenti paratus est probare, se habere mandatum, ut *D. Ut in possessionem legatorum* (36, 4.) *L. Si is a quo* (3.) in *pr.* Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 29.

C. Eodem Titulo (2, 13.) *L. Si procurator* (10.).

§. 30.

(*C.*) *Eodem Titulo* (2, 13.) *L. Invitus* (17.).

Num procurator appellationis caussam exercere teneatur?

Dissentiunt, utrum procurator teneatur caussam appellationis exercere. *M.* (*Martinus*) dicit ss), quod sic, ut *D. Tit. eod.* (3, 3.) *L. Qui proprio* (46.) §. *Item quaeritur* (3.) et *D. de Appellationibus* (49, 1.) *L. Tutor* (27.) et *Tit. An per alium caussae appellationum* (49, 9.) *L.* 2. Sed ad illam *L. Qui proprio* ita respondet *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), quod ibi minor praedium vendidit, postea petebat in integrum restitui contra me; ego dedi procuratorem. Dicitur, quod iste procurator debet non solum istud iudicium accipere, scilicet restitutorium, sed etiam rei vindicationem, quam intendet, quia videtur etiam ab initio datus, et non dicas, quod petiit restitutionem contra illud iudicium, quo contra defensorem egit. Item non obstat *Lex* illa „*Tutor*“, quoniam illud ideo est, quia tutores minores tenentur defendere, donec sunt minores, unde et caussam appellationis agunt, ut *D. de Administratione tutorum* (26, 7, L.) *Tutores* (39.). Nam ex quo maior factus est, ipsemet exerceret, non curator, ut *D. de Appellationibus*

§. 29. *Vet. Coll.* §. 9. *Rog.* §. 58. *Infra* §. 248, ubi quaestio hac §pho proposita iisdem verbis iterum exhibetur.

§. 30. *Infra* §. 118. *Azo* in Summa Tit. C. de Procur. l. c. fol. 27ᵃ. et in Lect. ad L. 17. C. eod. l. c. p. 104. Gloss. v. *Extendere* L. 17. C. de Procurat. Gloss. v. *Item quaeritur* L. 46, §. 3. D. de Procurat. Gloss. v. *Si procurator* L. 2. D. An per alium caussa app. *Odofredus* in Lect. sup. L. 17. C. cit. l. c. fol. 95ᵇ. et in Lect. sup. L. 46, §. 1. D. de Procur. l. c. fol. 118ᵃ. sqq. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 879. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. 3. Tit. 3. §. 61. T. I. p. 304. *Eiusdem* diss. acad. disp. 121. c. 3. th. 8. n. 3. sq. T. III. p. 527.

ss) A Martino facit *Placentinus* in gloss. v. *Extendere cit.*

(49, 1, L.) *Negotiorum* (24.) §. *ult.* Item non obstat (Tit.), *An per alium caussae appellationum* (49, 9.) *L.* 2. Ibi dicitur: „*Si procurator velit*“ sss), nam alias facere non tenetur, nisi velit, ut arg. *D. Mandati* (17, 1.) *L. Si Procuratorem* (8.) §. *Si ignorantes* (7.). Sed tamen illi *Legi Si procurator* (49, 9, 2.) posset ita responderi, quod illud est in fideiussore, quum ipse non recipit caussam agendam, sed tantum pro se et pro illo obligavit se. Unde non debet teneri, nisi ut appellet. Nam si caussam recepisset, tunc etiam teneretur exercere, ut dictum est. Sed dominus *Azo* dicit, quod non tenetur nisi appellare, non exercere, et hoc patet ex eo, quod dicit, scilicet ultra ergo patet, qui finis negotio est inpositus, ergo ultra non tenetur procedere, nisi ut appellet, arg. *D. pro Socio* (17, 2.) *L. Actione* (65.) §. *Item si alicuius* (10.); alioquin secus esset, quod legitur *D. de Appellationibus* (49, 1.) *L. Negotiorum* (24.) §. *ult.* et *C. de Appellationibus* (7, 62, L.) *Si actor* (10.) et *D. Mandati* (17, 1, *L.*) *Si procuratorem* (8.) §. *Si ignorantes* (7.). Sed ad *Leges* illas *Mandati* et ad aliam *Si procuratorem* t) responsum est *Supra.* Sed ad illam *L. Negotiorum* respondeo, quod ibi bene coepit exercere, sed nova caussa supervenit, quae indiget auxilio, scilicet quia maior factus est, ut *D. de Interrogationibus in iure faciendis* (11, 1, L.) *de Aetate* (11.) §. *Ex caussa* (8.). Ad illam *Pro socio* dico: verum est, quod finitum est quantum ad principalem caussam, sed non quantum ad caussam appellationis. Unde eam tenetur exercere, ut dictum est generaliter ad omnes *Leges*, quae dicunt, quod adultus debet tt) exercere, et dicas, si velit, ut D. *de Appellationibus* (49, 1.) *L. ult.* §. *ult.*, et distingue, an tutor coeperit agere caussam appellationis, an non, ut, si coeperit, teneatur perficere, ut in *L. ult.*; si non coeperit, non teneatur, ut in *L. Negotiorum* (49, 1, 24.). Sed *Ego* puto, quod non teneatur exercere, sed sufficit, si appellet, ut dictum est.

§. 31.

C. Ne liceat potentioribus (2, 14.) *L.* 1.

---

§. 31. *Hug.* Dist. XXXI. In hac §pho controversiae inter glossa-

sss) Haec vv. non extant in *L.* 2. *cit.* Fortasse intelligenda est *L. ult.* §. 2. *D. de Appellationibus* (49, 1.).

t) vv. *Si ignorantes* — *procuratorem* desunt in Cod. Stuttg.

tt) vv. *ut dictum est* — *debet* desunt in Cod. Bamb.

§. 32.

C. de Negotiis gestis (2, 19.) *L. Si filius* (12.).

§. 33.

C. Eodem titulo (2, 19.) *L. ult.*

An is, qui prohibente domino negotia gessit, actionem negotiorum gestorum de expensis habeat?

Placentinus et ***Odericus*** u), ***Bul.*** (*Bulgarus*) et ***Iob.*** (*Ioannes Bassianus*) dicunt, quod, si quis post prohibitionem gessit negotium, etiam utiliter, nec directam nec utilem habet actionem de inpensis, ut *C. de Negotiis gestis* (2, 19.) *L. ult.* et *D. Mandati* (17, 1.) *L. Si pro te* (40.) et *D. de Negotiis gestis* (3, 5, L.) *Ex duobus* (27.) v). ***Alii***, ut *M.* (*Martinus*), ex aequitate utilem ei indulgent, ad instar illius, qui animo depraedandi adcessit ad aliena negotia gerenda, ut *D. de Negotiis gestis* (3, 5.) *L. Si pupilli* x) (6.) §. 3. et 4., et ad similitudinem illius, qui post prohibitionem heredis testatorem funeravit, ut *D. de Religiosis et sumtibus funerum* (11, 7.) *L. At si quis* (14.) §. *Labeo* (12.). Sed illud potest dici speciali favore funeraticiae. Similiter indulgent ei, qui bona fide aedificavit in alieno solo, cui ***Iac.*** (*Iacobus*) y) dicit tantum per retentionem consuli, ut *D. de Condictione indebiti* (12, 6, L.) *Si in area* (33.) et *D. de Doli exceptione* (44, 4, L.) *Paulus* (14.). Sed dominus ***Azo*** z) distinguit, qualiter prohibuit: an irato animo, an etiam plana voluntate, ut in primo casu agat gestor, quia perinde est, ac si non esset prohibitus, quum calore iracundiae sit prohibitus, arg. *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Quidquid* (in) *calore* (48.) a). Sin autem plana voluntate prohibuit, non agit gestor.

---

tores motae nullum exstat vestigium. Exponitur tantum, quatenus cessio nominis valeat. Qua de caussa hanc §phum delendam putavimus. Ceterum cf. *Glück* l. c. T. XVI. p. 428. sq. *Mühlenbruch* l. c. p. 356. sq.

§. 32. *Cod. Chis.* §. 12.

§. 33. *Cod. Chis.* §. 159.

u) Cod. Par.: *Odoricus*. Cod. Chis.: *Aldericus et Plac. et Ot.* (Otto Papiensis).

v) Cod. Cantabr.: *Si ex duobus* et mox *deprecandi*.

x) In vv. *Si pupilli* des. Cod. Chis. §. 159.

y) In gloss. ponitur *Io.* (Ioannes Bassianus) pro *Jac.*

z) Cod. Cantabr.: *A.*

a) Sequentia mendose scripta sunt in Cod. Cantabr.

§. 34.

C. Quod metus caussa (2, 20.)[b] *L.* 2.

An repeti possit, quod quis metu promisit et postea sponte solvit?

Bul. (*Bulgarus*)[c] dicit, quod, si aliquis metu coactus promiserit et non coactus solverit, non repetit, etiamsi[d] velit probare, metum in promittendo inlatum esse, ut *C. Quod metus caussa* (2, 20.) *L.* 2. Sed *Y.*[e] (*Irnerius*) contra, arg. pro se *D. Quod metus caussa* (4, 2.) *L. Metum autem* (9.) §. *Sed quod praetor* (3.) et *D. de Condictione ob turpem caussam* (12, 5.) *L. Ex ea* (7.), et intelligit *L.* illam *C. Quod metus caussa* (2, 20.) *L.* 2.[f], quando non probat, se metum passum in promissione, secus si illud probaret, ut per *Leges* praedictas. Dominus autem *Azo* dicit idem, quod *Bul.* (*Bulgarus*), et *Leges* inductas a domino *Y.* (*Irnerio*) intelligit, quando etiam in solvendo metum passus est. Nam si in solvendo non esset passus metum, non repeteret, ut *C. Quod metus caussa* (2, 20.) *L.* 2., quia sublata esset proxima caussa turpitudinis, ut *D. de Condictione ob turpem caussam* (12, 5.) *L. penult.*, quam *Legem Y.*[g] (*Irnerius*) intelligit[h], quando turpitudo versatur ex parte accipientis tantum, ut in metu et in similibus, sed intelligit, quando versatur ex parte dantis tantum, vel ex parte utriusque, quum[i] repetitio cessat, ut ibidem dicitur. Sed *Plac.* (*Placentinus*) idem dicit, quod *Bul.* (*Bulgarus*) et *Azo*, et dicit, quod, si postea spontanea voluntate solvat, non repetit, quia *Lex* illa praedicta interpretatur, metum non intercessisse, sicut et alias interpretatur, pecuniam esse numeratam post biennium, quae non fuit numerata. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*)[k].

---

§. 34. *Cod. Chis.* §. 161.

b) Edd.: *De his quae vi metusve caussa gesta sunt.*

c) Cod. Cantabr.: *B.*

d) Cod. Cantabr.: *etsi.*

e) Cod. Cantabr.: Yr.

f) In *L.* 2. *cit.* desinit Cod. Chis. §. 161.

g) Cod. Cantabr.: Yr.

h) Leg. *Y. non intelligit.*

i) Leg. *utriusque et ideo repetitio.*

k) v. *Iob.* deest in Cod. Par. et in Cod. Bamb.

§. 35.

Eadem Lege [l]).

Actio quod metus caussa an sit famosa?

Item dicunt *Quidam*, ut *Placentinus*, hanc actionem esse famosam *T.* (Tit.) *e.* (eod. C. 2, 20.) *L.* 4. et *D. Quod metus caussa* (4, 2, L.) *Si cum exceptione* (14.) et *L. Arbitrium* §. *Eum* [m]), quia concurrit cum actione de dolo, quae nullam aliam secum patitur, nisi sit famosa, ut *D. de Dolo* (4, 3.) *L.* 1, §. 1. et §. *Ait praetor* (4.). Sed *Azo* contra est in *L.* illa *Eleganter* [n]) et *D. Quod metus caussa* (4, 2.) *L. Nec timorem* (7.), quam sic exponunt: *nec timorem infamiae etc.*, scilicet a principio, sed sententia lata inrogatur infamia, ut in actione furti et de dolo dicitur. Sed *Alii* aliter exponunt, scilicet illius infamiae, quae est facti et non iuris. Sed dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), *Y.* [o]) (*Irnerius*) et *Azo* et *Py.* (*Pillius*) dicunt, eam non esse famosam, et tali modo probat *Yr.* (*Irnerius*), cum quo et *Azo* sentit. Nam dicit, quod illud, scilicet quod haec actio sit famosa, non invenitur in aliqua lege, nec ergo nos deberemus dicere, eam esse famosam, quum hoc sit poena, et poenae magis sunt molliendae, quam exasperandae, ut *D. de Poenis* (48, 19.) *L. Interpretatione* (42.). Item alia ratione, quia hic obscura sunt utriusque iura, ergo procliviores debemus esse ad absolvendum, quam ad contrarium, ut *D. de Actionibus et obligationibus* (44, 7.) *L. Arrianus* (47.) et *Instit. de Interdictis* (4, 15.) §. *Commodum* (4.). Item in obscuris semper debemus sequi, quod minimum est, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Semper in obscuris* (9.). Item alia ratione; nam [p]) vides in interdictis, quae plerumque ex dolo dantur, ut vides in interdicto Unde vi, ut *D. de Vi et vi armata* (43, 16.) arg. (L.) *Neque unde vi* (13.).

---

§. 35. *Placentinus* in Summa Tit. C. Quod met. cau. l. c. p. 66. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 31 b. *et* in Summa Tit. C. Ex quib. cau. inf. l. c. p. 24 b. *Hug.* Dist. XLI. Gloss. v. *Teneri* L. 14, §. 13. D. Quod met. cau.

l) Ita Cod. Cantabr.; in reliquis codicibus deest h. §. inscriptio. Leg. *Eod. Tit.* (2, 20.) *L. Si per vim* (4.).

m) Leg. *Si cum exceptione* (14.) §. *Eum* (13.) et *L. Arbitria* (4, 3, 18.) §. *Ideo* (pr.) Cf. *Azo* l. c.

n) i. e. *L.* 7. *D. de Dolo malo* (4, 3.).

o) Cod. Cantabr.: Yr.

p) Leg. *quam*.

Item vides in condictionibus, quae licet descendant ex caussis famosis, non tamen sunt famosae, ut *D. de Actionibus et obligationibus* (44, 7.) *L. Cessat* (36.), quae etiam quandoque concurrunt cum actione de dolo, ut vides in certi condictione, quae datur, ubicumque certum petitur; ergo et ubi dolus est commissus. *Py.* (*Pillius*) autem aliter probat, nam qui accusationem famosam intendit, certam dicere debet personam, quae dicitur caussam commisisse, ut *D. de Iniuriis* (47, 10, L.) *Praetor dixit* (7.) in *pr.*, quod in actione ista fieri non oportet, ut *D. Quod metus ea.* (4, 2, L.) *Si cum exceptione* (14.) §. *In hac actione* (3.), per quae omnia patet, quod non est famosa. *c. l.* q).

§. 36.

C. Si adversus venditionem (2, 28.) *L.* 1.

§. 37.

(C.) *Eodem Titulo* (2, 28.) *et Eadem Lege* (1.).

An minor in venditione, quam servaturum se esse iureiurando confirmavit, enormiter laesus adversus venditionem restitutionem petere possit?

Etiam in *ead. L.* differunt *Pla.* (*Placentinus*) et *Py.* (*Pillius*). Dicunt enim, quod, si minor in venditione, quam iureiurando firmavit, ultra dimidiam iusti pretii sit deceptus, poterit agere adversus venditionem vel actione ex vendito, vel actione in factum, vel iudicis officio, vel condictione ex lege pro varietate sententiarum, ut vel res sibi restituatur, vel iustum pretium suppleatur; nam in minorum venditionibus hoc facit sacramentum, quod in maioribus venditionibus maior

---

§. 36. *Vet. Coll.* §. 66. *Rog.* §. 37.

§. 37. *Azo* in Summa C. Si advers. vend. l. c. fol. 35 b. et in Lect. l. c. p. 130. *Hug.* Dist. CXLIV. in Adc. II. §. 32. *Roffredus*, Ord. iud. P. VIII. Rubr. Constitutio Frederici imperatoris n. 23. l. c. p. 468. Gloss. v. *Super contractibus* Feud. II, 53, §. 3. Gloss. v. *Custodiantur* Auth. Sacram. pub. i. f. Gloss. v. *Iudicis* L. 2. C. de Rescind. vend. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. Si adv. vend. l. c. fol. 112. *Fachineus* l. c. Lib. III. c. 11. p. 188; c. 14. p. 191. Lib. XII. c. 15. p. 939. *Christinaeus* l. c. Vol. III. dec. 69. p. 377. *Cocceii* l. c. Lib. 4. Tit. 4. qu. 21. T. I. p. 344. (ed. Emmingh. T. I. p. 374. sq.) *Glück* l. c. T. V. p. 556. sq.

q) Cod. Par.: 3 *L.*; cf. §. 21, not. c. §. 23, not. *f.* §. 236. not. *x.*

aetas operatur. Ergo quemadmodum subvenitur praedicto casu maioribus, ut *C. de Rescindenda venditione* (4, 44.) *L.* 2., ita et in hoc casu minoribus, tali sacramento non obstante, subveniatur. Nam propter sacramentum a iure speciali, non communi, excluditur. *Alii* contra, et dicunt, omnem viam agendi sibi propter sacramentum esse praeclusam, arg. *D. de Iureiurando* (12, 2.) *L. Si duo* (13.) §. 2. Nam si hoc concederetur, ei via periurii aperiretur, quod leges prohibent et puniunt, ut *C. de Indicta viduitate* (6, 40.) *L.* 2. et *D. de Iureiurando* (12, 2.) *Si duo* (13.) §. 2. *Alii* autem diverse interpretati sunt. Ponunt enim, minorem esse deceptum in venditione ultra dimidiam iusti pretii, contra quam se non venturum iuravit. Num quid sine periurio contra poterit venire? Respondet *Iob.* (*Ioannes Bassianus*): utique poterit, quia non intelligitur iurasse nisi de his, in quibus iuvatur vel iuvari poterat ratione minoris aetatis. *Alii* contra r).

§. 38.

Eodem Titulo (2, 28.) s).

Quatenus minor adversus venditionem restitutus pretium restituere teneatur?

Item dicit *Plac.* t) (*Placentinus*): si minor vendidit et adversus venditionem restituitur, debet pretium restituere, etiamsi illud perdidit, nisi tunc fuerit ei solutum, quum emtor eum perditurum non ignoraret. *M.* (*Martinus*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) et *P.* u) contra dicunt, scilicet ut tunc demum restituat pretium, quum ex eo factus sit locupletior, arg. *D. de Administratione tutorum* (26, 7.) *L. Sine* (32.) v) §. *Interposito* (4.) et §. *ult.* et ut *D. de Minoribus* (14, 4, L.) *Ait praetor* (7.) §. *Non solum* (3.) circa *fin.* §. et *L. Patri* (27, §. 1.).

---

r) Cod. Stuttg.: *Alii contra te dicit Pla. Si minor vendidit. Item dicit etc.* quae vv. desumta sunt ex §pho sq.

s) Legis non fit mentio in Codd.

t) Cod. Cantabr.: *P.* Cod. Par.: *Pla.* (Placentinus).

u) An *Pi.* (Pillius)? Placentinum enim h. l. intelligi non posse docent ea, quae Placentinus ipse in §phi exordio dicit.

v) Codd.: *Si sine.*

§. 39.

(C.) *Si adversus venditionem pignoris* (2, 29, L. 2.).

Quatenus minor adversus pignoris venditionem restituatur?

Dissentiunt in venditione pignoris, ut, si a minore pignus incipiat, bene restituatur, etiam pro modico damno; si a praedecessore, in duobus casibus, scilicet pro gravi damno et fraudis consilio, secundum *Plac.* (*Placentinum*) et *Bul.* (*Bulgarum*) et secundum *Nos* [x]). *Alii* hoc ultimum concedunt in praetorio vel iudiciali pignore. In primo casu nil innovatur, quia laesio [y]) qualiscumque exigitur. In secundo duo exiguntur, scilicet fraus et enorme damnum, et hoc bene posset defendi secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*), quia omnino debet uti iure defuncti, ut *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Aemilius* (38.), *D. Quibus ex caussis in possessionem eatur* (42, 4.) *L. Apud* (3.). Sed hoc [z]) est arg. contra *D. de Verborum oblig.* (45, 1, L.) *Quum filius* (49.) §. *In hac* (2.). *Alii* dicunt *Nobis* contrarium in primo casu, in secundo admittunt, quae diximus; [a]) in primo, ita tantum, si fraus interveniat. *Azo.*

§. 40.

C. *Si adversus libertatem* (2, 31.) *L.* 3.

§. 41.

(C.) *Ubi et apud quos* (2, 47.) *L. fin.* [b]).

Magistratus municipales an in integrum restituere possint?

Dicunt *Quidam*, quod magistratus municipales non possunt in integrum restituere ex eo, quod hic dicitur: „*ut ex*

---

§. 39. *Placentinus* in Summa Tit. C. Si advers. vend. pign. l. c. p. 74. *Azo* in Summa C. eod. l. c. fol. 35 b. et in Lect. ad L. 2. eod. l. c. p. 131. *Hug.* Dist. XLV. in Adc. II. §. 10. Gloss. v. *Si grande* L. 9, pr. D. de Minor. Gloss. v. *Doceatur* L. 2. C. de Praed. min. Gloss. v. *Non habet* et v. *Versatus est* L. 2. C. Si advers. vend. pign. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. eod. fol. 114 a. *Giphanius*, explan. Tit. C. Si adv. vend. pign. l. c. p. 99. *Brunnemann* ad L. 1. C. eod. l. c. p. 190. *Burchardi* l. c. p. 86.

§. 40. *Cod. Chis.* §. 65.

§. 41. *Azo* in Summa Tit. C. cit. l. c. fol. 39 b. et in Lect. ad

x) i. e. *Hugolinum.* Cf. Dist. cit., in qua etiam *Irnerius* commemoratur.

y) Cod. Cantabr.: *lex.*

z) v. *hoc* om. in Cod. Stuttg. et Par.

a) Add. *Alii.*

b) Inscriptio §phi deest in Cod. Bamb.; Cod. Cantabr.: *Eodem Tit.* mendose.

eis tantum, quos supra etc." Nam de his nihil in hac *Lege* dictum est, et ita haec *Lex* corrigit *Legem D. ad Municipalem* (50, 1, L.) *Ea* (26.) et *D. de Officio eius, cui mandata est iurisdictio* (1, 21.) *L.* 1. c).

§. 42.

C. Si adversus dotem (2, 34.).

§. 43.

C. De His, qui veniam aetatis inpetraverunt (2, 45, 2.).

An is, qui veniam aetatis inpetravit, coram iudice mores suos probare debeat?

Dissentiunt, quando quis inpetrat veniam aetatis. Dicit *P.* (*Placentinus*), quod debet probare apud iudicem, se docuisse apud imperatorem de morum probitate, et non debet probare apud ipsum de moribus suis, arg. C. *Quorum bonorum* (8, 2.) *L.* 1. Sed hoc argumentum *Alii* reprobant, quia non sufficit probare hoc tantum, scilicet se petiisse bonorum possessionem, quia tali tempore petere potuit, quo nulla fuit petitio, ut *D. de Bonis libertorum* (38, 2.) *L. Filius* (42.) §. *Quum filius* (2.). Unde dic d), quod probare debet, se de bonis moribus esse, apud istum iudicem e). Item pro *Plac.* (*Placentino*) facit, quia, si tractaretur amplius coram isto, fieret iniuria imperatori, ut *C. de Summa trinitate* (1, 1.) *L. Nemo* (4.). Sed dic, hoc coram imperatore non esse probatum, quum multis sit negotiis intentus, ergo iudici probatur. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

L. 3. C. eod. l. c. p. 145. Gloss. v. *Et veteribus* L. fin. C. Ubi et apud quem. Gloss. L. 26. D. ad Munic. *Odofredus* in Lect. sup. L. fin. C. Ubi et apud quem l. c. fol. 123 b. *Giphanius* explan. L. fin. C. cit. l. c. p. 111. *Brunnemann* ad L. fin. C. cit. l. c. p. 208. *Glück* l. c. T. V. p. 404. sq. *Burchardi* l. c. p. 47. sq. p. 455, 538.

§. 42. *Vet. Coll.* §. 5. *Rog.* §. 54.

§. 43. *Placentinus* in Summa Tit. C. de His, qui ven. aet. l. c. p. 79. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 144., et in Summa Tit. eod. l. c. fol. 39 a. Gloss. v. *Edoceant* L. 2. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 122 b.

c) Posterior §phi pars cum dissentientium doctorum sententiis deest.

d) Cod. Bamb.: *dico*.

e) H. l. exc. *Ioannis* sententia, quam gloss. v. *Edoceant* commemorat.

§. 44.

C. de In integr. rest. mil. (2, 51, 3.).

§. 45.

Eodem Titulo et eadem Lege (2, 51, 3.).

§. 46.

(C.) *Eodem Titulo f*).

De Quadriennio in integrum restitutionis.

Quandocumque minor lapsus fuerit in minore aetate, ea completa habebit quadriennium ad restitutionem inpetrandam, sive contrahendo vel quasi, sive delinquendo vel quasi, sive temporis transcursione, licet sit laesus minore tempore, secundum *Placen(tinum)*. In maiore distinguitur, ut, si tanto tempore vel maiore sit lapsus sive laesus, quadriennium habebit; si minore, non quadriennium, sed tantum solum, quanto lapsus fuit, ut *D. eod.* (4, 6, L.) *Sed etsi per praetorem* (26.) §. *Quotiens* (8.) et *L. Nec non* (28.) §. *Si quis* (saepius) *reipublicae* (3. et 4.). Sed *Ego* puto, quod eadem distinctio sit adhibenda in minore, qui lapsus fuerit temporis transcursione, ut *D. de Minoribus* (4, 4, L.) *Interdum* (19.). Sed illud sciendum est, quod *Quidam* adserunt: ubi absens fuit laesus in minore tempore, tunc non totum habebit quadriennium ad restitutionem inpetrandam et restitutionis litem finiendam, ut restituatur ei tempus, quo lapsus fuit. *Alii* dicunt: imo tantum solum tempus habebit ad restitutionem inplorandam, quanto lapsus fuerit et non quadriennium *g*); sed in qualibet quadriennii parte intra tantum temporis restitutionem inplo-

§. 44. *Vet. Coll.* §. 31. *Rog.* §. 1. *Infra* §. 51, 52, 53, 380, 381, 377.

§. 45. *Vet. Coll.* §. 32. *Rog.* §. 2. *Infra* §. 378.

§. 46. *Infra* §. 57. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. II. c. 36, 37, not. 64, 65. p. 212. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Rest. mil. p. 83. *Azo* in Summa Tit. C. de Temp. in int. rest. l. c. fol. 41 b. et in Lect. ad L. 7. C. eod. l. c. p. 154. Gloss. v. *Continuatio* L. 7. C. cit. Gloss. v. *Ex anno* L. 19. D. de Min. *Odofredus* in Lect. sup. L. 7. C. cit. l. c. fol. 129. et in Lect. sup. L. 28, §. 8. D. Ex quib. cau. maio. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 139. p. 162. Ad L. 7. C. cit. cf. *Burchardi* l. c. p. 503. sqq.

f) Legis non fit mentio in Codd. Intelligenda est L. 7. C. de Temp. in int. rest. (2, 53.).

g) Cod. Cantabr.: *et qñ qu.* et mox *intra tp̄s temporis.*

rabit et ad finem, eam contestatam perducere debebit post contestationem, quanto lapsus est. Quod ideo *Praedicti* dicunt secundum suas opiniones duas praedictas, quia tempus posterioris praesentiae non invenit [h]) in gremio usucapionis completae, in quo se reponat. Unde nihil operatur ad usucapionem vel exclusionem, sed solum quadriennium. Sed certe male dicunt, arg. *D. de Captivis et postliminio reversis* (49, 15, L.) *In bello* (12.) §. *Si quis* (1.) et §. *Si quis servum* (7.) et *D. Quemadmodum servitutes amittantur* (8, 6.) *L. Si locus* (14.) et *D. de* (in int.) *Restitutionibus* (4, 1, L.) *Nemo* (5.). Unde dicimus, quod tantum solus habebit ad restitutionem inplorandam et finiendam, quanto lapsus fuit, et non quadriennium, si minore tempore lapsus fuit, et continuo computandum, postquam est reversus et lapsus, ut eatenus ei postea minus restituatur, quantum is in praesentia tacuit. Unde si tanto tempore tacuit, quanto lapsus fuit, iam exclusus erit a beneficio restitutionis, nec enim debet prodesse vel obesse, quod evenit, quod alioquin prodesset.

§. 47.

Eodem Titulo.

Quando incipiat tempus petendae in integrum restitutionis?

Item quaeritur, quando incipiat numerari tempus, intra quod debeat restitutio inpetrari. Respondent [i]): statim, quum vicesimus sextus annus inluxerit, et hoc, si minor fuerit lapsus in minore aetate. Si vero maior est, qui in absentia sit laesus, curret ei post reversionem et sarcinularum compositionem, ut *D. Quibus ex caussis maiores* (4, 6.) *L. Ab hostibus* (15.) in *f.* Quid ergo, si in absentia non fuit usucapio completa? Respondent secundum *P.* (*Placentinum*), non restitue-

---

§. 47. *Infra* §. 441. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Rest. mil. l. c. p. 83. *Azo* in Summa C. de Temp. int. rest. l. c. fol. 41 b. et in Lect. ad L. 3. C. de Rest. mil. p. 149. Gloss. v. *Postulare potes* L. 1. C. de Temp. in int. rest. Gloss. v. *Fuerat* L. 5. C. eod. Gloss. v. *Inluxerit*, v. *Excipitur* et v. *Non absimilis* L. 7. C. D. eod. Gloss. v. *Unius* L. 26, §. 8. D. Ex quib. cau. mai. Gloss. v. *Redditur* L. 35, pr. D. Obl. et act. *Odofredus* l. c. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 11. sqq. *Burchardi* l. c. p. 220. sqq. p. 515. sq.

h) Sc. *absens.*

i) Codd.: ℞. i. e. *Respondent*, nam vv. *respondeo* et *responde* significantur siglis ℞o et ℞e.

tur. Sed secundum *Bul.* k) (*Bulgarum*) restitueretur, ut tempus absentiae de medio tollatur, primum sit, vel medium ultimumve in usucapione. Unde demum post reversionem et laesionem incipit currere. Sed obiicitur ipsi, quod non sit restituendus, si usucapio in praesentia compleatur. Nam non fuit in absentia laesus, sed solummodo in praesentia laesus l). Quod est falsum usucapione completa. Item obiicitur deducendo te ad inconveniens: pone, quod uno solo anno possedisti in absentia rem meam, me reverso adhuc supersunt novem anni ad eam praescribendam, ergo postea demum curret tempus restitutionis.

§. 48.

Praedicto Titulo et Eadem Lege ll).

§. 49.

Eodem Titulo.

Utrum actio rescissoria ab initio cum effectu nascatur nec ne?

Albericus et *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicunt, actionem rescissoriam ab initio nasci, sed non cum effectu. Sed *Alii* dicunt, eam ab initio nasci et cum effectu, sed inpetrata restitutione sumit vires et ab initio incipit competere cum effectu et perpetuatur litiscontestatione; sed infra quadriennium est inchoanda. Item haec rescissoria non datur maiori in absentia, et priori lll) succurritur solummodo per officium iudicis, sed

---

§. 48. *Vet. Coll.* §. 33. *Rog.* §. 3.

§. 49. Gloss. v. *Rescissa* §. 5. Inst. de Action. Gloss. v. *Propria actio* L. 24, §. ult. D. de Min. XXV. ann. Gloss. *Restitutionis* L. 15,

k) Cod. Stuttg. *W.*: (Wilhelmus de Cabriano).

l) Cod. Par.: *laesus, sed quod.*

ll) In marg. Cod. Cantabr. fol. 231. a recentiore manu haec adscripta sunt: *civilem deseruerit, ut actio prima arg. D. —) re ut l. patë actio* (?). *Respondet Iob.* (Ioannes Bassianus), *quod competit ab initio, quod praetor restituit absentes. Sic ergo non videtur re exclusus, quem praetor et c'. D. de In integr. restit* (4, 1.) *L. Nemo videtur* (5.), *licet cuius de iure civili res per usucapionem discesserit de dominio primitivo, tamen praetoris beneficio res remansit in bonis illius, ut in actione quod metus caussa, in qua res remanet in bonis metum passi de iure praetoris, licet de iure civili sit dominium translatum, ut D. Quod metus caussa* (4, 2.) *L. Metum* (9.) §. *Licet* (6.) *R.* (Rogerius).

lll) Cod. Cantabr.: *et posteriori.* Sequentia videntur mendose scripta.

posteriori per rescissoriam et per officium iudicis succurritur, et hoc dicitur *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. In caussae* (13.) §. *Interdum* (1.): „*vel rescissa alienatione in rem iudicio*“, quod ita intelligo, quum deceptus minor in traditione rei suae. Nec in hoc casu iuvatur per officium iudicis, sed per in integrum restitutionem, et sic postea habebit utilem in rem. Ad hoc est arg. *D. eod.* (L.) *Quod si* (24.) §. *Ex hoc* (ult.). Sed illud totum „*interdum*“ (D. 4, 4, 13, 1.) pro se introducebat et dicebat, quod minor in persona captus relevatur officio iudicis. In rem utili rescissoria proposita suo iure rem exsequetur, et illi §. *Ex hoc* respondebat et dicebat, illud esse verum, quum minor erat captus in contractu, sed non in traditione rei suae.

§. 50.

Eodem Titulo et Eadem Lege m).

An semper competat actio rescissoria et quando cum effectu?

Item differunt in rescissoria. Dicit enim *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), quod semper competit rescissoria, sine effectu tamen, et ideo oportet adiri praetorem vivum, ut inspiret in eam spiritum vitae, quod quum erit, possum eam postea intentare cum effectu. Nam semel concessa vel recepta est a praetore mortuo et ideo non est necesse, eam amplius inplorare. Semel enim in perpetuum concessa est, ut *D. de Conditionibus institutionum* (28, 7, L.) *Quae sub condit.* (8.) §. *ult.*, sed effectum petere oportet, sicut diximus in bonorum possessionibus. Nam habeo bonorum possessionem ex edicto praetoris mortui, quae dicitur decretalis, sed tamen non possum

---

§. ult. D. Ex quib. cau. mai. Gloss. v. *Redditur* L. 35. D. de Act. et obl. *Odofredus* in Lect. sup. L. 28. D. Ex quib. cau. l. c. fol. 189[b]. et in Lect. sup. L. ult. C. de Rest. mil. l. c. fol. 130[b]. sq. *Burchardi* l. c. p. 430. sqq. p. 442. sq.

§. 50. *Infra* §. 379, ubi haec quaestio iterum exhibetur. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Rest. mil. l. c. p. 84. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 41[a]. et in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 148. *Hug.* Dist. LVII. in Adc. II. §. 14[b]. *Roffredus*, Ord. iud. Part. I. Rubr. Positiones absentium l. c. p. 31, n. 2. Gloss. v. *Quaesisti* L. ult. C. Quib. ex cau mai. Gloss. v. *Rescissoria* L. antepen. C. de Capt. et postlim. rev. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. Quib. ex cau. maio. l. c. fol. 130[b]. *Giphanius*, explan. L. ult. C. cit. l. c. p. 117. *Glück* l. c. T. V. p. 407. sqq. *Burchardi* l. c. p. 439. sqq.

m) Tituli et legis etsi non fit mentio in inscriptione, tamen ob glossam *L. ult. C. Quibus ex cau. maio.* (2, 54.) intelligendam esse putamus.

eam intentare cum effectu, nisi adeam praetorem vivum, et hanc sententiam confirmant *R.* (*Rogerius*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) in *Casibus* [n] in *Cod. de Rest. mil.* (2, 51, L.) *Quod tempore* (3.), ubi de actione rescissoria loquitur. E contra dominus *Pla.* (*Placentinus*) et *Ia.* (*Iacobus*) dicunt, quod nulla est, nec viva nec mortua, nisi in casu, scilicet quum fuerit a praetore concessa, ut tunc demum incipiat et effectum secum habeat. Sed opponitur: rescissoria tollitur anno, ergo est aliqua, aut ad quid tolleretur? ut *C. Quibus ex caussis maiores* (2, 54.) *L. ult.* et *C. de Captivis et postliminio reversis* (8, 51.) [o] *L. ult.* et *D. de Actionibus et obligationibus* (44, 7.) *L. In honorariis* (35.). Respondent, quod dicitur, rescissoriam tolli anno, id est, rescissoriae inpetratio secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*), cum quibus et dominus *Azo* sentit, et hoc tali modo ipse probat: *Lex* dicit, quod rescissoria tollitur anno [p], ut *C.* [q] *Ex quib. causs. maiores* (2, 54.) *L. ult.* et *D. de Actionibus et obligationibus* (44, 7.) *L. In honorariis* (35.), ibi: „*sed cum rescissa etc.*“, ergo competit. Item pro eis est arg. *C. de Captivis et postliminio reversis* (8, 51.) *L. antepenult.* Item alio modo *Lex* dicit, ei, cuius res est usucapta, sed postea coepit possidere, quod ad similitudinem rescissoriae actionis datur exceptio. Sic ergo fit adsimilatio inter actionem rescissoriam et exceptionem, quoad eas dandas. Sed patet, quod exceptio datur etiam ante rescissionem, ergo et actio rescissoria. Probatur hoc arg. *D. Quibus ex caussis maiores* (4, 6, L.) *Nec non* (28.) §. *Exemplo* (5.) et *L. Si is cuius* (31.), vel aliter tollitur anno, quum iam competere coepit, postquam decreta a praetore fuerit, nec dicitur ibi ante tolli, quam decreta fuerit. Nec obstat, quod dicitur *C. Ex quib. causs. maiores* (2, 54.) *L. ult.*, imo potius pro ipsis facit; nam ibi ita dicitur: „*exemplo utilis actionis, quae in integrum restitutis datur etc.*“ Sic ergo patet, quod in integrum restitutis et non restituendis datur. Item non obstat eis, quod dicitur *D. de Actionibus et obligationibus* (44, 7, L.) *In honorariis* (35.), imo potius pro eis facit. Nam ibi ita

---

n) *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 205.; §. 379.: *R. et U* (Hugo.) Vid. §. 51, not. *d.* 79, not. *q.* 87, not. *p.* 118, not. *k.* 160, not. *l*, 388, not. *q.*

o) Edd.: *de Post. rev. et redemtis ab hostibus.*

p) vv. *id est — anno* desunt in Codd. Stuttg.

q) Ita Cod. Bamb., in reliquis Codd. est *D.*

dicitur: „*sed cum rescissa usucapione per restitutionem eam competere.*“ Item nec obstat *C. de Captivis et postliminio reversis* (8, 51.) *L. antepenult.;* nam quod ibi dicitur: „*quae experientibus*“ subaudi: post restitutionem. Item nec obstat adsimilatio, nec est in tantum prosequenda. Nam vides, quod actio rescissoria temporalis est, exceptio autem perpetua, ut *D. de Doli except.* (44, 4.) *Apud* (4.).

QUAESTIO I. r)

Sed quaeritur, an possit in eodem libello peti restitutio et proponi rescissoria. *Quidam* negaverunt, quia scripta debent esse ista iudicia, ut arg. *D. de Procuratoribus* (3, 3.) *L. A proprio mãte t̄* (?). Primum petatur officio iudicis, secundum intenditur iure actionis. Dominus tamen *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) admisit, quod utrumque in eodem libello possit peti, et hoc caussa minuendarum litium. Pertinet enim ad praetorem lites minuere, ut *D. Si certum petatur* (12, 1.) *L. Quidam* (21.) et in *Auth. Coll. VIII. de Litigiosis* (Nov. 112.) §. *Ad excludendas* (cap. 2.). Nam et caussa minuendarum litium unam actionem habeas, quum plures hereditates possunt dividi et plures societates una actione separari, *D. Pro socio* (17, 2.) *L. Societatem non posse* (52, §. 9.) §. *Si plures* (14.). Hoc etiam admisit dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) in actione ad exhibendum et rei vindicatione, quod possit in eodem libello utrumque proponi, ut ita dicam: „Peto rem exhiberi, at exhibitam vindico rei vindicatione“, ut *D. Commodati* (13, 6.) *L.* 2. Unde secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*) concipitur ita libellus super utroque hoc modo: „Vobis, domine iudex, supplico: ego, qui quum absens fuerim caussa reipublicae vel studiorum, et per talem absentiam laesus sum, quia talis rem meam usucapit, ideo, ut usucapio removeatur remedio, officium vestrum inploro et peto per officium vestrum restitui, et usucapione rescissa propono contra eum, qui tunc rem meam possidet, sitam in tali loco, rei vindicationem rescissoriam vel publicianam, et per illam peto rem illam mihi restitui. Sed videtur, quod libellus iste pro parte, in qua proponitur rescissio, quae nondum competit, sit male conceptus; nam certissimum est, quod ante restitutionem mihi concessam rescissoria non datur.

---

r) Quaestiones, quae sequuntur, invenimus in margine Cod. Cantabr. ad v. *Apud* a recentiore manu adscriptas.

Si ergo non est nata, quomodo possum eam intentare? Nam actio est ius persequendi in iudicio, quod nobis debetur, ut in *Inst. de Action.* (4, 6.) in *pr.*, non quod nobis futurum est deberi. Nec enim iudicium de futuris esse potest, ut arg. *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Non quemadmodum* (35.). Respondet *Iob.* (*Ioannes Bassianus*): bene, nam actio ab initio non competit et intentatur de futuro et, tametsi postea coepit competere, de iure videtur ab initio intentata, ut in pignoraticia, ut *D. de Pignor. act.* (13, 7.) *L. Si rem alienam* (9.) §. *fin.* Item in actione de peculio, quae ab initio non competit, etsi intentetur de futuro, videtur bene intentata ab initio, ut *D.* (??), et ante scientiam de iure intentatur. Respondet *P.* (*Placentinus*): sed ad illas *Leges* de *Pignoraticia actione* (13, 7.) *L. Si rem alienam* (9.) §. *fin.* et ad illam de *Rei Vindicatione* (6, 1.) *Si autem* (27.) potest responderi, quod non actio, quae possit agi, sed si fuerit actum, tenet, quia non fuit exceptio. A contrario ita dicitur, quod non valet talis libellus, ego illum mihi obnoxiam (?), sed tamen, si reus responderit, valet, ut quidem in tali ꝯ. l. si ex multis ad illam de peculio potest dici, quod bene et actio de peculio, etsi res non sint, quando agitur de peculio, quia universale iudicium est, ut petitio hereditatis, ut *D. de Petitione heredit.* (5, 3.) *L. Si quo tempore* (41.).

QUAESTIO II.

Domino *Iac.* (*Iacobo*), *B.* (*Bulgaro*) aliter videtur rei certa praesentia, et dicunt, quod, qui est laesus in una die, habet olim annum, hodie quadriennium ad restitutionem inplorandam, et toto anno olim, vel hodie quadriennio, potest inplorare in integrum restitutionem. Nec obstat *D. eod.* (4, 6, L.) *Etsi per praetorem* (26.) §. *Quotiens* (8.), nec *L. D. de Minoribus* (4, 4.) *L. fin.* Non loquitur de tempore, infra quod debeat restitui, sed de tempore, ad quod debeat restitui, et est ad hoc *D. ad Sc. Velleianum* (16, 1.) *L. Debitrix* (24.) §. *Si pro eo* (3.). Sed ibi est laesio in contractu, i. e. in intercessione mulieris, non in cursu temporis intervenit (?). Dominus *Iac.* (*Iacobus*), *B.* (*Bulgarus*) et *Ub.* (*Ubertus de Bobio?*) illius *L. Supervacuam* (C. 2, 53, 7.) dicit contra, quod si quis laesus fuerit XXX annis in absentia sua, praeter quadriennium hodie ad restitutionem inplorandam etiam re-

stituentur illi XXX anni, ut possit rem suam vindicare, sic *D. eod.* (4, 6.) *L. Iulianus* (17.) *Eum quo* §. (1.); si autem *****, prout illi dicebant, quod infra quadriennium proponere debet rescissoriam, iam coarctaretur ꝗ tempus absentiae, et sic obesset sibi absentia sua. Dic ergo, quod quadriennium sibi datur ad ostium pulsandum, et ut detur sibi via agendi, non obstante sua usucapione vel praescriptione, quae cucurrit, et hoc obtinet, quantocumque tempore sit laesus, vel levi vel magno, et restituetur intra tantum tempus ad rem suam vindicandam, quanto tempore sit laesus. Sed pone, quod laesus est una die, ut dicitur in illa *L.* (4, 6, 26, 8.), reversus dimisit, postea una die lapsus et nihil dixit de re sua, non quidem postea poterit rem suam vindicare, ut sic priorem possit petere vindicationem. Videtur domino *Iacobo*, quod non possit, non illa ratione, quod ibi non sit tempus, infra quod restitui possit, quod bene est, sed illa ratione, quod non sit tempus, ad quod possit restitui, et quod supra dixit, quod laesus una die habet quadriennium ad restitutionem inplorandam, verum est, si, dum reversus est, non est negligens, sed etiam cum calcaribus vadit quaerendo advocatum suum, et componit sarcinulas et talia facit, ut *eod. tit.* (4, 6, L.) *Ab hostibus* (15.) §. *Sed quod simpliciter* (ult.). Porro si sit negligens, non succurritur ei ratione praedicta, sed illa dies computatur loco diei illius, in qua fuit laesus in sua absentia. Si ergo fuit diligens, habet quadriennium. Hodie etiam conceditur, rem suam sibi vindicare, et, si maiore tempore, quam quadriennio, etiamsi XXX annis, habet quadriennium ad pulsandum ad ostium et rescissoria sibi conceditur tanto tempore, quanto tempore fuerit absens, et sic XXX annis, et non obstat hoc, quod dicitur, eam anno finiri *D. de Actionibus et obligationibus* (44, 7, 35.), quod sic expone: „*anno*“ scilicet restitutioni, non autem actioni. Item pro hac sententia facit, quod, si fuit absens per unam diem, illa dies debet ei restitui in eo statu, in quo erat, quando se absentavit. Ergo ea die non tenetur inpetrare in integrum restitutionem p. añ ñ. ***batus sed in peccã in integrum restituitur. Tunc demum debet habere absolute illam diem. Item videtur, quod non debet currere tempus contra rescissoriam, dum agit caussam in integrum restitutionis, quia tunc, etiamsi vellet agere, non posset. Ante ergo interim, dum agit caussam in integrum

restitutionis, non currit tempus super rescissoria, ut *C. de Inoffic. test.* (3, 28.) *L. Contra maiores* (16.) et *C. de Annali except.* (7, 40.) *L.* 1, §. *fin.*, et sic, si per unam diem fuit absens, in integrum restituitur ad illam diem, et illam debet habere absolute post petitam in integrum restitutionem. Sed obstat fortiter *D. Quae in fraudem creditorum* (42, 8.) *L. Ait praetor* (10.) §. *Si conditionalis* (23.). Dic ergo cum *Bulgaro*, quod petit restitutionem ad diem, q. si tunc verum esset absens reipublicae caussa, sequeretur in ***tas, quod restitueretur ad restitutionem. Sed restituetur ad rem suam vindicandam tantum per unam diem, in qua fuit absens ***habet illam diem in eo statu, in quo se absentavit, tunc restituatur contra ius commune. Unde non petit in integrum restitutionem ad diem, sed ad rem suam vindicandam intra illam diem, quia in re sua laesus est infra tempus. Unde intra illud tempus restituitur ad rem suam. Ita dicit *D. eod. L.* 1., et sic intelligitur, quod ibi sequitur, ne prosit vel obsit, quod evenit.

§. 51.

Eodem Titulo s).

De rescissoriae actionis praescriptione.

Item differunt in prascriptione rescissoriae. Dicit enim *B.* (*Bulgarus*), quod intra tempus statutum ad in integrum restitutionem debet se docere restituendum et de iure suo. *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) videtur dicere, quod, si iudex restituerit eum intra tempus quadriennii, in perpetuum poterit intentare rescissoriam, sicut in omnibus supradictis argumentis continetur. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *W.* t) idem dicunt fore u), quod *Bul.* (*Bulgarus*). Dicunt enim, quod si intra tempus restitutionis statutum restituitur, debet se probare restituendum, alioquin non audietur; deinceps, si vero fuerit restitutus, quod habet rescissoriam usque ad tempus, quod superest ad usucapionem, scilicet quod restitutum est. Verbi

§. 51. *Infra* §. 380.

s) Lex ipsa exc. in Codd.

t) §. 380.: *U* (Hugo). Cf. §. 50, not. n.

u) Cod. Cantabr.: *dicunt fore Iob. Bl.*, *quod etc.*

gratia abfuit reipublicae caussa per duos annos v). Eo tempore, quo res eius usucapiebatur, restitutionem inpetravit et vv) probavit intra unum mensem et restitutus est vvv), modo superest alius mensis. Idem est, si plus vel minus fuerit, tanto tempore durabit. Sic alius erit duorum mensium et intra idem tempus, etsi fuerit lis contestata, perpetuatur, sicut ceterae actiones, ut *D. de Novationibus* (46, 2.) *L. Aliam* (29.) et *D. de Iureiurando* (12, 2.) *L. Nam postea* (9.) §. *Si is* (3.), secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*). Sed pone: qui abfuit caussa w) reipublicae, rediit, post compositas sarcinulas conduxit hospitium, quaesivit advocatum, nec quidem uno momento fuit negligens, sed statim adivit praetorem et petiit restitutionem. Quum dubitaretur, an esset restituendus, quia forte dicebatur, quod dolo vel sponte caussa ww) reipublicae abfuisset, et dum in his probaret, se fore restituendum, restitutus est ultima hora diei tertiae, et ita x) non potuitlitem contestari, nam non potuit copiam iudicis habere, quia conditio horae efficiebat, ut se reciperet, ut *D. Quando appellandum sit* (49, 4.) *L.* 1, §. *Dies* (7.). Quid ergo ei proderit, quod sollers et non negligens fuit? Nam secundum casum, quem *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dixit, peremta est rescissoria. Respondet *Io.* (*Ioannes Bassianus*): vere peremta est, sed si hora non patiebatur et propterea non potuit litem contestari super rescissoria y) et fuit vigilans, restituetur ex illa generali clausula, *si qua mihi iusta caussa videbitur.* Secundum *Io.* (*Ioannem Bassianum*) z).

---

v) Cod. Cantabr.: *duos menses.*

vv) In §. 380. des. vv. *eo tempore — et.*

vvv) §. 380. add.: *per duos annos eo tempore, quo res eius usucapiebatur, restituitur et probavit intra unum mensem et restitutus, modo prodest alius mensis.*

w) *Infra* §. 380.: *Sed pone, quod fuit praesens per biennium, tribus diebus minus, in quibus fuit absens caussa.*

ww) §. 380.: *Sponte vel alia consimili caussa.*

x) §. 380.: *In his tribus probavit — et ideo non.*

y) vv. *Super rescissoria* des. in Cod. Bamb.

z) In Cod. Cantabr. recentior manus extremae §pho haec adscripsit: *Sed forte sic restitueretur ad restitutionem petendam, unde dicit B.* (Bulgarus), *quod sibi inputet, qui tantum. Secundum Azonem.* Eadem manus adiecit duas quaestiones mendose scriptas, quas inter ipsas Hugolini dissensiones, §. 50. et 51., recepimus.

§. 52.

Eadem Lege zz).

An tempus sit prorogandum ei, qui post inpetratam restitutionem media probandi sine culpa sua perdidit?

Item quaeritur, si, quum coeperit abesse, tantum tres dies supererant et habebat paratos testes et probationes, quum redierit et testes se absentaverint et instrumenta alibi sine dolo et culpa translata erant, numquid erit producendum tempus? Dicunt, utique esse clausula generali. Sed hoc qua re, non video. Sed petet restitutionem et contestetur litem super rescissoria et sic de cetero sit actio perpetuata, ut dictum est. His ergo diversitatibus praemissis sententiam suam corroborat *Io.* (*Ioannes Bassianus*) putatque, talia verba praetoris fuisse, quum dies exisse dicitur vel aliquod temporis effluxisse diceretur, quum caussa reipublicae abest, „*posteave*“ (D. 4, 6, 15, §. 3.) in integrum restituitur. Sed *Ulpianus* interpretatur, „*posteave*“ restringendum ad modicum tempus, quo conduxit hospitium etc., et merito, nam tempus, quod effluxit a), non debet computari in usucapione, quia non negligentibus, sed necessitate rerum inpeditis etc. Sed hoc plenius aa) est in *Casibus* b). Secundum *Io b.* (*Ioannem Bassianum*).

§. 53.

Eodem Titulo bb).

In integrum restitutio absentium quomodo sit computanda?

Item differunt de tempore restitutionis. Dominus *P.* (*Placentinus*), *Ia.* (*Iacobus*) et *Io.* (*Ioannes*) dicunt, quod non re-

---

§. 52. *Infra* §. 381. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 140. n. 4. p. 164.

§. 53. *Infra* §. 378, ubi haec quaestio iisdem fere verbis repetitur. §. 442, 443. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Rest. mil. l. c. p. 83. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. cit. l. c. p. 149. *Hug.* Dist. LIII.

zz) Tituli et legis non fit mentio in Codd.

a) §. 381.: *de cetero fiet actio. Sed P.* (Placentinus) *interpretatur — quod conduxit h., componit sarcinulas, quaerit advocatum, quod simpliciter dixit praetor, et mer., n. t., quod postea fluxit, nondum computatur.*

aa) vv. *Sed necessitate — plenius* des. in Cod. Par.

b) v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 264.

bb) Tituli et legis non fit mentio in inscriptione §phi. Scrib. *C. de Rest. mil.* (2, 51.) *L. Quod tempore* (3.) Vid. *Hug. Dist. LIII. cit.*

stituitur, nisi tanto tempore, quanto fuit absens, statim computando a die, quo novit vel alio modico tempore, scilicet quo sarcinulas componit, hospitium conducit, quaerit advocatum. *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) vero dicit, quod intra totum quadriennium potest inpetrare tantum tempus sibi restitui, quanto fuit absens, et sic instat contra sententiam *Io.* (*Ioannis*). Usucapione completa et consummata c) debet restitui ad unam diem. Illa dies a modo d) non potest computari in usucapione, postquam usucapio est completa; nec unam diem potest plus habere, quia non potest plus capere, sed restituitur post unam diem. Sed non magis cautum est de hac die, quam de alia, et *Leges* simpliciter dicunt, me restituendum esse intra quinquennium e); ergo, in quacumque parte quadriennii volo, possum unam diem postulare mihi restitui, ut arg. *C. de Rest. mil.* (2, 51.) *L.* 1. et *L. Quod tempore* (3.) et *C. de Temporibus in int. rest.* (2, 53.) *L. Petendae* (6.) et *C. Ex quib. causs. maio.* (2, 54.) *L. ult.* Sed respondetur: verum est, quod habet restitutionem intra quadriennium, non ultra, quia, quantocumque tempore laesus sim, non habebo restitutionem, nisi per quadriennium, etiamsi per decennium fuerim absens. Sed si citeriore ee) tempore abfui eee), non habebo, nisi tantum tempus, quantum in absentia amisi et ab eo tempore computandum, quo redii, ut arg. *C. de Temporibus in int. rest.* (2, 53.) *L. ult.* et arg. *D. Quib. ex causs. maio.* (4, 6.) *L. Sed etsi* (26.) §. *Si feriae* (7.), et in hac §*pho. Sed quod simpliciter etc.* (D. 4, 6, 15, §. 3.). Nec valet, quod dicitur, quod non recipit aliam diem, quum sit perfecta, quia, licet sit perfecta f), in ea tamen sunt aliqui dies, qui non numerantur ad usucapionem complendam cum effectu; scilicet quia, licet numerentur de iure civili, de iure tamen praetorio et per eius fictionem videntur non numerari, quia praetor

---

in Adc. II. §. 13. *Casus* §. 6. Inst. de Act. *Odofredus* in Lect. sup. L. 26. D. Ex quib. cau. maio. l. c. fol. 138 b. sq. et in Lect. sup. L. ult. C. de Temp. in int. rest. l. c. fol. 129. et ad L. 3. C. de Rest. mil. l. c. fol. 125. De L. 26, §. 7. D. Ex quib. cau. maio. cf. *Burchardi* l. c. p. 457. sq.

c) Cod. Cantabr.: *confirmata.*
d) Cod. Bamb. (§. 378.): *a mō.*; an *a momento?*
e) Leg. *quadriennium.*
ee) Leg. *minore.*
eee) vv. *non habebo — abfui* des. in Cod. Cantabr.
f) vv. *quia, licet sit perfecta* desunt in Cod. Cantabr.

tantum tempus illi restitui pollicetur, etsi non intelligitur adhuc plene usucaptum, ut arg. *D. de In integr. restit.* (4, 1.) *L. Nemo* (5.). Si ergo sum negligens, quia passus sum, rem meam tanto tempore detineri, quanto fui absens, inputatur mihi, quasi isti dies subrogati sint in locum eorum, quibus fueram absens *g*). Item ex eo adparet, quod, licet res sint usucaptae, debeant tamen dies praesentiae inputari et statim. Nam si quis mihi *gg*) intulerit, ut ei rem meam traderem, et feci, et ipse postea eam vendidit, possum agere contra possessorem actione in rem utili, nisi ipse usucepit. Sed ad quid erit necessaria usucapio, quum *h*) emit a domino, nisi quia vitiose dominium transtulit, ut arg. *C. Quod metus caussa* (2, 20.) *L.* 3. *i*)? Patet ergo, si fui negligens intra tempus, quo dies erant vitiosi, quod nullatenus mihi subveniatur. Item ex eo licet colligere, quia permittit dicere, non esse usucaptum, quod est, ut in *Inst. de Actionibus* (4, 6.) §. *Rursus* (5.). Potest ergo recipere usucapio pro vitiosis *k*) diebus alios bonos, ut dictum est, et quod haec ita sint vera, probat *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*), *C. de Rest. mil.* (2, 51.) *L. Quod tempore* (3.) *kk*).

§. 54.

C. de Temporalibus in integrum restitutionibus (2, 53.) *In Auth.* „*Si minor de dote* (L. 5.) *l*).

A quonam tempore numerentur illi XII anni, intra quos minor maritus exceptione dotis cautae dotis non numeratae uti potest?

Dissentiunt *de Temporibus in integrum restitutionis* (2,

---

§. 54. *Azo* in Summa Tit. C. de Temp. in int. rest. l. c. fol. 41b. et in Lect. ad. Auth. Si minor L. 5. C. eod. l. c. p. 153. Casus et

g) vv. *inputatur — absens* desunt in Cod. Cantabr.

gg) Add.: *vim.*

h) Cod. Cantabr.: *non emit.*

i) Cod. Stuttg.: *C. In quib. cau. L.* 3.

k) Cod. Cantabr.: *perniciosis.*

kk) §. 378.: *Item differunt in tempore restituendo. Dicit enim P., Ia et Iob, quod — quo venerit vel a. m. t., quo s. composuit, quaesivit adv., conduxit hospitium, Dominus* Y. (Irnerius) *dicit — sibi rest. tanto tempore, quanto — Quum usucapio completa est et confirmata, debet — illa dies n. poterit c. a modo in usuc., quia usucapio est c. per unam diem, quia a modo non potest plures capere, sed restsitueretur possessio ad unam diem — quam de illa et — intra quadriennium, ergo — nisi intra quadriennium — sed si minore tempore abfui — tamen sunt aliqui dies, qui sunt vitiosi et sine effectu, quia praetor simpliciter pollicetur tantum temporis restituturum, et sic* (deest *non*) *intell. ad hoc plene* (deest *usucaptum*) *— isti dies computati sunt in loco iudiciorum*

53.) in *Auth.* „*Si minor de dote*" (L. 5.) super verbo „*nuptiarum*". *M.* (*Martinus*) subaudit „*contractarum*", arg. *C. de Nuptiis* (5, 4, L.) *Sancimus* (24.), et sic poterit agi in XXXVII. anno, una die minus, si ponas, maritum in ultima die XXV. anni cavisse ll). *Bul.* (*Bulgarus*) vero exponit „*contrahendarum*", et hoc probat per illa verba, „*novimus enim etc.*", quae sunt in *Corpore Auth.* (Nov. 100, c. 2, pr. med.), et sic extendetur usque ad XXVII. annum, una die plus, ut in *Corpore* huius *Authenticae.* Item secundum *M.* (*Martinum*) non posset dici, „*minor non queritur*", imo m) transiret tempus in maiore aetate. Sed speciale est secundum *M.* (*Martinum*), quia alias datur restitutio usque ad XIX. mm) annum, hic contra. Item alias heres maior habet quadriennium, ut *C. de Temporibus in int. restit.* (2, 53, L.) *Ea quae* (5.), hic autem non. Item alias heres minor habet totam suam minorem aetatem, hic autem non, ut *C. de Temporibus in int. rest.* (2, 53, L.) *Ea quae* (5.). Item huic minori non currunt temporales praescriptiones, ut *C. In quibus causs. non est necessaria in int. rest.* (2, 41.) *L. ult.* et *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Interdum* (19.), hic contra. Secundum *Azo.* (*Azonem*) n) dominus *Alb'.* (*Albericus*) non distinguit a tempore nuptiarum contractarum vel contrahendarum, sed dicit, „*tempore nuptiarum*", id est, tempore illo, quo legitimas nuptias contrahere potuit, id est XIV annorum. *Alii* dicunt, quocumque tempore minoris aetatis nuptias contrahat, intra XII annos post nuptias restituatur, ut de non numerata dote queri possit. Ita ut, si intra XXIV annos contraxerit, intra XXXVI. annum possit restitui. Dominus *Iac.* (*Iacobus*) dicit, ut a tempore XXV o) annorum transcendat XII annos; et si habeat XVI, addantur

---

gloss. v. *A tempore nuptiarum* Auth. C. cit. Gloss. v. *Nuptiarum* et v. *Ad praesentem legem* Nov. 100, c. 2. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. C. cit. l. c. fol. 128 a. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 36. sq. *Burchardi* l. c. p. 527. sq. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 260.

(om. *quib. f. absens*) — *statim, ut vides, quum quis mihi vim intulit — non esse* (Desunt vv. *usucaptum — recipere*) *usucapio — probatur, ut* (om. v. W.) *in Casibus C. — tempore. Finito casu statim secundum Ioh.* (Ioannem Bassianum).

l) Ita codices; in edd. est: *de Temporibus i. i. restitutionis.*

ll) Leg. *contraxisse matrimonium*; et Supra *intra XXXVII. annum.*

m) Cod. Cantabr.: *quer. a mino.*

mm) Leg. XXIX.

n) Cod. Bamb.: ς' *co. a.*

o) Leg. XV.

ei XI anni; et si habeat XVII annos, addantur postea X et sic deinceps, vel aliter, scilicet ut XII semper addantur, ut, quum minor habeat XVIII annos, addantur XII et ita erunt XXX. Item si habeat XX annos, addantur XII et ita erunt XXXII et sic deinceps; et hoc magis placet *Iac̄.* (*Iacobo*), quia tempus nuptiarum ultra XV annos est. Idem placet *Io b.* (*Ioanni Bassiano*).

§. 55.

Eadem L. Ea quae (2, 53, 5.) §. *Si quando* (1.).

De in integrum restitutione minoris maiori succedentis.

Differunt in *C. de Temporibus in int. rest.* (2, 53.) *L. Ea quae* (L. 2.) §. *Quod si mai.* (2.) in illo responso, scilicet ubi dicitur „quo minor successit maiori" ibi, ubi dicitur „*tantum temporis etc.*". Nam *Bul.* (*Bulgarus*) et *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* intelligunt illud post completam suam aetatem, sicut in caussa reipublicae absentibus, ut *Supra eod. L.* 1, 2. et 3. et 4., et hoc tali argumento, quia idem ius habet minor, quod habet absens reipublicae caussa, ut *Infra eod. L. Supervacuam* (7.), et pro eis est *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Interdum* (19.) et *Infra Si maior factus al. rat. hab.* (C. 5, 74.) *L. ult.* in *f.* *Alii* contra, et habent pro se §. *ult.* istius *Legis.* Sed non obstat, quia in alio casu loquitur. Item pro se inducunt *Auth. de Non numer. pecunia* oo) (Nov. 100.) §. *Si autem* (cap. 2, §. 1.). Sed illud dicimus speciale. Nam secundum *Omnes* multa sunt ibi specialia. Item habent pro se *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Interdum* (19.). Verumtamen pro utraque sententia potest trahi litera illa, in qua sententia etiam fuit dominus *Plac̄.* (*Placentinus*). Item habent pro se *C. de His, quibus ut indignis* (6, 35.) *L. Polla* (2.) et *D. Quibus ex causs. in poss. eatur* (42, 4.) *L. Apud* (3.). Nam non debemus ius metiri ex persona succedentis, sed ex persona eius, cui succeditur ooo).

---

§. 55. *Placentinus* in Summa C. de Rest. mil. l. c. p. 83. *Azo* in Summa Tit. C. de Temp. in int. rest. l. c. fol. 41[b]. et in Lect. ad. L. 5., §. 1. C. eod. l. c. p. 152. Hug. Dist. LVI. in Adc. II. §. 14[a]. Gloss. v. *Fuerat* L. 5, §. 2. C. de Temporibus in int. rest. Gloss. v. *Heredis* L. ult. C. Si maior factus alienationem. Gloss. v. *Sed id*

oo) Edd.: *de Tempore non solutae pecuniae super dote.*

ooo) De *Martini* sententia cf. gloss. cit.

§. 56.

Praedicto Titulo (2, 53.) *L. Supervacuam* (7.).

***In integrum restitutionis caussam litiscontestatione non perpetuari, sed actionem rescissoriam** p).*

Item differunt in *eod. titulo*, *L. Supervacuam* (2, 53, 7.) in illo verbo „*ad interponendam contestationem etc.*" Dicunt enim *Quidam*, quod caussa in integrum restitutionis non perpetuatur litiscontestatione q), et ideo dicunt, rescissoriam non perpetuari. *Alii* dicunt, quod caussa in integrum restitutionis non perpetuatur, sed ipsa rescissoria, et durabit usque ad spatium XL annorum, et hoc secundum *Al.* qq) (*Albericum*) et *Io.* (*Ioannem Bassianum*) et *Azo.* (*Azonem*), et ita respondent superioribus: Verum est, quod, si litem contestatus fuero in caussa in integrum restitutionis, non ideo perpetuatur caussa in integrum restitutionis, ut *D. de Minoribus* (4, 4, L.) *Auxilium* in *f.* (37.), nam non admittor post quadriennium; si tamen in integrum restitutionem petii et litem super ea contester, et mihi postea detur, et in integrum restituar ad rescissoriam, nec super hac rescissoria litem fuero contestatus r), anno quidem tollitur, ut *Infra*, *titulo proximo* (C. 2, 54, L. Si) *Ab hostibus* (5.) et *D. de Oblig. et act.* (44, 7, L.) *In honorariis* (35.) §. *Item Publiciana* (pr. i. f.). Ceterum si super ea litem fuero contestatus, perpetuatur per litiscontestationem usque ad spatium XL annorum, ut *D. de Novationibus* (46, 2.) *L. Aliam caussam* (29.), et nota specialissimum in actione de dolo, quod litiscontestatione non perpetuatur, ut *Supra de Dolo* (C. 2, 21.) *L. Optimum* (8.). Quod autem hic dicitur finiendam esse litem contestatam per continuum quadriennium, falsum probatur, ut *Supra eodem* (C. 2, 53, L.) *Petendae* (6.) §. *Quod si defensio* (1.).

---

duntaxat tempus L. 19. D. de Minor. *Odofredus* in Lect. sup. L. 5, §. 2. C. cit. l. c. fol. 127 b. *Burchardi* l. c. p. 525.

§. 56. *Cod. Chis.* §. 68. *Azo* i. f. Summae C. de Temp. in int. rest. et in Lect. ad L. 7. C. eod. p. 155. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. cit. l. c. fol. 128 b.

p) Ita Cod. Cantabr.

q) vv. *etc. — litiscontestatione* desunt in Cod. Stuttg.

qq) In v. *Al.* desinit Cod. Chis.

r) Cod. Cantabr. et Stuttg. add.: *perpetuatur per litiscontestationem.*

§. 57.

Praedicto Titulo et Eadem Lege (*C.* 2, 53, 7.).

De restitutione eius, qui modico tempore abfuit.

Item dissentiunt s) in *ead. L.* super illo verbo: „*sed et in maioribus hoc idem adhiberi sancimus, ut hoc* t) *pro utili anno etc.*" Nam dicunt *Quidam*, quod si aliquis absens fuerit modico tempore, quod totum quadriennium habere debet ad inpetrandam restitutionem illius facti, in quo, dum absens fuit, laesus est. Sed *Alii* contra, in quorum sententia est *Azo*, et dicunt, quod tantum temporis habebit ad restitutionem, quanto fuit absens, et currit statim post reversionem, ut arg. *D. Quibus ex causs. maio.* (4, 6.) *L. Sed etsi* (26.) §. *Sed quum feriae* (7. in f.) et §. *Quotiens* (8.) et *L. Nec non* (28.) §. *Si quis* (3.) u) et *D. de His, quae in fraudem creditorum* (42, 8.) *L. Ait Praetor* (10.) §. *Si conditionis* (23.) v) et *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Interdum* (19.). Idem dant in minoribus. Si autem laeditur in contractu minor, semper dant ei quadriennium, maiorem autem non restituunt in contractu. Secundum *Azo* (*Azonem*).

§. 58.

C. Ex quibus caussis maiores (2, 54.) *L. In Contractibus* (3.).

De in integrum restitutione maiorum in b. f. contractibus.

Dicunt *Quidam*, quod in contractibus bonae fidei maioribus datur restitutio perpetuo, ut *D. de Contrahenda emtione* (18, 1.) *L. Sed Celsus* (6.) §. *Si fundus* in *pr.* (§. 1.), et in eorum sententia fuit *Iob.* x) (*Ioannes Bassianus*) et *Azo*, et *D. de In diem addictione* (18, 2.) *L. Imperator Severus* (16.), *D. de Lege commissoria* (18, 3.) *L. Si fundus* (4.) in *pr.* et §. 2. et *D. de Action. emti et venditi* (19, 1.) *L. Ex emto* (11.) §. *Is, qui vina* (6.), et ponunt exemplum in decepto ultra dimidiam iusti pretii. *Alii* dicunt, quod tantum intra qua-

---

§. 57. *Supra* §. 46.
§. 58. *Cod. Chis.* §. 70.

s) Cod. Stuttg. et Bamb.: *Differunt.*

t) In editis est: *Sed etiam in maiorum et hic.*

u) vv. *D.* — *Si quis* desunt in Cod. Stuttg.

v) Edd.: *Conditionalis.*

x) Cod. Bamb.: *Ob.* Cod. Chis.: *P.*

driennium a tempore contractus et doli interpositi, ut *C. Ex quib. causs. maio.* (2, 54.) *L. In contractibus* (3.), et ratio est infinitatis evitandae. *Al.* y) (*Albericus*).

§. 59.

Eodem Titulo (2, 54.) *L. Respublica* (4.).

De in integrum restitutione reipublicae et ecclesiarum.

Dicunt *Quidam*, quod respublica iure minorum utitur et in integrum restitutionis auxilium inplorare potest, ut *C. Quib. ex causs. maio.* (2, 54.) *L. Respublica* (4.), et hoc perpetuo, quia respublica semper minor est et pupilla intelligitur. Unde non videtur ei currere praescriptio, et hoc idem dicunt in rebus ecclesiae, quum res ecclesiasticae nihil differant à publicis, ut in *Auth. de Non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis* (Nov. 7.) §. *Sancimus autem* z). Quoniam eodem modo semper ecclesia minor intelligitur. Unde semper in integrum restitutionem inpetrare potest, sicut minor in toto tempore aetatis inpetrare potest, etiam ultra, ut *C. de In integr. restit. minorum* (2, 22.) *L. Minoribus* (5.) et *C. Ubi et apud quem* (2, 47.) *L. ult.* (3.) et *C. Ex quib. causs. maio.* (2, 54.) *L. Respublica* (4.). *Alii* dicunt, quod respublica et ecclesia non perpetuo restituuntur, sed tantum intra quadriennium a tempore contractus et laesionis computandum, et hoc ratione infinitatis evitandae, ut *D. de Damno infecto* (39, 2.) *L. Qui bona* (13.) §. *ult.* a), et in hac sententia est dominus *Azo* et eam multis rationibus conatur probare, inprimis autem pro se inducit, quod de sententia adversus fiscum lata dicitur, contra quam fiscus usque ad quadriennium et non ultra restituitur, nisi manifestissimis probationibus doceatur, praevaricationem vel fraudem intervenisse, ut *C. de Sententia adversus fiscum lata* b) *L.* 1, *Lib. X.* (Tit. 9, 1.). Item quia respublica iure minoris utitur, et restituitur ut minor vel pupilla. Sed constat, quod minor vel pupilla maior efficitur et sic beneficium in integrum restitutionis amittit bb), ergo et

---

§. 59. *Cod. Chis.* §. 69.

y) In Cod. Chis. deest *Al.*

z) Leg. *Sinimus igitur* (C. 2, §. 1.).

a) Secunda manus addit: *de Legatis III.* (D, 32.) *L. Fideicommissa* (11.) §. *Qui* (?). Sequentia des. in Cod. Chis.

b) Edd.: *De sententiis adv. fiscum latis retractandis.*

bb) Cod. Cantabr. constanter ad-

respublica, quum iure minorum vel pupillae censeatur et ut pupilla restitutione iuvetur; alioquin minor efficitur maior, et sic restitutionis beneficium non c) debet amittere, quod falsum est secundum *Eos*. Item alia ratione probat, *Eos* male dicere, scilicet legibus, quas pro se induxerunt, respondendo. Dicit enim: bene concedo, quod respublica iure minoris utitur et ut pupilla extra ordinem iuvatur, non tamen confiteor, illam minorem esse; nam nulla lex hoc dicit, et ipsam ideo dico intra quadriennium restitui, et sic ius d) optimum argumento simili tibi dabo. Maior, qui pupillo vel minori succedit, iure minoris vel pupilli utitur et ut minor vel ut pupillus restituitur, non tamen habet tempus, quod minor vel pupillus ex se haberet, sed tantum quadriennium habet, computandum a tempore aditae hereditatis vel petita bonorum possessione, ut *C. de Temporibus in int. rest.* (2, 53.) *L. Ea quae* (5.). Inde est, quod respublica, licet iure minoris utatur et velut pupillus iuvetur restitutione, non tamen plus quadriennio habebit, et quod dico in republica, idem intelligas etiam in ecclesia. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 60.

C. de Arbitris e) (2, 56.) *In Auth. Decernit* (4, §. 5.).

Praestito in electione arbitri iureiurando et partibus poenam stipulantibus, an committatur poena, si arbitri sententiae non pareatur?

Dissentiunt in *Auth. Decernit*, ut si pignora data essent, poena promissa et insuper sacramentum interpositum, scilicet numquid poena committatur, si sententiae non pareatur? *Ot.* (*Otto Papiensis*) et ee) *Plac.* (*Placentinus*) respondent: utique, quia non debet utile vitiari per inutile. *Alii f)* contra. Item quaeritur, si bene iudicavit iste arbiter, an sit eius sententia servanda? *Cy.* (*Cyprianus*) respondet: utique *ff*).

---

§. 60. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Rec. arbitris l. c. p. 92. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 44 b. et in Lect. ad Auth. Decernit cit. l. c. p. 158. Gloss. v. *Sacramenti* Auth. Decernit C. de Rec. arb. Gloss. v. *Iurisiurandi* et v. *Eis* Nov. 82, c. 11. *Odofredus* in

mittit, *admittere* pro *amittit*, *amittere*.

c) *non* deest in Cod. Cantabr.

d) *Etsi ius* Cod. Cantabr.; *etsi uus* Cod. Bamb.

e) Edd.: *de Receptis arbitris* aut *de Receptis*, om. v. *arbitris*.

ee) vv. *Ot. et* des. in Cod. Par.

f) velut *Ioannes* in gloss. citt.

ff) Cod. Stuttg.: *resp.*, *quod sic*.

§. 61.

Eodem Titulo (2, 56.) *et Eadem Lege* g).

Valeatne sententia arbitri cum sacramenti religione electi?

Differunt *Bul.* (*Bulgarus*), *Pla.* (*Placentinus*) et *Alb'.* (*Albericus*). Dicunt enim, quod, si arbiter fuerit electus cum sacramenti religione a iudice vel a partibus, sive bene sive male iudicaverit, non valet sententia. *Cy.* (*Cyprianus*) contra. Dicit enim, si a iudice sacramentum fuerit praestitum h), tenet sententia, si a partibus, minime.

§. 62.

Eodem Titulo et Eadem Lege i).

§. 63.

C. de Iureiurando calumniae ii) (2, 59, 2, §. 2.).

An pater in caussa filiifamilias minoris de calumnia iuret? iii)

Differunt. Dicit *Iac.* (*Iacobus*), quod in caussa filiifamilias minoris pater et filius iurare debent de calumnia et probat ita: pater est legitimus tutor et administrator in res filii, ut *Infra de Bonis, quae liberis* (C. 6, 61.) *L. Quum oportet* (6.) et *L. Quum non solum* (9.) et in *Inst. Per quas personas nobis adquiritur* (2, 9.), et legitimus administrator iurat, quod patet et probatur ex *L.* 2. (§. 2.) istius *tituli*, ex illo verbo, scilicet „*vel aliam legitimam administrationem.*" Item filius iurat, quia omnibus modis iudex veritatem investigare

---

Lect. sup. Auth. cit. l. c. fol. 132b. *Fachineus* l. c. Lib. X. c. 94. p. 867. *Brunnemann* ad Auth. cit. l. c. p. 219. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 951. sqq.

§. 61. *Supra* §. 60. *Roffredus*, Quaestiones Sabb. XXXVII. l. c. p. 740. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 950, 951.

§. 62. *Cod. Chis.* §. 27.

§. 63. *Cod. Chis.* §. 165. *Pillius*, Ord. iudic. P. III. c. Quae personae poss. et debeant de cal. iur. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Iurei. cal. §. 7, 9, l. c. p. 162. Gloss. v. *Personae* L. 2, §. 2. C. eod. Gloss. v. *Scire possunt* eod. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Principales l. c. fol. 136a.

g) vv. *et Eadem Lege* exstant in Cod. Stuttg.

h) Cod. Cantabr.: *praeteritum.*

i) vv. *et Eadem Leg.* des. in Cod. Par.; leg. *L.* 5, §. 1. *C. eod.*

ii) Edd.: *de Iurei. propter calumniam dando.*

iii) Ita Cod. Cantabr.

debet, ut notavi [k]) *Supra de Edendo* (2, 1.) *L.* 2., et ut in minore *Inferius* dixi [kk]), et hoc, quando veritatem scire possunt. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo.* Sed *Py.* (*Pillius*) contra. Sed quomodo contra, ignoro. Potest tamen dici, quod ideo dicat, quia pater tantum [l]) tenetur iurare et non filius, ut ibidem dicit, vel nec etiam pater; et quod ibi dicitur, intelligitur in alia legitima administratione, non in paterna.

§. 64.

Eodem Titulo [m]) (C. 2; 59.).

Sitne clerico de calumnia iurandum?

Varie sentiunt, an clericus de calumnia iurare debeat. *M.* (*Martinus*) dicit, quod non, quum ecclesiasticis regulis, et canonibus a beatissimis patribus institutis clerici iurare prohibeantur, ut *C. de Episc. et cler.* (1, 3, L.) *Quum clericis* (25). Item quodam simili, quia remittitur parenti propter reverentiam, ut *D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Iusiurandum* (34, §. 4.), sed hoc multo magis clericis, quibus maior reverentia debetur. Hoc tamen intelligendum est, quum vacant divinis ministeriis et ea agunt, quae ad clericos spectant; alioquin privilegio carent, ut *C. de Episc. et cler.* (1, 3.) *L. Generaliter* (52.). *Bul.* (*Bulgarus*) contra, et dicit, quod in qualibet lite iurandum est de calumnia, ut *C. de Iureiurando propter calumniam* (2, 59.) *L.* 1., per advocatum tamen, ut *Imperator* Henricus statuit et Honorius *papa* confirmavit [mm]), ut tamen iuramentum, quo se purificent, praestare cogantur, ut in *Decretis caussa* 2, *qu.* 5, *c. Omnibus* in *f.* (19.) et *c.* 12, *qu.* 5. *cit.* Sed videtur, quod hoc sacramentum non expediat hodie praestari, quum satis aliquis puniatur, si non probat. Sed ad hoc respondetur, quia ideo inventum est, ut calumnia compescatur, ut in *L.* 1. *h. t.* dicitur, propterea et alia ratione, ut quilibet videre [n]) potest. Nam etiam qui malam caussam habet, vincit quandoque, et res statim etiam fit dubia negatione,

---

§. 64. *Vet. Coll.* §. 83. *Rog.* §. 86.

k) Cf. §. 84, not. *a.* et §. 68, 69.

kk) Vid. §. 68. vv. *debet — dixi* des. in Cod. Stuttg.

l) Cod. Cantabr.: *tamen.*

m) vv. *Eodem Titulo* des. in Cod. Cantabr. et Par. Legis non fit mentio. Glossa scripta est ad L. 2, §. 4. C. de Iur. pr. cal.

mm) In v. *confirmavit* des. in *Vet. Coll.* §. 83. *Rog.* §. 86.

n) Cod. Stuttg.: *iurare.*

ut *C. Quibus ad libertatem proclamare non licet* (7, 18.) *L.* 3. Ergo ideo est introductum hoc sacramentum, ut praedicta non contingant. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) vero in hac diversitate ita distinguit, utrum clericus conveniatur nomine rei propriae, scilicet suae, puta equi vel asini, an de re ecclesiastica, non tamen pertinente ad spiritualia. Si rei suae propriae, tunc sacramentum calumniae ipse praestabit, quum alibi inveniatur, quod clericus suam ignorantiam purgare potest, ut *C. de His, qui ad ecclesiam confugiunt* (1, 12.) *L. Praesenti* (6.) §. *Sane* (5.). Ad hoc est arg. *C. de Testibus* (4, 20.) *L. Servos* (8.) et *de Sacros. eccles. Auth. Hoc ius porrectum* (1, 2, 14.). Si vero conveniatur pro ecclesia, non tamen de re spirituali, tunc poterit per advocatum suum iuramentum calumniae praestare, ut in *Lombarda de Advoc. iud. L. ult.* o). Si conveniatur nomine spiritualium rerum, puta de parochiis vel de p) criminibus spiritualibus, tunc nec per se nec per advocatum iurabit de calumnia, ut *D. de Eviction.* (21, 2.) *L. Sicut fundus* q), et ita refert, conveniatur clericus alias de suo facto, alias nomine ecclesiae, et tunc subdistingue r), alias de temporalibus, alias de spiritualibus, ut dictum est. Dominus autem *Al.* (*Albericus*) cum *Iob.* (*Ioanne Bassiano*) sentit et dicit, clericum iurare de calumnia debere, et *Legem* illam, quae est in *C. de Episcopis et cler.* (1, 3, L.) *Quum clericis* (25.), ubi dicitur, quod clerici non debeant iurare, sic intelligit, scilicet „iudicio sisti", et in ea sententia est dominus *Azo.* Nam et clericus quandoque iurat, ut *C. de Sacros. eccl.* (1, 2.) *L. Iubemus* (14.) *Auth. Hoc ius porr.* et *L.* illam *Quum clericis* (C. 1, 3, 25.) eodem modo solvit. Idem dicit in episcopo, licet *Lex* aliud videatur statuere in eo, quam in ceteris clericis. Nam propositis sacrosanctis scripturis dicit ipsum testificari, et non dicit, tactis s), ut *C. de Episc. et cler.* (1, 3.) *L. Nec honore* (7.) *Auth.* ibi signata *Sed iudex.* Secundum *Azo.* (*Azonem*) ss).

---

o) Gloss. v. *Remitti: et in Lombarda. titu. de advocatis et vicedo. l. honor. et l. quicumque et l. quoniam.* Cf. *Canciani,* barbarorum leges antiquae. Vol. I. p. 237.

p) Cod. Stuttg.; *vel aliis criminibus.*

q) Talis lex non exstat in *Tit.* D. *de Evict.*

r) vv. *et tunc subdistingue* des. in Cod. Stuttg.

s) Vid. *L.* 1, §. 1. *C. de Iurei. pr. cal.*

ss) Ap. Azonem commemoratur *Aldricus.*

§. 65.

Eodem Titulo t) (2, 59.).

An in caussa criminali de calumnia iurandum sit?

Contra sentiunt in caussa criminali, utrum in ea sit iurandum de calumnia. *B.* (*Bulgarus*) et *U.* (*Hugo*) et *Al.* (*Albericus*) dicunt, quod in criminalibus caussis non debet de calumnia iurari, arg. *Inst. de Publicis iudiciis* (4, 18.) in *pr.*, ubi dicitur „*nec omnino quidquam habet simile*" et „*quoniam calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicii*", ut *C. de Accusationibus* (9, 2.) *L. Accusationis* (17.). *Iac.* (*Iacobus*) et *Mar.* (*Martinus*) contra, ut *C. de Iureiurando propter calumn.* (2, 59.) *L.* 2. et arg. *C. de Fide instrumentorum* (4, 21.) *L. ult.* et in *Auth. Ut litigantes iurent* (Nov. 124.) §. *Si quis* (cap. 2.). Unde videtur sacramentum non debere praestari, quum satis puniatur, si non probet. Sed huic respondetur, quod illud non est bonum u). Imo bonum est, ut calumnia compescatur, ut in *L.* 1. *h. t.*, quum etiam ego videam, quod et qui malam caussam habet, vincit et res fit statim dubia per negationem, ut *C. Quibus ad libertatem proclamare non licet* (7, 18.) *L.* 3. Sed pro primis facit *D. de Bonis eorum, qui ante sententiam* (48, 21.) *L.* 1., quia unicuique permissum est, sanguinem suum redimere quoquo modo, et ad *L.* istam *de Iureiurando propter calumniam* (C. 2, 59, 2.) potest ita responderi, quod loquatur de litibus et non de caussis. Nam lites sunt pecuniariae, caussae sunt criminales x), ut *D. de Verborum signific.* (50, 16.) *L. Litis nomen* (36.) et *C. de Testibus* (4, 20.) *Quoniam Liberi* (11.) et *D. de Testibus* (22, 5.) *L.* 1. (§. 1.). Et ut notavi *Supra de Transactionibus* (C. 2, 4.) *L. Caussas* (16.). Nam si voluisset imperator dicere, non dixisset *actionem*, sed potius accusationem. Nam si contrarium volebat, nulla difficultas ei erat contrarium dicendi, ut *C. de Caducis tollendis* (6, 51.) §. *Si vero nemo alios* (med. §. 11.). Pro aliorum vero sententia, quam dominus *Azo* confirmat, praedictae *Leges* adlegantur et supradictis ita respondent et in-

§. 65. *Vet. Coll.* §. 16. *Rog.* §. 42.

t) Add. *L.* 1. et 2., *pr. C. de Iur. pr. cal.*

u) Cod. Cantabr.: *satis.*

x) Cod. Bamb.: *sint — sint.* Cod. Stuttg.: *caussae aut criminales.*

primis ad hoc, quod legitur *de Publicis iudiciis* (Inst. 4, 18, pr.), scilicet, „quod nihil habent commune publica iudicia cum privatis“, dicas, quod illud locum habet, quantum ad poenae inpositionem, vel quia crimina aguntur per accusationem, civilia vero per actionem *y*), vel dic, quod est differentia, quia criminales finiuntur biennio, pecuniariae triennio, ut *Infra de Iudiciis* (C. 3, 1.) *L. Properandum* (13.) in *pr.*, vel est differentia in dilationibus, ut *D. de Feriis et dilationibus* (2, 12.) *L. ult.*, vel quod ibi dicit quoad quaedam, non quoad omnia. Nam aliquando aliquam habent similitudinem, ut vides, quia in utraque est ferenda in scriptis sententia, ut *Infra de Sententiis ex periculo recit.* (7, 44.) *L. penult.* et *ult.*, et quia testes in utraque sunt producendi, ut *D. de Testibus* (22, 5.) *L.* 1. Item sicut actore non probante reus absolvitur, sic et in accusatore, ut *Supra de Edendo* (C, 2, 1.) *L. Qui accusare* (4.) et *Supra de Advocatis diversorum iudic.* (C. 2, 7.) *L.* 1. Unde et in iureiurando non debet esse differentia, ut *L. ista* (C. 2, 59, 1.) generaliter loquitur. In omnibus iudiciis ergo generaliter est accipienda, ut *Supra D. de Officio praesidis* (1, 18.) *L.* 3. et *C. de Annali except.* (7, 40.) *L. ult.* Item ad *L. illam de Bonis eorum, qui ante* *z*) (48, 21.) *L.* 1., ubi dicitur, quod unicuique licet, sanguinem suum redimere quoquo modo, sic respondetur: verum est, ut transactione liceat redimere, ut *C. de Transactionibus* (2, 4.) *L. Transigere* (18.), non in his, quae adversarium corrumpunt, ut ibi dicit, sic ergo iurabit de calumnia. Secundum *Azo* (*Azonem*).

§. 66.

Continuatur Quaestio §. 65. *a*).

Item ad illud, quod dicunt: „de litibus, non de caussis“ *b*), nullam facit *c*) differentiam, quia quandoque unum pro altero videtur, ut in *Auth. de Episcopis et clericis* (Nov. 123.) §. *Si quis* (cap. 21.) *Coll. VIII.* *d*), et ut notavi *Supra de Edendo* (C. 2, 1.) *L. Qui accusare* *dd*) (4.), et continetur in *D. de Ver-*

y) vv. *Civilia v. per actionem* desunt in Cod. Cantabr.

z) vv. *Item — ante* desunt in Cod. Bamb.

a) §phi inscriptio non exstat in Codd. In Cod. Bamb., omissa omni inscriptione, §. 65. et 66. unam tantum efficiunt quaestionem. In Cod. Cantabr. secunda manus ad h. §. haec adscripsit: *prior lex loquitur de caussis, secunda de litibus.*

b) Vid. §. 65.

c) Sc. *L.* 2. *C. de Iurei pr. cal.*

d) In ed. est Coll. IX. Cf. *Biener* l. c. p. 279, 307, 550.

dd) *Supra* §. 8.

bor. signif. (50, 16, L.) *Litis* (36.). Sed tamen hic posset distingui inter actorem, accusatorem et reum. Item in accusatore, utrum ex voluntate an ex necessitate accuset, ut, si ex necessitate, non iuret, secus si ex voluntate, arg. *D. de Bonis libertorum* (38, 2.) *L. Qui quum maior* (14.) §. *Si patris mortem* (7.), et hoc ideo, quia ibi dicit, quod ex necessitate licet ei calumniari, ut *Infra de Calumniatoribus* (C. 9, 46.) *L. Mater* (2.), et hoc sacramentum ideo praestatur e), ut recedatur a calumnia, ut in *L. 1. h. t.* (C. 2, 59, 1.). Sed quum possit calumniari, hodie magis non praestatur hoc sacramentum, quia cessante caussa cessat effectus, ut *D. de Condictione ob caussam L.* 1. *f*) et *D. de Condictione ob turpem caussam* (12, 5.) *L.* 1. Idem dicam in reo, scilicet ut non teneatur iurare, quum ille magis ex necessitate se defendat, quam ipse accuset, quod patet ex eo, quia, si ille non accuset, punitur tunc in eo, quod habuit hereditario nomine vel iure, ut *C. de His, quibus ut indignis* (6, 35.) *L.* 1.; ille autem, si se non defendat, corporaliter punitur, puta usque ad relegationem, ut *D. de Poenis* (48, 19.) *L. Absentem* (5.). Quum ergo maior est poena corporalis quam pecuniaria, ut *D. de Poenis* (48, 19.) *L. In servorum* (10.) §. *In operis ff*) (2.), ideo non est communio vel similitudo. Sed ad distinctionem praedictam et ad *L. D. de Bonis libertorum* (38, 2.) *Qui quum maior* (14.) §. *Si patris* (7.) ita potest responderi, quod ibi loquitur in certis personis, ut puta in libertis et patronis, quia patronus accusabat libertum. Unde aliud est, quia patronus iusiurandum non praestat, ut *D. de Iureiurando* (12, 2.) *L. Iusiurandum* (34.) g) §. *Hoc* (4, i. f.) et *L. Si patronus* (16.); vel aliter, quia ibi dicit agere vel accusare, ut *Infra de Calumniatoribus* (C. 9, 46.) *L. ult.* et *Infra de Accusationibus* (C. 9, 2.) *L. ult.* Secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*).

§. 67.

Eodem Titulo (2, 59.) *L.* 2. (pr.).

An actor prius de calumnia iurare debeat, quam reus?

Dissentiunt in *eod. Tit. L.* 2., ibi scilicet: „*non aliter ne-*

---

§. 67. *Pillius*, Ord. iud. Part. III. cap. Qual. act. v. reus deb.

e) Cod. Stuttg.: *punitur.*

f) An *Condict. cau. d. cau. n. sec.* (12, 4.)?

ff) Leg. *In personis.*

g) vv. *Non — iusiurandum* desunt in Cod. Cantabr.

que actorem". Dicunt *Quidam* argumento illius *Legis*, quod actor prius de calumnia iurare debeat; in quorum sententia est *Azo*, ut argumento *C. de Iureiurando* (2, 59.) *L.* 2. in *pr.* et §. 1. et 2. et ex illo verbo: „*actor iuret etc.*", et hoc ideo, quia prius positum est et in *e.* (ead. L.) circa *finem*, et ordo scripturae servandus est, ut in generali quodam continetur. *Alii* dicunt, quod reus prius iurare debet, et hoc ex illo verbo, quod habuimus in *Inst. de Poena temere litigantium* (4, 16.) ibi: „*non prius et ipsi iurent etc.*" h), et ita primis respondent, scilicet quod ordo scripturae non semper i) servatur, ut *D. de Solutionibus* (46, 3, L.) *Nec ordo* (6.) et in *Inst. de Legatis* (2, 20.) §. *Ante heredis* (34.) et §. *sequenti* (35.). Primi vero ita respondent adlegationi secundae et dicunt, quod semper actor debet prius iurare, et quod ibi dicitur: „*non prius*", ita ipsi respondent: „scilicet prius, quam utatur suis adlegationibus, non prius, quam actor iuret. Nam intentio iurisperiti ibi fuit, demonstrare hoc solum, ut iurare debeat; nec curavit ibi ordinem servare, sicut et in *prooemio D.* in *pr.* k), nam ibi anteposuit Institutiones Codici, quum certum sit, quod primo factus fuit Codex et postea Institutiones, ut *C. de Vet. iur, enucleando* (1, 17.) *L.* 2. in *pr.* et §. *Omnia* (1.) et §. *Sed quum prospeximus* (11.). Praeterea non debet servari ordo scripturae in talibus relationibus, ut *D. de Peculio leg.* (33, 8.) *L. Quidam* (14.). Argumentum tamen contra inducitur ab ipsis *D. Qui et a quib. manumiss. lib. non fiunt* (40, 9.) *L. Si quis heres* l) et *Infra de Fideicommissar. libert.* (7, 4.) *L. ult.* m) et *Auth. Hoc amplius* (L. ult. C. de Fideicomm. 6, 42.). Unde dico, quod ille iurabit, qui ad hoc provocavit sacramentum, sicut fit in duplici actione, ut *Infra Communia de legatis* (C. 6, 43.) *L.* 2. et *D. de Iudi-*

---

iur. de cal. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurei. pr. cal. l. c. fol. 46 a. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 61. Gloss. v. *Et actor* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Nisi prius* §. 1. Inst. de Poena tem. litig. Gloss. v. *Videri actorem* L. 13. D. de Iudiciis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. fol. 134 b. sq. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. XII. Tit. 2. §. 89. T. I. p. 701. et in *Eiusd.* diss. acad. disp. 143. de iurei. cal. gen. th. 108. p. 1181.

h) Inst. l. c. §. 1.: *nisi prius iuraverit.*

i) v. *Semper* deest in Cod. Par.

k) Vid. Const. *Omnem rei publicae, pr.*

l) Leg. *Si quis habens* (24.).

m) Leg. *de Fideicomm.* (6, 42.) *L. ult.*

ciis (5, 1.) *L. In his tribus* (13.). Sed si ambo insimul pro vocant, sorte dirimetur, ut *D. de Iudiciis* n) (5, 1.) *Sed quum ambo* (L. 14.) et o) *Iob.* (*Ioannes Bassianus*).

§. 68.

Eadem Lege (C. 2, 59, 2.) §. *Sin autem* (1. et 2.).

An minori de calumnia iurandum sit?

Dissentiunt in minore *in ead. L.* (C. 2, 59, 2.) §. *Sin autem vel dignitas* (1. et 2.), ubi dicitur, quod minor non debet iurare de calumnia, sed tutor et curator eius. Dicunt enim *Quidam* p), quod minor debet iurare, et hoc tali argumento probant: Tutor vel curator potest ita facere, quod ipse minor conveniatur, ut *D. de Administ. tut.* (26, 7.) *L.* 1. (§. 2.). Nec obstat *L.* ista *secunda* in *pr.*, quia illud intelligitur, quando q) minor veritatem scire non potest. Nam si sciret, iurare teneretur, ut dictum est. Item alio modo videtur, quod pupillus, ex quo scit, debeat iurare et non tutor, quia tutor praestat auctoritatem duobus pupillis insimul agentibus, ut *D. de Auctorit. tutor.* (26, 8.) *L. Accipientis* (15.), ergo si tutor deberet iurare, nonne deieraret aperte, quia iuraret, se credere bona caussa r) uti in lite utriusque? Quod esset inpossibile; nam in rei veritate bona et non bona caussa uti se crederet. Ita ergo iurare non debet, ex quo minores veritatem scire possunt. Item et alia ratione: quia saltem de veritate dicenda iurare debet, quia omnibus modis iudex veritatem investigare tenetur, ut *Supra de Edendo* (C. 2, 1.) *L.* 2. rr) et arg. *Infra de Quaestionibus* (9, 41.) *L. Interrogari* (15.), et quia iudex minorem potest interrogare in iudicio, ut *D. de Confessis* (42, 2.) *L. Certum* (6.) §. *Si quis* (3.) in *f.* et *D. de Minori-*

---

§. 68. Quaestio praeter modum fuse scripta. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurei. pr. cal. §. 4. l. c. fol. 46[a]. et in Lect. ad L. 2. C. eod. §. 9. sq. l. c. p. 162. Gloss. v. *Vel curatores* L. 2, §. 2. cit. et v. *Scire possunt* eod. Gloss. v. *Suscipiatur* L. 1, §. 2. D. ad Admin. tut. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Principales l. c. fol. 135[b]. *Brunnemann* ad L. 2, §. 2, C. cit. l. c. p. 224. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. XII. Tit. 2. §. 84. T. I. p. 699.

n) vv. *Sed — iudiciis* des. in Cod. Bamb.

o) Aut scrib. ꝭ (secundum) pro 7 (et), aut nonnulla exc. in Codd.

p) Ut *Lotharius* ap. Azo in Lect. l. c.

q) Cod. Cantabr.: *quod.*

r) vv *bona caussa* desunt in Cod. Stuttg.

rr) Cf. *Supra* §. 63, not. *k.* *Infra* §. 84, not. *a.*

bus (4, 4, L.) *Si ex caussa* (9.) §. *Nunc videndum* (2.). Item alia ratione: quia vides s), quod servus non torquetur in facto alieno, alias tamen torquetur, quum de facto suo dubitatur, ut *D. de Probationibus* (22, 3.) *L. Quum probatio prioris fugae* (7.) et *D. de Aedil. edict.* (21, 1.) *L. Quaero* (58.) §. *ult.* et *de Testibus* (22, 5.) *L. Servi* (7.) et *C. de Quaestionibus* (9, 41.) *L. Interrogari* (15.). Item in abbate et episcopo, qui litigavit per procuratorem, et hoc ideo, quia iudex investigare veritatem omnino debet t), ut *Supra ead. L.* 2. et ut *Supra de Edendo L.* 2. (C. 2, 1.) notavi tt) et *Infra de Iure deliberandi* (C. 6, 30, L.) *Scimus* (22.) et *D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. Si eum* (10.) *pr.*, et hoc, etiam istos tales minores et abbates nec non episcopos et consimiles iurare debere de veritate dicenda, proxime dictis adlegationibus dominus *Azo* ostendit. *Alii* autem, in qua sententia est dominus *Io.* ttt) (*Ioannes Bassianus*), dicunt, quod semper tutor iurare de calumnia debet et non minor, quia legitimus est administrator vel defensor, sicuti pater, ut per *Legem* istam, scilicet *de Iureiurando propt. cal.* (2, 59.) *L.* 2, §. *Sin autem vel dignitas* (§. 1.) et *D. de Noxalibus* (9, 4.) *L.* 2, §. *Si tutor* u). Respondet ad primam *Legem* adlegatam pro eis, scilicet *de Administratione tutelae* (26, 7.) *L.* 1. in *pr.* Nam licet ipse conveniatur, non debet de calumnia iurare; nam et pupillus, dum tamen maior est VII annis in modicum x), si fari possit, convenitur, non tamen debet iurare de calumnia, quia non intelligit, quid agat, ut *D. de Iureiurando* (12, 2, L.) *Qui iurasse* (26.) et *Infra Qui legitimam personam standi in iud. hab.* (C. 3, 6.) *L.* 1. et *D. de Administrat. tut.* (26, 7, 1.) et *L. Generaliter* (10.). Nam et ego video, quod pupillus, si vult sacramentum accipere adversarius, admittatur, alias non compellitur, ut *Supra de Iureiurando* (D. 12, 2, L.) *Iusiurandum* (17.) §. *Pupillus* (1.) et *sequenti titulo* (D. 12, 3.) *L. Videamus* (4.), et per *L.* istius *de Iureiurando* (C. 2, 59.) *L.* 2. Sed ipsi respondent: verum hoc est in sacramento definito, secus y) in isto,

---

s) Cod. Cantabr.: *iudex*.

t) *Investigare v. o. debet* desunt in Cod. Cantabr.

tt) Cf. §. 63, not. *k.* et *Infra* §. 84, not. *a.*

ttt) Add.: *et B.* (Bulgarus). Cf. *Azo* in Lect. l. c.

u) Talis §phus L. 2. cit. non exstat. Leg. *L. Quotiens* (21.) §. *Si tutor* (5.).

x) Cod. Cantabr.: *immodicit.*

y) Cod. Cantabr. et Par.: *sicut.*

sicut in tutore, quod istud et non illud facere cogitur per *L.* praedictam *Videamus* (D. 12, 3, 4.), et per *L.* istam ad *L.* aliam *D. de Administr. tut.* [z]) *L. Accipientis* (15.) respondent, quod speciale est, quando duobus insimul praestat auctoritatem, ut non debeat iurare, sed ipsis datur curator, ut in *Inst. de Administr. tut.* (1, 21.) in *f. Tit.* Dominus autem *Ioh.* (*Ioannes Bassianus*) intelligebat *Legem* illam, scilicet quod potest praestare auctoritatem in alia et alia caussa, et non intelligebat secundum opinionem illorum, qui dicunt, quod minor iurat, et sic etiam intelligit *Azo*, ut ipse ibi aperte notavit; vel dic, quod non potest cogi minor, ex quo tutor, adultus, ex quo curator, episcopus vel abbas, ex quo syndicus vel clericus vel actor rei veritatem scit, vel scire potest, ut ibi dicit, nisi ipse tutor vel curator vel syndicus sit latro vel infamis, vel talis persona, quae semper consuevit mendacium dicere. Tunc ipse minor vel supradictae personae iurare debent, arg. *D. de Procuratoribus* (3, 3.) *L. Si actor* (29.). *Quidam* autem volunt distinguere, utrum pupillus conveniatur vel adultus, an tutor vel curator, ut, si pupillus vel adultus, ipsi iurent, sin autem tutor vel curator, iurent ipsi, ut arg. in *Auth. Ut litigantes iurent* (Nov. 124.) §. *Isti caus.* [a]). Sed haec ratio mihi bona non videtur, quia minor VII annis potest conveniri, ut dixi *Supra*, et dico, quod persona minoris omnimodo inspicienda est, utrum verisimile sit, ipsum scire, vel tentare vel corrumpere iudicem posse, ut ex persona et ex aetate, ex caussa et ex ingenio, vel si caussa sit modica vel magna, praesumam multa, quae alias non praesumerem, ut *D. de Transact.* (2, 15.) *L. Quum hi* (8.), fere per totam *Legem.* Hic tamen dico, quod iudex bene debet eum facere iurare de veritate dicenda, ex quo veritatem videtur aliquo modo scire posse, quia ad eius officium pertinet, veritatem investigare. *Io. le.* [b]) (*Ioannis Bassiani Lectura*). De consuetudine vero obtinet, ut syndicus vel actor ab abbate vel episcopo constitutus iurare debeat de calumnia, de iure tamen et mera consuetudine numquam syndicus vel actor iurare debet, sed ipse abbas tantum vel episcopus ea ratione, quia

---

z) Leg. *de Auct. tut.* (26, 8.).

a) Cod. Bamb.: *Isti casus. In caussis* (c. 2, i. f.)

b) Cf. §. 72, 73, 74, 76, 77, 80, 85, 86, 278, 282, 294. v. *Savigny* l. c. Tom. III. p. 529.; IV. p. 265; T. V. p. 63, not. 56, p. 174, 177. et *Praefatio* nost. *cap. III.*

melius sciverit merita negotii. Item et reddebat *Aldricus* rationem talem, quia, si episcopus aut abbas de industria et dolose crearet talem, qui nesciret aliquid de ipso negotio, et iudex ab eo quaereret per sacramentum cap̄. c); „Credis ita esse?“ ille libere posset infitiari et dicere: „non credo“, utpote is, qui de merito negotii nihil scit. Igitur iustius d) et magis secundum leges esset, ut episcopus, non actor iuraret. Verum consuetudo, quae est optima legum interpres, contrarium sapit. Secundum *Azo* (*Azonem*).

§. 69.

Eadem §*pho et Eadem Lege* (2, 59, 2, §. 2.).

An episcopis aut similibus personis ipsis de calumnia iurandum sit?

Item dissentiunt in *eadem* §. Dicunt *Quidam*, quod episcopus vel similis persona syndicum constituere e) non potest, qui eorum nomine agat, quia isti non sunt universitates nec universi. Unde talis persona taliter constituta non iurabit de calumnia, sed tantum episcopus, qui eam constituit. Hoc dicit dominus *Alb'.* f) (*Albericus*). *Alii* dicunt, quod possunt constituere primo syndicum, et is syndicus proprie vocabitur actor. Nam constituere possunt eum propter eorum auctoritatem et dignitatem ad similitudinem tutoris, ut *D. de Administr. tut.* (26, 7.) *L. Decreto* (24.). Nam et hi tutores intelliguntur ecclesiarum, ut arg. *C. de Procuratoribus* (2, 13.) *L. Neque* (11.) et in *Inst. de Curatoribus* (1, 23.) in *f.*, ut patres in bonis filiorum et orphanotrophi in bonis orphanorum, ut *Infra ead. L.* 2, §. 3. et *Infra de Bonis maternis* (C. 6, 60.) *L.* 1. et *Supra de Episcopis et clericis* (C. 1, 3, L.) *Orphanotrophos* (32.) et *Auth. Sed hodie* (L. 25, C. eod.), et constituetur iste actor auctoritate competentis iudicis et iurabit de calumnia, quia legitimam gerit administrationem, ut *D. de Curatore bonis dando* (42, 7.) *L.* 1. in *pr.*, et hoc, si omnem

§. 69. *Cod. Chis.* §. 47.

c) Ita codices. Leg. *calumpniae.*

d) v. *Iustius* deest in Cod. Stuttg.

e) Cod. Cantabr.: *iudicū instituere.*

f) Cod. Par.: *abbas.* Cod. Stuttg.: *Alb't* (Albertus Papiensis). Cf. *v. Savigny* T. V. p. 73. T. IV. p. 145. *Infra* §. 269, not. *u.* §. 314, not. *qq.* Cod. Chis.: *Aldric'.*

veritatem noverit. Unde iurat, ut *C. de Iureiurando propt. calumn.* (2, 59.) *L.* 2. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) *ff*), *Al.* (*Albericus*), *Iac.* (*Iacobus*) et *Azo* dicunt, ut talis persona, scilicet syndicus, oeconomus, actor de calumnia iurare debeat, episcopus autem vel verus dominus de veritate dicenda, ut notavi *Supra* in *proxima Diversitate*, et in illa varie sentiunt, an clericus etc.; et hoc *g*), si omnem veritatem novit, alioquin ipsemet episcopus et non oeconomus iurare debet, Quid enim, si quidam rusticum et inscientem ad caussam duxit? Ipsemet debet iurare, non rusticus, ut dixi in minore *Supra* proxime *h*), quia iudex omnibus modis investigare debet veritatem, ut *Supra de Edendo* (C. 2, 1.) *L.* 2. *hh*) et arg. *D. Si certum pet.* (12, 1, L.) *Quidam existimaverunt* (21.) in *f.*

§. 70.

Eadem L. (*C.* 2, 59, 2.) §. *Sin autem* (3.).

Procuratorem de calumnia iurare *hhh*).

Differunt in *eod. Tit.* et *ead. L.* §. *Sin autem abfuerit* (C. 2, 59, 2, §. 3.), in illo verbo: „*non licet procuratori litem mandare, nisi prius sacramentum calumniae subeat ille, qui mandat*“. Dicunt *Quidam*, hoc verum esse in quolibet procuratore, sive exercitium caussae sit ei tantum commissum, sive iudicatum solvi satis *i*), ut *D. de Noxalibus actionibus* (9, 4.) *L. Quotiens* (21.) §. *Si tutor* (5.). *Alii* autem et *ii*) *Azo* exaudiunt id in simplici procuratore, cui est tantummodo exercitium caussae commissum, quod dic, ut notatum est *C. eod. in glossula Azo* (*Azonis*); si autem procurator nomine suo conveniatur ex stipulatione iudicatum solvi, ipse de calumnia iurabit, sicut et fideiussor conventus ex fideiussione. Secundum *Azo* (*Azonem*).

---

§. 70. *Infra* §. 71. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurei. pr. cal. §. 6. l. c. fol. 46 a. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 163. Gloss. v. *Facultatem* L. 26. C. de Procuratoribus. Gloss. v. *Interrogationibus* L. 39. D. eod. Gloss. v. *Necesse est* L. 21, §. 5. D. de Noxal. act. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Principales l. c. fol. 136 a. et in Lect. sup. L. 39. D. de Procur. l. c. fol. 111 b.

ff) In v. *Iob.* desinit Cod. Chis.

g) v. *scilicet* et vv. *et hoc* desunt Cantabr. et Par. Cod.

h) Sc. §. 68.

hh) Cf. §. 63, not. *k.* et 84, not. *a.*

hhh) Ita Cod. Cantabr.

i) Leg. *Satisdederit.*

ii) Leg. *ut.*

§. 71.

Eadem Lege et Eadem §. (2, 59, 2, §. 3.).

Quando procurator in rem suam de calumnia iurare debeat?

Differunt in *eod. Tit.* et in *ead.* §. Dicunt *Quidam*, ut *R.*[k]) (*Rogerius*), quod semper dominus iurat de calumnia. *Alii* dicunt, ut *Pla.* (*Placentinus*), quod si procurator in rem suam factus intendit utilem, ipse tantum iurabit, quia suo nomine agit. Si vero directam intendit, dominus de calumnia iurabit, quia eius nomine eam intendit. *Pl.* (*Placentinus*)[kk]) et *Alii* dicunt, quod, sive directam sive utilem intendat, semper procurator in rem suam factus iurabit de calumnia, quia ad eum spectat omne commodum, arg. *C. de Procuratoribus* (2, 13, L.) *Qui stipendia* (9.) et *D. de Appellationibus* (49, 1.) *L. Qui suspectam* (20.) §. 1. et *D. Quando appellandum sit* (49, 4.) *L.* 1, §. *In propria* (11.). Dominus *Al.* (*Albericus*), *Iaco.* (*Iacobus*), *Aldricus* et *Ot.* (*Otto Papiensis*). Et hoc ultimum dicit *Iob.* (*Ioannes Bassianus*). Idem dicit *Azo*, nisi dominus sit iustior persona, ut *D. de Procuratoribus* (3, 3, L.) *Si actor* (29.) et *Supra de Procuratoribus* (2, 13.) *L. ult.*, vel nisi reus obiiciat procuratori, quod non novit veritatem eorum, quae sunt in lite, dominus autem novit, et per hoc verisimile est, procuratorem negare, dominum confiteri veritatem, vel etiamsi scit uterque veritatem, quia tamen persona principalis ita est honesta, quod veritatem non negaret, nec poneret falsitatem, procurator vero vitae suspectae, ut dictum est, tunc ne mendaciis procuratoris gravetur. Aliter poterit iudex, ex qualitate personarum motus, dominum et non procuratorem iubere de calumnia iurare, ut per praedictas [l]) *Leges* potest probari.

An procurator in rem suam dominum defendere debeat?

Sed *Al'.* (*Albericus*) dicit, quod procurator factus in rem

---

§. 71. *Cod. Chis.* §. 10. *Supra* §. 70.

k) Gloss. v. *Suo nomine* L. 1, §. 11. D. Quando appellandum: *R. et M.* (Martinus).

kk) Haec duplex Placentini commemoratio ferri non potest. Sine dubio uno aut altero loco scriptum erat *Pi.* (Pillius), ex quo siglo librarius fecit *Pl.*, cui coniecturae etiam ea, quae Pillius l. c. (cf. *Cod. Chis.* §. 10, not.) habet, fidem faciunt.

l) Cod. Bamb. et Cantabr.: *praeadlegatas leges.*

suam semper cogitur dominum defendere, sive habeat lucrativam caussam sive non, et hoc verum est in actionibus ex eadem caussa provenientibus, puta: emi a te hereditatem et fecisti me procuratorem in rem meam; ego habeo necesse defendere te in omnibus actionibus ex eadem hereditate provenientibus, in aliis minime. Ceterum *Iac.* (*Iacobus*), *Al.* (*Albericus*) et (*M. Martinus*)[ll] dicunt, hoc tantum locum habere in lucrativis caussis, alias non cogitur defendere, puta, quum emit, nisi fecerit in fraudem. Sed quid *Iob.* et *Azo* sentiant, invenies notatum *D. de Procuratoribus* (3, 3. L.) *Servum quoque* (33.) §. *ult.* et *L. sequenti* (34.).

§. 72.

Praedicto Titulo (2, 59, 2, §. 4.).

An partes iusiurandum calumniae inter se remittere possint?

Differunt in remissione iuramenti de calumnia. *Quidam* dicunt, non posse remitti sive expressim sive tacite, ut *D. de Iureiurando* (12, 2.) *L. Iusiurandum* (34.) §. *Qui iusiurandum* (4.), quia non est introductum in utilitatem[m]) eorum, scilicet partium tantum, sed etiam in utilitatem iudicis, scilicet ne lites quotidie inferantur et ita a litigatoribus infestetur; unde ipsi remittere non possunt; vel etiam ob utilitatem communem est introductum, ergo ipsi remittere non possunt vel renuntiare, ut *D. de Pactis* (2, 14, L.) *Ius publicum* (38.) et *D. de Transactionibus* (2, 15, L.) *Imperatores* (3.) in *pr.* [n]). *Alii* dicunt, quod expressim non remittitur, sed tacite potest remitti, et in hac sententia fuit *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo*,

---

§. 72. *Pillius*, Ord. iud. P. III. cap. An part. poss. sibi remitt. sacr. cal. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Iurei. pr. cal. l. c. p. 163. Gloss. v. *Remitti* L. 2, §. 4. C. de Iureiur. pr. cal. Gloss. v. *Patiatur* L. 7. D. de Postulando. Gloss. v. *Exigitur* L. 5, §. 14. D. de Operis novi nunt. Gloss. v. *Exigatur* L. 34, §. 4. D. de Iureiurando. Gloss. v. *Veterani* L. 8, §. 2. D. de Procuratoribus. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2, §. 4. C. de Iurei. p. cal. l. c. fol. 136[b]. *Giphanius* l. c. p. 129. *Brunnemann* ad Auth. In isto C. de Iureiur. pr. cal. n. 23. sqq. p. 224. *Gonzalz Tellez* l. c. T. II. p. 150. n. 5. *Christinaeus* l. c. Vol. V. dec. 131. n. 14. sqq. p. 209. *Lauterbach* l. c. Lib. 12. Tit. 2. §. 91. T. I. p. 702. *Eiusd.* dissertationes acad., disp. 66. th. 53. Vol. II. p. 1132. disp. 143. th. 101. Vol. IV. p. 1178. th. 111. l. c. p. 1182. *Glück* l. c. T. XII. p. 370.

ll) vv. *Al. et M.* des. in Cod. Chis.

m) Cod. Cantabr.: *humilitatem*.

n) Cf. ad h. l. *Vacarius* ed. *Wenck.* p. 197. not. 34.

et respondent: quod ibi dicitur, verum est o), quando expressim remittitur, ut hic dicit et *D. de Pactis* (2, 14, L.) *Ius publicum* (38.); si tacite, quoquo modo sit praetermissum, bene potest fieri, et de hoc reddit dominus *Azo* talem rationem. Dicebat enim ipse, quod potest remitti tacite, quia dicitur in *Lege oo*), et quod ita praestandum est hoc iusiurandum, si exigatur. Igitur dicit ipse: si non exigatur, non praestatur et sic remittitur tacite, ut et aliud simile *Lex* dicit de milite, qui aliena negotia per procuratorem suscipere non potest, et hoc est de iure communi, ut *Supra de Procuratoribus* (C. 2, 13, L.) *Militem* (7.). Tamen, si quoquo modo exceptio fuerit omissa, postea opponi non poterit, et sic erit procurator, ut *D. de Procuratoribus* (3, 3.) *L. Filiusfamilias* (8.) §. *Milites* (2.) et *Supra de Procuratoribus* (C. 2, 13, L.) *Qui stipendia* (9.) et *L. Ita demum* (13.).

An sententia valeat, si iusiurandum calumniae praetermissum est?

Sed quaeritur, si sit praetermissum, an valeat sententia? Respondent *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* sic: et plus valet tacitus consensus p), quam expressus, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17, L.) *Legitimi actus* (77.) et *D. de Hered. instit.* (28, 5, L.) *Si quis Sempronium* (68.) et *D. de Conditionibus et demonstrationibus* (35, 1, L.) *Nonnumquam* (52.). Sed quid dices, si expressim remissum fuerit et ita iudex dedit sententiam, an valet sententia? Et *Quidam* dicunt, quod non, quia iudex non debet pronuntiare, nisi pp) sacramento praestito etiam ab advocatis, ut *Supra ead. L.* 2. in *pr.* (C. 2, 59.), et factum est contra legem, ergo non valet, ut *Supra de Legibus et constitutionibus* (C. 1, 14, L.) *Non dubium* (5.) q). *Alii* vero aliter dicunt, distinguentes, utrum iudex ex certa scientia, scilicet quia sciebat, esse remissum, ferat sententiam, et tunc non valet; an per ignorantiam, et tunc valet r), ut vides, quia sententia non debet ferri sub conditione, lata tamen tenet, ut *D. Quando appellandum sit* (49, 4.) *L.* 2. s) §. *Biduum* (5.), et est generale quoddam, quod ita dicit: *Multa sunt, quae fieri non debent, facta tamen tenent*, ut *Supra Si*

---

o) vv. *verum est* desunt in Cod. Par.
oo) Sc. *L.* 34, §. 4. *D. de Iureiur.*
p) Cod. Bamb.: *Confessus.*
pp) Cod. Stuttg.: *sine.*
q) Memorabilis est glossa ad *L.* 5. *cit.* ap. *Vacarium* l. c. p. 186, not. 9.
r) vv. *an — valet* desunt in Cod. Stuttg.
s) In editis est *L.* 1.

minor se maiorem dixerit (C. 2, 43.) *L. ult.* Sed **Ego** credo, quod sententia non valet, quia etiam iudex debet exigere, ut iurent, ut hic dicitur, et non potest remitti, ut *D. de Pactis* (2, 14, L.) *Ius publicum* (38.). *Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

§. 73.

Praedicto Titulo (C. 2, 59, 2, §. 4.).

Possitne princeps iusiurandum calumniae remittere?

Differunt in *eod. verbo* [t]), utrum imperator remittere possit hoc sacramentum. Dicunt *Quidam*, quod sic, quod et *Azo* dicit, ut *Supra de Precibus imperatori offerend.* (C. 1, 19, L.) *Rescripta* (7.) et *de Diversis rescriptis* (C. 1, 23.) *L. Sacri* (6.) et *L. sequenti* (7.). *Alii* dicunt, quod non, ut *Supra Si contra ius vel utilitatem publ.* (C. 1, 22.) *L. ult.* Sed tamen potest distingui, utrum remiserit expressim, dicendo: „tali lege non obstante," ut tunc valeat remissio, an simpliciter dixerit: „remitto," ut tunc non valeat remissio [u]), ut et alias distinctum est. *Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

§. 74.

Praedicto Titulo (C. 2, 59, 2, §. 4.).

Iusiurandum calumniae an remittatur parentibus vel patronis?

Item differunt, utrum hoc sacramentum parentibus vel patronis remittatur, et dicunt *Quidam*, quod sic, ut *D. de Iureiurando* (12, 2, L.) *Iusiurandum* (34.) §. *In hoc* [v]) (4. in *f.*)

---

§. 73. *Pillius*, Ord. iud. P. III. cap. An part. poss. sibi rem. sacr. cal. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Iurei. pr. cal. l. c. p. 163. Gloss. v. *Remitti* L. 2, §. 4. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2, §. 4. C. cit. l. c. fol. 136 b.

§. 74. *Pillius*, Ord. iud. Part. III. cap. An part. poss. sibi remitt. sacr. cal. *Azo* in Summa Tit. C. cit. fol. 46 a. et in Lect. l. c. §. 7. p. 162. Gloss. v. *Movisse* L. 2, pr. C. de Iureiur. pr. cal. Gloss. v. *Exigatur* L. 34, §. 4. D. de Iureiur. Gloss. v. *Iurare* L. 16. D. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 34, D. de Iurei. l. c. fol. 28 c. *Giphanius*, explan. L. 2. C. cit. l. c. p. 136. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 150. n. 6. *Christinaeus* l. c. Vol. VI. dec. 25. n. 43. p. 54. *Cocceii* ius civ. controv. Lib. XII. Tit. 2. qu. 14, 68, (leg. 48.) T. I. p. 623, 646. (ed. Emmingh. T. II. p. 149, 175.). *Glück* l. c. T. XII. p. 363. sqq.

t) sc. *Remittere* L. 2, §. 4. *C. cit.*
u) vv. *Simpliciter - remissio* desunt in Cod. Stuttg.
v) Edd.: *Hoc*, om. v. *In*.

et *L. Si patronus* (16.), et hoc etiam confirmat *Azo* ea ratione, quia non est verisimile, praedictas personas contra liberos vel libertos calumniari, ut dicit *L.* vetus *D. Qui satisdare coguntur* (2, 8.) *L. de Die* (8.) §. *ult.* et *L. praedicta de Iureiurando* (12, 2.) *L. Iusiurandum* (34, §. 4.). *Alii* dicunt, quod ibi dicitur de eo sacramento, quod datur, quandoque ipse filius detulit sacramentum, qui tunc auctoritate patris debet iurare, se non animo calumniandi deferre, quia illud remittitur, quum iam a principio caussae iurasset. Nec obstat, quod non iuratur nisi semel, quia, quod ibi dicitur, erat antiquitus x), scilicet quod pluries iurabant, ut *Supra eodem* (C. 2, 59.) *L.* 1. Sed sacramentum, quod fit in principio caussae, non remittitur, ut hic dicitur, quia comprehendit generaliter omnes personas, et sic est generaliter y) accipienda, ut *D. de Officio praet.* (1, 14.) *L.* 1. et 3. notatum est. *Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

§. 75.

Eodem Titulo (C. 2, 59.) *et Eadem Lege* (2.) §. *Hoc etiam* z) (5.).

Quomodo in caussa universitatis de calumnia iuretur?

Differunt in *ead. L.* (C. 2, 59, 2.) §. *Hoc etiam* in *f.* (§. 5.) super illo verbo: „*Idonea etc.*" Ex hoc verbo dicunt *Quidam*, quod maior pars vel idoneior debet iurare in caussa universitatis, et hoc probant per praedictam §., et ita sentit *P.* (*Placentinus*). *Ego* dico, quod universitatis praesidem iurare sufficit a), universitate praesente vel parte maiore vel idoneiore, quae praeest in iudicio, ut *D. ad Municipalem* (50, 1.) *L. Municipes* (14.) et *D. de Conditionibus et demon-*

---

§. 75. *Cod. Chis.* §. 166. *Pillius*, Ord. iud. Part. III. cap. Quae pers. poss. et deb. de cal. iur. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Iurei. pr. cal. l. c. p. 94. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 163. et in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 46[a]. Gloss. v. *Vel plurima parte* L. 2, §. 5. C. eod. Gloss. v. *Gerunt* L. 97. D. de Cond. et dem. Gloss. v. *Refertur* L. 160. D. de Reg. iur. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2, §. 5. C. cit. fol. 136[b]. *Brunnemann* l. c. p. 225. *Lauterbach* diss. acad. disp. 143. th. 109. Vol. IV. p. 1182. *Glück* l. c. T. XII. p. 221.

x) Cf. gloss. v. *Exigatur cit.*

y) v. *generaliter* deest in Cod. Bamb.

z) Ita Cod. Bamb. et Stuttg. In Cod. Par. et Cantabr. desunt vv. §. *hoc etiam.* In glossis citt. commemorantur *Martinus*, *Ioannes*, *Rogerius*, *Bulgarus*.

a) vv. *universitatis pr. iu. s.* desunt in Cod. Cantabr.

strationibus (35, 1, L.) *Municipibus* (97.). *Py.* (*Pillius*) idem dicit, quod *Azo.* Nam sufficit eos iurare, per quos universitas defenditur, vel etiam maiorem partem universitatis, et hoc etiam videtur velle dominus *Al.* (*Albericus*). Nam quomodo maior pars universitatis [b]) iurabit, quum per se consentire non possit, ut *D. de Libertis universitatum* (38, 3.) *L.* 1. et *D. de Dolo* (4, 3, L.) *Si ex dolo* (15.) [c])? Imo unus de universitate unam eliget sententiam, alius aliam. Unde dico, quod non ipsa universitas, id est, ipsi homines de universitate [d]) vel maior pars ipsorum [e]) ita segregatim non [f]) iurabit, sed quibus caussa universitatis commissa est, sacramentum praestabunt, ut *D. de Conditionibus et demonstr.* (35, 1.) *L. Municipibus* (97.), et quod ibi dicitur, quod maior pars vel tota debet iurare, id est [g]) maior pars consulum vel omnes consules debent iurare, vel nobiliores vel ditiores ex eis, ut *C. de Praediis decurionum* (10, 33.) *L.* 2. Nam quod universitas vel maior pars, vel illi, qui a maiore parte universitatis electi sunt, faciunt, perinde est, ac si tota universitas faceret, ut *D. Quod cuiuscumque universitatis* (3, 4.) *L.* 2. et *L. sequentibus.* Sed quid, si isti consules nunc confessi fuerunt, universitati obest? Respondent: idem erit, quod *Supra* [h]) in tutore et curatore dictum est. *Plac.* (*Placentinus*) dicit contrarium [i]), scilicet quod omnes de universitate vel maior pars debeat iurare, et hoc per *Legem* istam. Nec obstat, quod dicitur, quod consentire non possunt, nam bene consentire possunt [k]), ut *D. Quod metus caussa* (4, 2. L.) *Metum autem* (9.) §. *Animadvertendum* (1.), quae etiam signatur contraria ad *L. D. de Dolo* (4, 3.) *L. Sed ex dolo* (15.), et hoc plene tractatur in illa *Quaestione prima Supra* [l]), quae sic incipit: „*Bononienses, quum querimoniam deferrent.*"

---

b) vv. *et hoc — universitatis* desunt in Cod. Cantabr.

c) Edd.: *sed ex d.*

d) vv. *Unam — universitate* desunt in Cod. Cantabr.

e) Cod. Cantabr.: *illorum.*

f) Del. v. *non.*

g) vv. *Quod — id est,* desunt in Cod. Cantabr.

h) Sc. §. 68.

i) Cod. Par.: *dicit enim contrarium.*

k) vv. *nam bene cons. possunt* des. in Cod. Par. et Cantabr.

l) Sc. *Quaestionum aurearum Pillii*, quarum initium hoc est: *Bononienses, quum querimoniam deferrent de Ferrarensibus, super sacramento de calumnia praestando, inter curiae nobiles nobilis orta est disputatio, utrum omnes debeant iurare, quia caussa est universitatis, an sufficiat, si soli consules iurent?* v. *Supra* ita explicandum est, ut in libro, in quo Hugolinus Dissensiones suas perscripsit, antecessisse statuamus Pillii Quaestiones.

§. 76.

Eadem Lege (C. 2, 59, 2.) §. *Si actor* (6.).

Utrum actor, si noluerit sacramentum calumniae subire, ipso iure ab instituta actione cadat, an per sententiam iudicis?

Dissentiunt in *ead. L.* (C. 2, 59, 2.) §. *Quod si actor noluerit iurare, quod cadat ab instituta actione* (6.). *Quidam* enim dicunt, quod per sententiam, sicut et *Al'.* (*Albericus*), ut *Infra Tit.* 1, *L. Properandam* (C. 3, 1, 13.) et in *Auth. Ut litigantes iurent* (Nov. 124.) §. *Illo videlicet* (cap. 1. in f.), et in hac sententia est dominus *Azo*, et adiicit de reo, ut, si reus fuerit, qui iurare non vult, condemnationem sustineat in his capitulis, quae per narrationem comprehensa sunt, ut *Infra eod. Tit.*, *L. ult.*, §. *ult.* m) *Quidam* dicunt, actorem cadere ab instituta actione ipso iure, ut *Infra Locati et conducti* (C. 4, 65.) *L. ult.* et *Infra de Litigiosis* (C. 8, 37.) *L. ult. Io. le.* n) (*Ioannis Lectura*).

§. 77.

Eadem §. (C. 2, 59, 2, 6.).

An is, qui iuravit, se numquam iuraturum, ab instituta actione cadat, si sacramentum calumniae subire noluerit?

Differunt in *ead.* §. (C. 2, 59, 2, 6.). Dicunt enim *Quidam*, quod si aliquis ultra mare vel in aliquem locum religiosum iret et iuravit per deum et omnes sanctos suos, quod de cetero non iuraret, numquid hic ab actione cadet, quum iurare non vult? Respondet *B.* (*Bulgarus*): utique, ut *Infra de Fide instrumentorum* (C. 4, 21.) *L. ult. Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

---

§. 76. *Pillius*, Ord. iud. Part. III. cap. Qual. act. v. reus deb. iur. de cal. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurei. pr. cal. l. c. fol. 46. et in Lect. eod. p. 163. Gloss. v. *Cadat* L. 2, §. 6. C. eod. *Giphanius* l. c. p. 135 (leg. 137.). *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. l. c. fol. 136 b. *Lauterbach*, coll. pand. L. 12. Tit. 2. §. 90. T. I. p. 701. *Eiusd.* diss. acad. disp. 143. th. 110. Vol. IV. p. 1182.

§. 77. *Infra* in Adc. III. §. 1. Gloss. v. *Sin autem* L. 2, §. 7. C. de Iurei. pr. cal.

m) sc. L. 2, §. 7. C. de Iurei. pr. cal.

n) In Cod. Bamb. add.: *Condemnationem sustineat.*

§. 78.

Eadem Lege (C. 2, 59, 2.) §. *Sequenti* (7.).

Possitne reus appellare, qui, quoniam iusiurandum calumniae subire noluit, pro confesso habetur?

Differunt in *sequenti* §. (C. 2, 59, 2, §. 7.), quod si reus noluit iurare, quod habeatur pro confesso, utrum ipse appellare possit. *Quidam* dicunt, quod non, quia ex contumacia videtur abesse, ut *Infra de Iudiciis* (C. 3, 1, L.) *Properandum* (13.) §. *Quum autem eremodicium* (4.). *Alii* dicunt, quod sic, et in hac sententia fuit *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), ut arg. *D. de Appellationibus* (49, 1, L.) *Creditor* (28.) §. 1.; sed *Azo* contra, ut videtur innuere litera ista.

§. 79.

Eadem §. (C. 2, 59, 2, 7.) o).

An reus, si sacramentum calumniae subire noluerit, pro confesso habeatur?

Item dissentiunt in *ead.* §. (C. 2, 59, 2, 7.) super p) eod. verbo, quod dicit: „*habeatur pro confesso.*“ *Quidam* intelligunt, quod non est ut confessus, nam sequitur sententia, quae in confesso non est, praeterquam in crimine, ut *Infra de Poenis* (C. 9, 47.) *L. Qui sententiam* (16.), et hoc secundum *B.* (*Bulgarum*), *Y.* (*Irnerium*) et *U.* (*Hugonem*) q). *Alii* contra, ut *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo.* Nam dicunt, confessum condemnandum per sententiam, non solum in criminalibus, nam de illis apud aliquem non est dubium, sed etiam in civilibus; ut optime notavit *Azo* in *Summa C. de Confessis* qq).

---

§. 78. *Pillius* Ord. iud. Part. III. cap. Qual. act. v. reus debeat iur. de cal. *Azo* in Lect. L. 2. C. de Iurei. pr. cal. l. c. §. 13. p. 163. Gloss. v. *Pro confesso* L. 2, §. 7. C. eod. Gloss. v. *Appellandi auxilium* L. ult., §. 1. D. de Appellationibus. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. de Iurei. pr. cal. fol. 136 b.

§. 79. *Infra* §. 340. c. f. *Azo* in Summa C. de Confessis l. c. fol. 222 b. et in Lect. eod. l. c. p. 597. et ad L. 2. C. de Iurei. pr. cal.

o) §. 78. et 79. non distinguuntur in Cod. Bamb. et Par.

p) Cod. Par.: *eodem* ⁊ §. ; Cod. Cantabr. et Bamb.: §. *et super.*

q) Cod. Stuttg.: *W.* (Wilhelmum de Cabriano).

qq) Vid. Summam *Azonis l. c.*

§. 80.

Eadem §. (C. 2, 59, 2, §. 7.).

An emtor, qui domino rem vindicante iusiurandum calumniae detrectavit, venditorem de evictione convenire possit?

Item dissentiunt in *ead.* §. (C. 2, 59, 2, §. 7.) et super *eodem*. Pone enim, quod aliquis vendidit rem alienam mihi, coepi r) scire, rem alienam esse, convenior a domino, nolo praestare sacramentum eo, quod scio, alienam esse. Numquid, si de evictione conveniam venditorem, damnabitur mihi vel non, quum ab initio bona fide emi vel de evictione stipulatus fui? Respondent, quod non, quia potius mea culpa videor relictus vel victus s), quam quod malam caussam habeam, ut arg. *D. de Evictionibus* (21, 2.) *L. Si rem* (29.) et *L. Si ideo* (55.) et *L. Si quum* (66.) in *pr.* et *L. Si per inprudentiam* (51.). Unde nullum contra venditorem regressum habere potero, ut arg. *D. de Fideiussoribus* (46, 1.) *L. ult.* et *Infra de Evictionibus* (C. 8, 45.) *L. Emtor* (8.). *Alii* ss) contra, quia non debet ei obesse, si suo pepercit pudori, ut *D. Mandati* (17, 1.) *L. Quintus* (48.). Item non est inputandum ei, si noluit rem defendere, quum scit, esse alienam, ut *D. de Actione emti* (19, 1.) *L. Ex emto* (11.) §. *Idem responsorum* (12.). *Quidam* tamen dicunt, quod ego debeo nuntiare venditori et, si ille dicat, se aliquam exceptionem habere, iurare debeo, alioquin non et de evictione agam, ut *C. de Evictionibus* (8, 45, L.) *Emtor* (8.) et *L. Emti* (21.) et fere per totum titulum. *Ego* autem dico, quod semper iurare debet, quod non calumniandi animo venit ad iudicium, sed quia putat iustam caussam resistendi habere, quam habet, quum propter evictionem sibi conservandam resistit, et ad hoc est arg. *D. de Negotiis gestis* (3, 5.) *L. Atqui* (19.) §. *Quum me* (3.) t); alias enim de evictione agere non posset, quam si

---

l. c. p. 163. *Hug.* Dist. CXLVI. *Odofredus* ad L. 2. §. 6. C. de Iurei. pr. cal. l. c. fol. 136 b. *Lauterbach*, diss. acad. disp. 143. th. 110. Vol. IV. p. 1182.

§. 80. *Infra* in Adc. III. §. 2. Gloss. v. *Committat* L. 19, §. 3. D. de Negot. gestis. Gloss. v. *Pudori* L. 48. D. Mandati. Gloss. v. *Agentem* L. 29. D. de Evictionibus.

r) Ita Cod. Par., reliqui codices *coepit*.

s) Cod. Bamb.: *vel q non victus*.

ss) ut *B.* (Bulgarus) in Adc. III. §. 2. Gloss. v. *Agentem* commemorat *Ir.* (Irnerium).

t) In Cod. Cantabr. secunda manus add.: *ac ut ibi secundum Az.* (*Azonem*).

contradiceret, nisi forte ipsius rei evidentia omnibus sit notum, eam rem petentis esse. Tunc enim forte non esset iniquum, si ipsam relinqueret indefensam, ut *D. de Actione emti* (19, 1, L.) *Ex emto* (11, §. 12.). Sed quod dixi, scilicet, quod tenetur iurare, verum est, quando ab initio bona fide emit, secus si mala fide, arg. *D. de Negotiis gestis* (3, 5.) *L. Atqui* (19.) §. *Quum me* (3.). Sed tamen potest responderi et bene, quod illa in alio casu loquitur et est speciale propter hoc, quod ipsius negotium gerebat, et hoc arg. *C. de Dolo* (2, 21.) *L.* 1. *Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

§. 81.

Eadem §. (2, 59, 2, §. 7.).

Proponitur quaestio §. 82.

Item differunt in *eod. verbo*. Pone enim, quod actor tale verbum proposuit, ex quo condemnari debebat, ut si dicebat, vim ei intulisse. Num quid reus, recusans iurare, damnabitur? Et hoc sequenti *Diversitate* determinatur.

§. 82.

Eadem §. (C. 2, 59, 2, §. 7).

Pergitur in quaestione: si quis calumniae sacramentum subire noluerit.

Differunt in *ead.* §. (C. 2, 59, 2, §. 7.) super illo verbo: „*Quemadmodum* (ei) *ipsa* (rei) *qualitas etc.*“ Dicunt enim *Quidam*, quod si talis esset caussa, pro qua noluit iurare, et si iurasset u) et confessus esset, et uu) non damnaretur nec debeat hic condemnari, veluti si subscripsi me ut testis in instrumento v), in quo alius principaliter erat obligatus, et convenior, etsi nolim iurare de calumnia, debeo absolvi. Non enim ita teneor, ut habear pro confesso, et hoc secundum *Aldri.* (*Aldricum*) et *Yr.* (*Irnerium*) et *Al.* (*Albericum*), ut *Infra Tit.* 1. (C. 3, 1, L.) *Properandum* (13.) et *D. de Pe-*

§. 82. *Azo* in Lect. sup. L. 2, §. 7. C. de Iureiur. pr. cal. l. c. p. 163. Gloss. v. *Rei qualitas* L. 2, §. 7. cit. De *Aldrico* cf. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 200. n. 45.

u) Leg. *iurare, ut, si iurasset.*
uu) Del. v. *et.*
v) vv. *in instrumento* desunt in Cod. Stuttg.

culio (15, 1.) *L. Eo tempore* (50.), et *Al.* (*Albericus*) pro eo ferret sententiam, si videret, eum bonam caussam habere, per *Leges* praedictas vel in simplum vel in duplum, vel in triplum vel in quadruplum. *Al'.* (*Albericus*). Idem etiam *Azo* dicit et ponebat exemplum tale. Pone, dicebat ipse, quod confessus est aliquis, quem ego conveniebam, quod mihi rem meam per metum abstulerit. Hoc casu vel consimili, licet ego *x*) actor nolim iurare de calumnia, nihilominus reus debet mihi condemnari. *Alii* dicunt, quod non debet ferri pro eo sententia, quia non *y*) potest prius uti rationibus suis, nisi praestito sacramento, ut *ead. L.* in *pr.*, vel saltem posset pro eo ferri absolutoria et non condemnatoria. Nam sicut in actore *z*) video, quod ei non debet aliquis condemnari prius, quam de calumnia iuret, ut *Supra* proxime dicitur, multo minus isti fieret condemnatio, quum iste proprie non dicatur petitor.

§. 83.

Eadem §. (C. 2, 59, 2, §. 7.).

An is, qui de calumnia iurare noluit, illi, qui iuravit, iniuriarum teneatur?

Differunt in *ead.* §. (C. 2, 59, 2, §. 7.), utrum si unus iuravit de calumnia et alius iurare noluerit, an teneatur iniuriarum, qui non iuravit, et *Py.* (*Pillius*) *zz*) dicit, quod sic. *Io.* (*Ioannes Bassianus*) contra, ut *D. de Iniuriis* (47, 10, L.) *Iniuriarum* (13.) §. 1. et 2. Iuris enim exsequutio nullam habet iniuriam, et hoc etiam *Azo* dicit.

§. 84.

Eadem §. (C. 2, 59, 2, §. 7.).

Possitne actor, praestito sacramento de calumnia, actionem mutare?

Item differunt *in ead.* §. (C. 2, 59, 2, §. 7.), numquid in eodem iudicio, dum tamen sacramento praestito de calumnia

§. 83. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Iurei. pr. cal. l. c. p. 164. Gloss. v. *Rei qualitas.* L. 2, §. 7. C. eod.

§. 84. Gloss. v. *Movisse* L. 2. C. de Iurei. pr. cal. Gloss. v. *Emendari* L. 3. C. de Edendo.

x) v. *ego* deest in Cod. Cantabr.
y) v. *non* deest in Cod. Bamb.
z) Cod. Stuttg.: *maiore.*

zz) In gloss. cit. pro *Py.* commemorantur *R.* (Rogerius) *et Ir.* (Irnerius).

actor actionem mutare possit. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit, quod non, et dicit, ut *Supra* notavi *de Edendo* (2, 1.) *L. Edita* (3.) et dicitur plene in *Summa* illius *Tit.* [a]. Sed *Quidam* contra.

§. 85.

Eodem Titulo (C. 2, 59.) *Eadem* §. (2, 7.) [aa].

An in iureiurando calumniae spatium deliberandi concedatur?

Item differunt, utrum aliquis eorum possit petere tempus ad deliberandum, et *Quidam* dicunt, quod non, quia actor prius debet esse certus de iure suo, quam ad agendum veniat, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Qui in alterius* (42.) circa *fin.* Item reus debet esse certus de iure suo, quia datum est ei tempus ad deliberandum [b], ut *Infra de Litiscontestatione* (C. 3, 9.) *Auth. Offeratur ei.* *Alii* dicunt contrarium, sicut vides alias in eo, qui accusatur, qui habet XXX dies ad componendos moestos penates, ut *Infra de Exhibendis et introducendis reis* (C. 9, 3.) *L.* 2. [c], et praeterea habet tempus, quod continetur in *Auth.* illa *Offeratur.* Sed *Ego* puto, quod non habebit aliquod spatium, nisi forte cum advocato suo loqui vellet. *Io. le.* (*Ioannes Lectura*).

§. 86.

Eodem Titulo (C. 2, 59.) *in Auth. ibi posito.*

An in caussa appellationis de calumnia iurandum sit?

Differunt in *Auth. posito* [d] in *eod. Tit.* (C. 2, 59.) *In etc.* (In isto iuramento, L. 2, pr.), in illo verbo: „*ne saepius*

---

§. 85. *Pillius*, Ord. iud. Pars. III. cap. Qual. act. v. reus deb. iur. de calumnia. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. XII. Tit. 2, §. 87. T. I. p. 700.

§. 86. Quaestio praeter modum verbosa *Cod. Chis.:* §. 164. *Pillius*, Ord. iud. Part. III. cap. In quib. cau. praest. sacr. cal.? *Placentinus* in Summa C. de Iurei. pr. cal. p. 94. Gloss. v. *Calumniae* L. 6, §. 2. D. de Edendo. Gloss. v. *Exigatur* L. 34, §. 4. D. de Iurei. Gloss. v. *Iurandum* L. 13, §. 12. de Damno infecto. Gloss. v. *Sacramento* Nov. 90, c. 4. med. Gloss. v. *Nequaquam* Nov. 49. i. f. Gloss. v. *Appellationes* Nov. 124, c. 1. *Odofredus* in Lect. ad L. 2. C. de Iurei. pr.

a) Sine dubio in *Summa codicis*, quam Hugolinum scripsisse auctor est *v. Savigny* l. c. T. V. p. 58. Cf. etiam *Supra* §. 63, not. *k*. §. 68, not. *rr*. §. 69, not. *hh*.

aa) Inscriptio §. deest in Cod. Bamb.; vv. *Eodem Tit.* desunt in Cod. Par. et Stuttg.

b) vv. *ut D. — ad deliberandum* bis exstant in Cod. Cantabr.

c) Edd.: *de Exhib. et transmittendis reis.*

iuretur". Dicunt *Quidam*, ut *M.* (*Martinus*), quod in caussa appellationis iterum iuratur, ut arg. *D. de Damno infecto* (39, 2.) *L. Qui bona* (13.) §. *Si quis stipulatus* (12.), et hoc ideo, quia potest esse, quod et nunc calumnietur. Nec obstat, quod dicitur hic: „*ne saepius iuretur*", quia istud obtinet in eodem iudicio, nam et vides, quod in caussa appellationis producuntur testes, quod non potest in caussa principali, ex quo quis didicit testificata, ut *C. de Testibus* [e]) (4, 20.) *Auth. Qui semel* [f]) et *Infra de Appellationibus* (C. 7, 62, L.) *Eos qui* (6.), argumento a contrario sensu legis in *Auth. Coll. VI.* [g]) *Tit. de Testibus* (Nov. 90.) *Si qua vero deducens* (cap. 4. med.). Nec obstat, quod debet bis iurare, quia et aliquando bis iuratur, ut in *Auth.* proxime dicta (Nov. 90.). Item dilationes dantur in caussa appellationis, quamvis omnes, quae debuerunt dari, sint datae in principali caussa. Nec obstat, quod eadem est cum prima, quia illud verum est, quantum ad id, quod petitur, sed alia est, quantum [h]) ad iusiurandum et productiones testium et alia, ut notavi *Supra, de Procuratoribus* (C. 2, 13, L.) *Ita demum* (13.) et *Generalibus* in illa *Rubrica de Sententiis, in generali illo iudicio appellationis etc.* [hh]), et minor est caussa appellationis, quam prima, ut notavi *Supra Si saepius in integrum restitutio postuletur* (C. 2, 44.) *L.* 1. in *f.* Item dicunt in iudice remoto, dato alio, vel consulibus, sub quibus lex antea fuit coepta, antequam finiretur, mutatis, ut in *Auth. Ut litigantes iurent* (Nov. 124.) in *pr. Alii* autem dicunt, quod non tenetur iurare de calumnia in caussa appellationis et adducunt pro se *Auth.* [i]), quod dicit, *saepius non esse iurandum.* Nam et ista est eadem caussa, quantum ad iusiurandum, neque scio, quomodo dicatur, aliam esse, quantum ad iusiurandum [k]). Nam hoc

---

cal. l. c. fol. 135 b. *Giphanius* l. c. p. 135. *Brunnemann* ad Auth. *Hoc sacramentum* L. 1. C. de Iureiur. pr. cal. l. c. p. 223. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 153. i. f. sq.

d) In gloss. citt. commemoratur *Py.* (Pillius).

e) In Edd. *Auth. At qui semel* exstat post *L.* 19. *C. de Probat.* (4, 19.).

f) Edd.: *At qui semel.*

g) In editis est *Coll. VII.* Cf. *Biener* l. c. p. 280, 549.

h) vv. *ad id — quantum* desunt in Cod. Cantabr.

hh) Quaenam sint illa *Generalia*, me nescire fateor.

i) Sc. *Auth. In isto cit.*

k) vv. *neque scio — iusiurandum* desunt in Cod. Cantabr.

bene confiteor, quod minor est caussa appellationis, ergo non debet in ea iurari. Item non obstat *D. de Damno infecto* (39, 2, L.) *Qui bona* (13.) §. *Si quis stipulatus* (12.), quia illa correcta est per istam et secundum sua tempora loquitur, vel illud est ideo, quia iuravit et non est stipulatus. Nam secus esset, si stipulatus esset, ut hic, ubi *l*) stipulatus est et egit. Nam si *m*) ibi stipulatus esset, non plus iuraret. Ad illam vero *Auth.*, *Ut litigantes iurent* (Nov. 124.) in *pr.*, respondent, quod non loquitur in isto casu, nec in consimili; nam tunc contraria esset huic *Authentica*. Sed *Ipsi* dicunt: in eodem iudicio, secundum *Plac.* (*Placentinum*). *Mihi* autem videtur, quod hanc ultimam cautionem praestabit, quod neque dedit neque dabit, per *Authent.* supradictam *Ut litigantes iurent* (Nov. 124.). *Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

§. 87.

C. de Iudiciis (3, 1.) *L.* 1.

An per litiscontestationem usurarum stipulatio perimatur? n)

Dissentiunt in *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L.* 1., ubi dicitur, „*quod non est peremta usurarum stipulatio, sed etiam reum convenire potest pro illis.*“ *Quidam* dicunt *o*); in quorum sententia est dominus *Azo*, et subaudiunt „in eodem iudicio“, ut *D. de Aedilitio edicto* (21, 1.) *L. Aediles* (25.) circa *fin.* et §. *Item sciendum est* (8.) et *L. Quod si nolit* (31.) §. *Si venditori* (10.) et §. *Culpam* (12.). *Aldricus* et *V. p*) (*Hugo*) dicunt, quod opus est alio iudicio, sub eodem tamen iudice, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Non potest* (23.). Sed *Cy.* (*Cyprianus*) et *Py.* (*Pillius*) respondent distinguendo, utrum post contingens usura sit actione petenda, an iudicis officio. Si actione, non venit in eodem iudicio, sed alia interpellatione

---

§. 87. *Azo* in Lect. ad L. 1. C. de Iud. l. c. p. 164. *Odofredus* in Lect. l. c. fol. 137ᵃ. Gloss. v. *Usurarum* et v. *Stipulatio* L. 1. C. de Iudiciis. *Giphanius*, explanatio L. 1. C. de Iudiciis l. c. p. 137. *Brunnemann* ad L. 1. C. cit. l. c. p. 226. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 211. *Glück* l. c. T. XIII. p. 269. *Keller* über Litis Contestation p. 536. sq. v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 146.

l) v. *ubi* deest in Cod. Stuttg. Cod. Cantabr. et Par.: *ibi*.
m) v. *si* om. in Cod. Cantabr.
n) Ita Cod. Cantabr.
o) Hic nonnulla excid. in Codd.
p) Cod. Stuttg.: *W.* (Wilhelmus de Cabriano).

opus est, ut ibi et *D. ead. L. Non potest* (5, 1, 23.) et *D. de Exceptione rei iudic.* (44, 2.) *L. Si* (in) *iudicio* (23.); si vero iudicis officio, ut usurae post moram debitae et fructus et aliae adcessiones naturales sive civiles, eodem iudicio praestentur q), sive eadem sententia de his omnibus terminandum est, ut in petitione hereditatis et rei vindicatione, familiae herciscundae, communi dividundo, finium regundorum et infinitis aliis exemplis, quibus continetur, quod fructus et adcessiones post litem contestatam perceptae eodem iudicio praestentur.

§. 88.

C. Eodem Titulo (3, 1.) *L.* 2.

Explicatur v. Utilem L. 2. C. de Iudiciis.

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 1.) *L.* 2. in illo verbo: „*contra utilem etc.*" Dicunt *Quidam*, illud verbum sic esse intelligendum: „*contra utilem etc.*", id est *efficacem.* Dicitur enim nihilominus utilis exceptio, quae eliditur replicatione. Sic actio dicitur efficax, licet exceptione elidatur, ut in *Inst. de Exceptionibus* (4, 13.) in *pr.* (§. 1.). Sed *Mihi* videtur „*utilem etc.*", scilicet prima facie, ut in *Inst. de Replicationibus* (4, 14, pr.), et hoc etiam dicit *Azo.* Nam efficax est prima facie, quum nulla caussa adiecta egit. Unde omne ius suum in iudicium deduxit, sed tamen prosequutus r) fuit unam caussam tantum. Unde replica, prout notavit *Azo D. de Instit.* (14, 3.) *L. Habebat* (13.) circa *pr. Alii* dicunt, quia utilis erat, scilicet quia sententia absolutoria ex re iudicata consumserat actionem. Unde, quia postea intenditur, utilis pristina est, non directa. Secundum *Cy.* (*Cyprianum*), ut *D. de Instit.* (14, 3.) *L. Habebat* (13.).

---

§. 88. *Vet. Coll.* §. 42. *Rog.* §. 45. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Iud. l. c. p. 165. *Hug.* Dist. LX. Gloss. v. *Utilem* L. 2. C. cit. Gloss. v. *Consumta est actio* L. 13. D. de Institoria actione. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 138ᵃ. De L. 2. C. de Iudiciis cf. *Keller* l. c. p. 233, 530. sqq.

q) v. *praestentur* exstat in solo Cod. Cantabr.

r) vv. *caussa adiecta — prosequutus* desunt in Cod. Stuttg.

§. 89.

Eodem Titulo (C. 3, 1.) *L. Si quum tibi* (4.).

An minor finita contra curatorem lite ob omissam evictionis quaestionem curatorem iterum convenire possit, ut sibi actiones cedat?

Dissentiunt in *eod. Tit.* (C. 3, 1.) in illa *L. Si cum* s) *tibi* (4.). Dicunt enim *Quidam*, quod adhuc poterit agere contra venditorem utili actione ex emto suo nomine, arg. *Infra Quando ex facto tutor.* (C. 5, 39.) *L.* 2., vel poterit curatores convenire, ut cedant sibi actiones, quas habent pro evictione, ut arg. *D. Mandati* (17, 1, L.) *Si procuratorem* (8.) §. *ult.* t). Nec videtur contra rem iudicatam venire, quia non agit cum eo nunc, quasi male gessisset, quod non fecit sibi caveri evictionis nomine, de quo primo videtur iudicatum, sed agit de eo, quod modo est apud eum ex ipsa administratione, quod tunc non erat, nec adhuc debebatur a curatore, scilicet cedere actionem, quia nondum habebat eam u). Ideoque de eo non fuit iudicatum, quia de eo, quod nondum est, regulariter iudicium non constituitur, ut *D. de Iudiciis* (5, 1, L.) *Non quemadmodum* (35.), nec ad hoc porrigebatur petitio actionis primae secundum *Y.* (*Irnerium*). *Alii* contra, et dicunt, quod contra curatorem agere non potest per *Legem* istam (C. 3, 1, 4.).

§. 90.

Praedicto Titulo (C. 3, 1.) *L. A iudice* (5.).

An iudex delegatus caussam sibi delegatam alii delegare possit?

Dissentiunt in *eod. Tit.* (C. 3, 1.) in *L.* illa *A iudice* (5.), ubi dicitur: „*Iudex a iudice datus* v) *iudicis dandi non habet potestatem, nisi a principe datus fuerit.*“ Dicunt *Qui-*

---

§. 89. *Azo* in Lect. ad L. 4. C. de Iudic. l. c. p. 166. Gloss. L. 4. C. cit. *Brunnemann* ad L. 4. C. de Iudiciis l. c. p. 227. De L. 35. D. de Iudiciis cit cf. *Keller* l. c. p. 187.

§. 90. *Cod. Chis.* §. 1.

s) Codices et hic et supra: *Sicut tibi*. Inscriptio §. deest in Cod. Bamb.

t) Cod. Par. et Cantabr. add.: *sumptum a columbo*, inepte.

u) Cod. Par.: *causam*. vv. *a curatore — actionem* bis exstant in Cod. Bamb.

v) vv. *ubi — datus* desunt in Cod. Cantabr.; Cod. Par.: *ubi dicitur hoc: Iudex etc.* A Cod. Stuttg. absunt vv.: *iudicis d. n. h. p.*

dam, hanc hodie esse correctam per *Authenticam* ibi positam, quae[x] incipit: „*Ad haec si administrator*", in qua dicitur, *quod iudex delegatus omnino litem per se audiat*", et sic nullo modo poterit delegare, et hoc secundum *B.* (*Bulgarum*) et *U.* (*Hugonem*), ut etiam hodie delegatus a principe alii non possit delegare. Sed *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contra, prout notatum est in *Distinctionibus* [y]) super hac *ead. Lege*. *Alii* dicunt, quod iudex delegatus caussam sibi delegatam alii post litem contestatam delegare potest ad instar procuratoris, qui post litem contestatam alium procuratorem dare potest, et sic, quod in *Lege* veteri (C. 3, 1, 5.) dicitur, dicunt non [z]) fore correctum. Nam quod in *Authentica* illa dicitur, intelligitur, ex quo coepit audire per se. Sed *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* illi *Authenticae* ita respondent. Nam id verbum „*audire debeat*" [a]) in principio, in medio et in fine tunc obtinere dicunt, quando sibi reservare vult sententiam; si autem reservare non vult, potest omnia mandare, ut in *Lege* veteri perspicue [b]) continetur. Item dicunt, quod praeses, praetor, cui aliqua caussa delegata est, et ipse poterit cognoscere [c]) et hanc alii delegare, si vero ordinarius, tunc nisi delegatus ab imperatore non delegabit. Sed *Plac.* (*Placentinus*) dicit: caussa delegata ei, qui nulli praeest iurisdictioni, tunc delegatus omnino cognoscere debet. Si vero iurisdictionem habuit, alii poterit delegare, arg. *C. Qui pro sua iurisdictione* (3, 4.) *L.* 1. Sed *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contra, arg. eius, quod legitur *D. de Officio eius, cui mandata est iurisdictio* (1, 21.) *L. Etsi praetor* (3.)[d]). *Al.* (*Albericus*) dicit, quod si alicui caussa commissa est specialiter cognoscenda, alii non debet caussam delegare, arg. *D. de Officio proconsulis et legati* (1, 16.) *L. Legatus* (12.), sed si generaliter fuerit ei mandata iurisdictio, alii delegare eam potest et iudicem dare, ut *D.* [e]) *de*

---

x) Codd.: *positam, quod* et mox *in quo dicitur.*

y) Sc. *Azonis Distinct. L.* 5. *C. de Iudiciis. Hugolini Dist. LXV.* eamdem quaestionem, sed omissis glossatorum nominibus, exhibens, scripta est ad *L.* 1. *D. de Off. ei., cui mandata est iurisd.* De Azonis Distinctionibus cf. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 38. et *Supra* §. 25. Cod. Chis.: *Jac.* pro *Io.*

z) v. *non* om. in Cod. Cantabr.

a) Edd.: *audiat.*

b) Ita Cod. Cantabr.

c) Cod. Cantabr.: *agnoscere.*

d) Cod. Cantabr.: *L.* 1. *Etsi praetor.*

e) Cod. Cantabr.: *ut Supra de.*

Iudiciis (5, 1.) *L. Quum praetor* (12.) §. 1., et pro hac sententia multum facit *Lex* illa *D. Quis et a quo appelletur* (49, 3.) *L.* 1., licet *M.* (*Martinus*) dixerit, quod speciale est illud in legato proconsulis, et pro hac sententia *Al.* (*Alberici*) multum facit *glossula Y.* (*Irnerii*), quae est super *L.* illa *D.* de *Officio proconsulis* (1, 16.) *L. Legatus* (12.).

§. 91.

Praedicto f) *Titulo* (C. 3, 1.) *L. Placuit* (8.).

An aequitas non scripta iuri stricto praeferatur?

Dissentiunt in *eod. Tit.* (C. 3, 1.) *L. Placuit* (8.). Dicunt enim *Quidam*, quod ibi loquitur de iustitia, quae est a lege constituta et non de ea, quam quis excogitat ex ingenio suo; nam illi etiam strictum ius praefertur, ut in *Auth. de Triente et semisse* (Nov. 18.) §. *Studium* (cap. 8.). *Alii* contra, et dicunt idem in omni iustitia, scilicet ut stricto iuri praeferatur, sive scripta sit sive non, quum etiam, si non sit scripta, bene debet servari, ut *D. de Legibus et senatusconsultis* (1, 3, L.) *De quibus* (32.) g) §. *Inveterata* (1.) et *L. sequenti* (33.), et ut notavi *Supra de Legibus et constitutionibus principum* (C. 1, 14.) *L.* 1. h).

§. 92.

Eodem Titulo (C. 3, 1.) *L. Nulli* (10.).

---

§. 91. *Azo* in Lect. ad L. 8. C. de Iudic. l. c. p. 167. et in f. Summae C. eod. *Hug.* Dist. III. Gloss. L. 8. C. cit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 8. C. cit. l. c. fol. 139 b. *Giphanius* l. c. L. 8. C. eod. l. c. p. 139. *Fachinaeus* l. c. Lib. I. c. 3. p. 4. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 847. *Christianeus* l. c. Vol. II. dec. 62. p. 59. *Ad D. Weber*, Entw. d. Lehre von der natürlichen Verbindlichkeit etc. 4. Aufl. Schwerin 1805. 8. p. 133. sqq.

§. 92. *Cod. Chis.* §. 76.

f) Cod. Stuttg.: *Eodem.*

g) De *L.* 32. *cit.* vid. *Vacarium* ed. *Wenck* p. 184.

h) Sc. in *Dist. III.*, in qua Hug. sic: *C. de Leg. et constit. princip. Interpretatio alia generalis et necessaria et in scriptis redigenda, ut interpretatio principis et de hac loquitur D. de Leg. et const. princ.* (1, 3.) *L.* 1. (Leg. *L. de Quibus.* 32, §. 1.); *alia generalis et necessaria, non autem in scriptis redigenda, ut consuetudinis; alia necessaria tantum et in scriptis redigenda, non tamen generalis, ut interpretatio iudicis. Ideo enim dicitur generalis, quia res inter alios iudicata aliis obesse non debet, et in scriptis est redigenda, quia sententiam ferre debet iudex in scriptis, et de hac loquitur C. de Iudiciis* (3, 1.) *L. Placuit* (8.); *alia nec necessaria nec in scriptis redigenda, ut interpretatio alicuius doctoris.*

§. 93.

Eodem Titulo (C. 3, 1.) *L. Properandum* (13, §. 2.) [i]).
Actore aut reo absente quo tempore triennii sententia ferenda sit?

Differunt *eod. Tit.* (C. 3, 1.) *L. Properandum* (13, §. 2.). Dicunt *Quidam* [k]), sive actor sive reus abfuerit [l]), sententiam ferendam prope finem triennii tantum, si de caussa liqueat iudici, et hoc dixit *Placentinus* [m]). *Iac.* [n]) (*Iacobus*) contra; dixit enim, non fore [o]) (ex) spectandum finem triennii, quum eremodicium contrahitur pro actore absente per novam *Legem Properandum* (13, §. 2.); nam antiquitus actor non citabatur; reo autem absente quoquo tempore triennii sententia ferri potest, quum actor praesens sit, qui probare potest et debet, alioquin absolvitur reus, et ex *ead. Lege Omnes* argumentantur, quod usque ad triennium non sit dilatandum iudicium; nam iudicium petitionis hereditatis usque ad annum est differendum, ut *C. de Petitione hereditatis* (3, 31.) *L. ult.* §. *Si certum* [p]) (§. 2.). Item in hoc casu poterit sententia ferri intra triennium, secundum *Al.* (*Albericum*), veluti quum aliquis in procinctu itineris positus convenitur, ne [q]) forte ius actoris propter eius absentiam periclitetur [r]). *Iob.* [s]) (*Ioannes Bassianus*) distinguit et dicit, quod aut utraque pars est praesens, aut utraque absens, aut una praesens, altera absens. Quum utraque est praesens, quocumque tempore [t]) triennii potest ferri sententia, dum tamen de caussa liqueat. Quum est absens utraque, nullo tempore potest ferri sententia, etiamsi de caussa liqueat; quum vero alterutra est absens, subdistinguitur, quod aut actor, aut reus. Si quidem reus, quocumque tempore triennii potest ferri sententia, dummodo liqueat de caussa; quum actor, nullo modo sententiari potest nisi prope finem triennii, et hoc dicit ea ratione, quia iure antiquo, reo absente, contrahebatur eremodicium, ut in *eadem Lege* (C. 3, 1, 13.) §. *Sin autem reus* (3.) et *D. eod.*

---

§. 93. *Vet. Coll.* §. 36. *Rog.* §. 6.

i) Cod. Cantabr.: *Perperandum.*
k) Cod. Cantabr.: *quod sive.*
l) Cod. Cantabr.: *alias fuerit.*
m) Cod. Cantabr.: *P.*
n) Cod. Cantabr.: *I.*
o) Cod. Par.: *forte.*
p) In editis: *Sin autem.*
q) Cod. Stuttg.: *nisi.*
r) Cod. Cantabr.: *periclitatur.*
s) Cod. Cantabr.: *Ib.*
t) v. *Tempore* deest in Cod. Cantabr.

(5, 1.) *L. Post edictum* (73.) in *f.* et *D. de Confessis* (42, 2.) *L. Certum* (6.) §. *Si quis* (3.). Sed contra *D. de Liberali caussa* (40, 12, L.) *Divi fratres* (27.) §. 1.; actore vero absente non. Sed nova *Lege Properandum* etiam actore absente contrahitur eremodicium; nam antiquitus non contrahebatur, et ideo, quemadmodum *L.* ista cavetur, nonnisi prope finem triennii *u*); sed hodie dicit esse emendatum per *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112.) §. *Omnem* (cap. 3.). *B.* (*Bulgarus*) vero indistincte dicit, posse ferri quoquo tempore triennii. *Azo* vero cum *Iob.* (*Ioanne Bassiano*) sentit, ut *Supra* dictum est.

§. 94.

Eadem Lege v) (C. 3, 1, 13, §. 1.).

Quo tempore lites finiri debeant et an Nov. 112, *c.* 3. *corrigat L.* 13, §. 1. *C. de Iudiciis?*

Dicunt in *ead. Lege* (C. 3, 1, 13.) circa *pr.* (§. 1.), ibi: „*non ultra triennii metas.*" Dicunt *Quidam*, quod hodie finiuntur biennio et sex mensibus, ut in *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112.) §. *Omnem* (cap. 3.), et dicunt illud innovatum per *Auth.* supradictam, et hoc secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*) et *Azo.* (*Azonem*). Dominus autem *Yr.x*) (*Irnerius*) dicit, quod reo postulante finitur caussa *z*) intra annum et et tres menses, ut in *eadem Auth.* (Nov. 112.) et in *eadem* §. (cap. 3.). *Alii* autem dicunt, quod non innovatur hodie, nisi in quibusdam specialibus, ut in dolo et in lite clericali, et ibi multa notantur specialia in *glossa. Iob.* (*Ioannes Bassianus*).

---

§. 94. *Azo* in Summa Tit. C. de Iudiciis l. c. fol. 47. et in Summa Tit. C. Quomodo et quando iud. l. c. fol. 208 [a]. et in Lect. ad L. 11. (13.) C. de Iudic. §. 2. l. c. p. 168. et ad Auth. *Qui semel* C. Quomodo et quando §. 8. l. c. p. 485. Gloss. v. *Praedictas* Nov. 112, c. 3. Gloss. v. *Triennii* L. 13, §. 1. C. de Iudiciis. Gloss. v. *Evacuabitur* L. 13, §. 2. C. eod. Gloss. v. *Post trium edictorum* Auth. Qui semel cit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 13, §. 1. C. cit. l. c. fol. 140 [a]. sq. et ad Auth. Qui semel cit. l. c. fol. 455 [b].

u) Cod. Cantabr. addit v. *metas*.
v) Cod. Cantabr.: *De e. l.*
x) Cod. Cantabr.: Y.
z) v. *caussa* deest in Cod. Stuttg.
a) Inscriptio §phi abest a Cod. Stuttg.

§. 95.

Eadem Lege et Eodem verbo a) (C. 3, 1, 13, §. 1.).

Valeatne sententia post triennium lata?

Item differunt super *eod. verbo*. Dicunt *Quidam*, quod si post triennium lata fuerit sententia, quod non valet, quia contra solitum ordinem iudiciorum lata est, ut *Infra Quae sententiae sine appellatione rescindantur* b) *L. Venales*, et quia finita est instantia iudicii, ut in *Lege* ista *Properandum* (C. 3, 1, 13.) in *f.* Ergo opus est, ut reincipiatur et lis iterum contestetur; nam sententia ferri non potest, nisi lis fuerit prius contestata, ut notavi in *Diversitate* posita super illam *Auth. Qui semel* c) (L. 8. C. Quomodo et quando 7, 43.). *Alii* autem dicunt, quod bene valet, et respondent, quod non d) est lata contra ordinem, et illa *Auth.* intelligitur in eo casu, quando utraque pars non est praesens; nam si praesentes essent ambo et vellent iudicium agere, iudex bene posset inter eos pronuntiare, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L.* 1. et 2.; nam videntur adprobare, quod praecessit, ut *D. Locati et conducti* (19, 2.) *L. Item quaeritur* (13.) §. *Qui inpleto* (11.) et *L. Quia si certum* e) (14.), et per illud generale prius tempus ad posterius trahatur; nam et *Quidam* dicunt, quod sententia potest ferri sine litiscontestatione ee), ut notatur in *Auth.* illa *Qui semel* (7, 43, 8.).

§. 96.

Praedicto f) *Titulo* (C. 2, 1, 13, §. 1.).

Solutum ex sententia post triennium lata an repeti possit?

Item differunt in *eod. loco*, utrum, si ex sententia post triennium lata aliquid solvatur, repeti possit. *Quidam* dicunt, quod sic, ut *D. Familiae herciscundae* (10, 2.) *L. Quum*

---

§. 95. *Infra* §. 337. *Azo* in Lect. ad L. 11. (13.) C. de Iud. §. 5. l. c. p. 169. et in Lect. ad L. 8. C. Quomodo et quando l. c. p. 585. Gloss. v. *Triennii* L. 13, §. 1. C. de Iudiciis. *Giphanius*, explan. L. 13, §. ult. C. de Iudiciis l. c. p. 145.

§. 96. Gloss. v. *Triennii* L. 13, §. 1. D. de Iudiciis.

b) Talis titulus non exstat in Cod. Iust. Leg. *Quando provocare non est nec.* (C. 7, 64, 7.)

c) Vid. §. 337.

d) v. *non* exstat in solo Cod. Par.

e) Editiones: *Qui ad certum.*

ee) Cod. Cantabr.: *lite contestata.*

putarem (36.). *Alii* dicunt, quod bene solutum est et ex bona sententia, et unde non repetitur, ut *D. de Condictione indebiti* (12, 6.) *Iudex si male ff*) (28.), et ad *L.* illam *Quum putarem* (D. 10, 2, 36.) respondent g), quod ibi tenuit iudicium, quamvis nulla detur actio.

§. 97.

Praedicto Titulo h) (C. 3, 1, 13, §. 2.).

§. 98.

Praedicto Titulo i) (C. 3, 1, 13, §. 2.).

An vv. L. 13, §. 2. *C. de Iudiciis: „X dierum spatio per unumquemque introitum" corrigantur per Nov.* 112, *c.* 3.?

Item differunt in *ead.* k) §. *ead. Lege* (C. 3, 1, 13, §. 2.) ibi l), ubi dicit: „*X dierum spatio per unumquemque edictum* m) *etc.* Dicunt *Quidam*, illud esse correctum, per novam *constitutionem*, quia dicunt, per unumquemque edictum n) quod sunt dandi XXX dies. Sed illud intelligunt *Quidam*, ante litem contestatam, hoc vero post, ut non innovetur, quod hic dicitur, ut in *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112.) *Coll. VIII.* §. *Omnem* (cap. 3.), et o) hoc secundum *Iac.* (*Iacobum*). *Ot.* (*Otto Papiensis*) vero dicit idem, quod *Iac.* (*Iacobus*), addit tamen, quod intelligit hoc, quando actor absens est, ut *Infra*, *Quomodo et quando iudex* (C. 7, 43.) *Auth. Qui semel*, et dicit hic *Ot.* (*Otto Papiensis*), quod illud, quod in *L.* ista *Properandum* (C. 3, 1, 13, §. 2.) dicitur, intelligendum est, scilicet quod mittantur tria edicta per intervalla X dierum, quando non ex caussa peremtorii vult p) iudicare; tunc enim esset necesse mittere quattuor, ut *D. eod.* (5, 1.) *L. Ad perem-*

---

§. 97. *Cod. Chis.* §. 29.

§. 98. *Cod. Chis.* §. 28. *Pillius*, Ord. iud. Part. II. cap. de Citat. *Ioannes* in Summa Nov. 112. l. c. fol. 395 b. *Azo* in Summa Tit. C. de Iudiciis l. c. fol. 47. et in Lect. ad L. 11. (13.) C. eod. §. 7. sq. l. c. p. 169. Gloss. v. *Intervalla XXX dierum* Auth. Qui semel cit.

f) Cod. Par.: *eod.*

ff) Ita Cod. Cantabr.; in reliquis deest *L.* 28. *cit.*

g) Cod. Cantabr.: *respondetur.*

h) Cod. Bamb.: *eodem.* Cod. Par. usque ad §. 112. constanter ponit *E. T.* pro *Praedicto Titulo.*

i) Cod. Cantabr.: *Eodem.*

k) Cod. Bamb.: *in* 1. §.

l) v. *ibi* deest in Cod. Stuttg.

m) Ita codices; Edd.: *per unumquemque introitum.*

n) Ita codices.

o) Cod. Cantabr.: *etiam.* In gloss. v. *Intervalla XXX dier.* et v. *Cautione cit.* ponitur *Io.* pro *Ia.*

p) Cod. Par.: *per ul't.* Cod. Cantabr.: *p l. ul't.*

torium (68.), et haec *pp*) intervalla XXX dierum non dantur, nisi actori ante litem contestatam, et in hoc consentit *Al.* (*Albericus*) et *Bul.* (*Bulgarus*). *Alii* dicunt, quod corrigitur, et quod de actore dicitur in hac *L. Properandum*, loquitur ante litem contestatam. *Alii* dicunt, correctum esse, quod de actore et reo hic dicitur.

§. 99.

Praedicto Titulo *q*) (C. 3, 1, 13, §. 2.).

An iudex dilationem lege datam moderare possit *qq*)?

Item differunt in *eod. verbo* de „*spatio*", scilicet edictorum, quod *Quidam* dicunt posse moderari a iudice, ut *D. eod.* (5, 1.) *L. Nonnumquam* (72.) in *f.* *Alii* contra, ut *D. eod.* (5, 1.) *L. Per intervalla* *r*) (69.) et in *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112.) §. *Si hoc minime fecerit* (cap. 3. med.).

§. 100.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 2.).

De denuntiatione, i. e. citatione absentis *s*).

Differunt in *ead.* §. (C. 3, 1, 13, §. 2.) super illo verbo: „*et si nec ita actoris pars fuerit inventa etc.*". *Quidam* enim intelligunt „*inventa*", scilicet in iudicio; nam si nullo modo esset inventa et sic ad aures eius non pervenisset citatio,

---

Gloss. v. *Cautione* Nov. 112, c. 3. Gloss. v. *Per intervallum* L. 69. D. de Iudiciis. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Qui semel C. l. c. fol. 455.[b]. sq. Similem quaestionem tangit *Io. Sa. Brunquell*, prol. de sect. et controv. iuris §. 24. (in Opusc. p. 328.). Cf. etiam *Vet. Coll.* §. 37.

§. 99. *Pillius*, Ord. iud. Part. II. cap. de Citat. et Part. III. cap. de Sent. def. *Azo* in Lect. ad Auth. Offeratur l. c. p. 182. sq. Gloss. v. *Vel temporis* L. 72. D. de Iud. Gloss. v. *Viginti dierum* Auth. Offeratur. *Odofredus*, Lect. sup. Auth. Qui semel l. c. fol. 456[a]. De *L.* 72. *D. cit.* cf. *Glück* l. c. T. III. p. 389, not. 84. p. 391, not. 87, 88.

§. 100. *Azo* in Lect. ad L. 11. (13.) C. de Iud. §. 8. l. c. p. 169. Gloss. v. *Inventa* L. 13, §. 2. C. de Iudiciis. Gloss. v. *Notitiam* L. 1, §. 3. D. Quae sententia sine appellatione. Gloss. v. *Non nocebit* et v. *Certioraverit* L. 22, §. 11. D. de Petit. her. *Christinaeus*, l. c. Vol. I. dec. 139. p. 165. Vol. IV. dec. 88. p. 124. sq. *F. Chr. Harpprecht*, diss. de iuribus domesticorum §. 18. in *Eiusd.* dissert. acad. Vol. I. p. 134.

pp) In his vv. incipit §. 28. *Cod. Chis.* Glossa v. *Intervalla cit.* *Ald.* (Aldricus) pro *Al.*

q) Cod. Par.: *E. T.*

qq) Cf. gloss. v. *Vel temporis* et v. *Viginti dierum citt.*

r) *Intervalla* omnes codices.

s) Ita recentior manus in marg. Cod. Cantabr.

nulla esset sententia, ut *D. Quae sententia sine appellatione* (49, 8.) *L.* 1, §. *Item* (3.), et hoc secundum *Ot.* (*Ottonem Papiensem*). *Alii* autem dicunt, quod istud verbum „*inventa*" intelligendum est, quando citatus fuit et non fuit inventus in domo vel in aliquo loco, ut certioraretur, et sic per eum factum est, quo minus ei denuntiaretur. Unde perinde est, ac si ei denuntiatum esset, ut *D. de Evictionibus* (21, 2.) *L. Si vero* t) (55.) §. *ult.* *Alii* dicunt, quod semper necesse est ei denuntiari, ut in *Auth. de Exhibendis et introducendis reis* u) (Nov. 53.) §. *Illud* (cap. 3.). Sed *Ipsi* respondent ad *Legem* istam et ad illam *D. Quae sententia sine appellatione* (49, 8, 1, §. 3.), et dicunt, quod v) illud verum est, quum exsequutores non denuntiaverunt nec eum inquisiverunt. Si autem denuntiare voluerunt et per eum steterit, tunc obtinet x), quod *Supra* dictum est. *Alii* dicunt, quod sive pervenerit ad notitiam eius y) sive non, quod semper, ex quo denuntiatum est, videtur in eius notitiam pervenisse, et hoc per *Legem* istam (L. 55, §. 1, D. de Evict. 21, 2.), et si non inveniatur domi, debet denuntiari, et si postea nescierit, ei inputabitur negligentia sua, ut *C. de Annali except.* (7, 40, *L.*) *Ut perfectius* (2.) et *D. Quod vi aut clam* (43, 24, L.) *Aut qui* (5.) §. 1. et *D. de Damno infecto* (39, 2.) *L.* 3. z) §. *Praetor.* (5.). Sed argumentum contra est in hereditatis petitione; nam si petatur ab aliquo hereditas, tunc demum intelligitur petita, quum ei denuntiatum est. Quid enim, si denuntietur procuratori? Non intelligitur mihi denuntiatum a) nec teneor, nisi procurator mihi denuntiaverit, ut *D. de Petit. hered.* (5, 3, *L.*) *Item veniunt* (20.) §. *Petitam* (11.). Item vides, quum quis renuntiat societati, ut *D. Pro socio* (17, 2.) *L. Actione* (65.) §. *Item scriptum* (8.) et *D. de Usuris* (22, 1, L.) *Mora* (32.) §. *Etsi* b) *non sufficit* (1.), et multa notantur de hac materia *D. Tit. praedicto.* Sed ad hoc c) potest responderi, quod aliud est, quando denuntiatur procuratori, et aliud, quando

---

t) Cod. Cantabr.: *Si is*; Gloss. v. *Inventa*: *Sed ideo.* Leg. *Si ideo.*

u) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112.), ubi talis cap.: *Illud* nullum exstat vestigium.

v) Cod. Cantabr.: *quia.*

x) Cod. Cantabr.: *oportet.*

y) vv. *ad not. eius* des. in Cod. Stuttg.

z) Leg. 4. In Gloss. v. *Inventa cit.*: *L.* 4., §. *Totiens* (6.).

a) vv. *Quid — denunciatum* des. in Cod. Stuttg.

b) Edd.: *Et non*, om. v. *si.*

c) Cod. Stuttg.: *eod. Tit. Sed et ad hoc.*

domi, quia, quando denuntiatur procuratori [d], verum est, quod proxime dixi. Idem et si servo, quia ad eius notitiam pervenire potest. Quando domi, sufficit, etsi ad eius non pervenerit notitiam, ut arg. *D. de Novi operis nuntiatione* (39, 1, L.) *de Pupillo* (5.) §. *Et generaliter* (3. med.). *Plac.* (*Placentinus*) dicit, quod hic loquitur de interloquutoria sententia.

§. 101.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 2.).

An reus, si contumace actore exceptiones suas probare voluerit, a principali petitione absolvatur?

Differunt in *ead. L.* (C. 3, 1, 13.) et super illov erbo: „*ab observatione iudicii relaxare*". Sed [e]) numquid a principali petitione reum [f]) absolvere debet? Et si reus probare voluerit, sic, secundum *B.* (*Bulgarum*), *Neque favore etc.* [g]). Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et inducit pro se [h]) *de Reg. iur.* (50, 17, L.) *Non debet* (41.). Sed *Azo* cum *Bul.* (*Bulgaro*) sentit, arg. *D. de Probationibus* (22, 3, L.) *Circa eum* (14.). *Quidam* tamen dicunt, quod hic dicitur, innovari per *Auth.* [i]). Dicitur enim in *Auth.: post citationem trium edictorum et post anni spatium ab omni cadat actione,*" ut *Infra*, *Quomodo et quando* (7, 43.) in *Auth. Qui semel* (L. 8.).

§. 102.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 2.).

De deductione expensarum, quas reus fecit absenti actori condemnatus.

Differunt in *ead. L.* (C. 3, 1, 13.) §. *Sin autem ex gestis* (2.) super illo verbo: „*expensis tantummodo litis, quas reus*

§. 101. *Azo* in Summa Tit. C. de Iud. l. c. fol. 47 a. et in Lect. sup. L. 11. (13.) C. eod. l. c. p. 169. et 170. Gloss. v. *Non debet* L. 41. de Reg. iur. Gloss. v. *Iudicii* L. 13, §. 2. C. de Iudiciis. Gloss. v. *Evacuabitur* C. eod. Gloss. v. *Iuris* L. 14. D. de Probationibus. *Odofredus* in Lect. sup. L. 13, §. 2. C. cit. l. c. fol. 141. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 272.

§. 102. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Iudic. l. c. p. 96. *Azo* in Lect. ad L. 11. (13.) C. de Iud. §. 12. l. c. p. 170. Gloss. v. *Ex-*

d) vv. *et aliud — procuratori* des. in Cod. Stuttg.; in Cod. Bamb. bis exstant.

e) An *s.*, i. e. *scilicet?*

f) Cod. Cantabr.: *rerum.*

g) vv. *Neque favore etc.* videntur glossam aut aliud Bulgari scriptum indicare.

h) Cod. Bamb. et Stuttg. add.: *b.* An *Bulgarum*? Cf. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 94.

i) Sc. *Auth. C. Qui semel* (7, 43, 8.)

etc." *Quidam* dicunt [k], debere expensas excipi; pone, quod actor petebat a reo *C*, absentium [l] se ipse actor, condemnatur ei reus in *C* petitos [m], utpote bonam caussam habenti. De istis *C* petitis debent deduci expensae, quas fecit reus; forte expenderat *X* et ita condemnabitur in XC, deductis scilicet X de quantitate principali petita. *Azo* contra, quia secundum hoc actor iam adficeretur duplici damno, id est, et quia non condemnatur in expensas reus, quod fieri debet, quum sit victus, et in *ead. Lege* (C. 3, 1, 13.) §. *Sive autem* (6.), et quia secundum hoc deductio fit de principali sorte et quantitate petita et debita. Unde ipse ita intelligit et ponit: actor petebat *C* a reo sibi debita, secundum quod *Supra* dictum est, et dum conveniret eum, fecit expensas in XX, reus vero in *X*; tandem [n] condemnatur reus actori absenti. De condemnatione ista debent deduci expensae, quas ipse reus fecit, id est *X*. Et unde deducentur? Respondet *Azo:* de expensis, quas ipse actor fecerat; v. g. expenderat *XX*. Certum est, quod, si fuisset praesens, victus reus esset ei condemnatus in *C* pro sorte et in *XX* pro expensis, sed quia absens fuit ipse actor, condemnatus est ei reus in *C* et *X*; alia vero X deducentur pro expensis, quas ipse reus fecit. Sed posset forte simpliciter intelligi [o], ut litera ipsa [oo]) videtur sonare, ita scilicet dicendo: de condemnatione excipiendis, id est, quia condemnandus est ei in sorte petita tantum, deductis tamen inde expensis, quas reus fecit, et actorem ponendo nullas fecisse expensas. Quod difficile est accidere secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 103.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 2.).

An succurrendum sit actori, iustam absentiae caussam probare volenti?

Differunt in *ead.* §. in *f.* (C. 3, 1, 13, §. 2. i. f.) ubi di-

---

cipiendis L. 13, §. 2. C. de Iudiciis. Gloss. v. *Sive autem* et v. *Victori* L. 13, §. 6. C. eod. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 40. p. 33. sq.
§. 103. Cf. §. 108.

k) Cod. Bamb.: *dic. sic: deb.* Ab eadem sententia est *Ioannes* in gloss. v. *Excipiendis cit.*

l) Leg. *absentavit se.* Vid. L. 84. C. *Th. de Decur.* (12, 1.) et *Du Fresne*, glossarium ad scriptores med. et inf. Latinitatis, v. *Absentare se.*

m) *Petitos* deest in Cod. Bamb. et Par.

n) Cod. Stuttg.: *tantumdem* et mox Cod. Cantabr.: *ita* pro *ista*.

cit, „*quod actor contumax cadat ab omni lite, si reus absolvatur*“, et in litera sequenti, ubi dicit, „*si actor fugitivus fuerit et reus ei semiplene sit condemnatus, non tamen iterum resuscitatur lis.*“ Sed p) *Quidam* dicunt, quod, si iusta caussa abfuit et reversus hoc probare voluerit, subveniendum q) est ei, et hoc secundum *Iac.* (*Iacobum*). *Alii* vero dicunt, si contra absentem qualitercumque pronuntiatum fuerit, formidine effluentis triennii non esse succurrendum ei, nisi sit minor r), ut in *f. huius L.*

§. 104.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 3.).

Reus contumax, sed non obnoxius, an actori in expensas condemnari debeat?

Differunt in *ead. L.* (C. 3, 1, 13.) §. *Sin autem reus* (3.) super illo verbo: „*et si obnoxius fuerit inventus etc.*“ Sed quid erit, si non sit obnoxius, numquid absolvetur? *Quidam* dicunt, quod sic. Sed quid erit de expensis, quas actor fecit propter ipsius absentiam? Respondent, forte in illis condemnabitur, secundum quod dictum est in *superiore* s) et secundum quod notavi super *L. Infra eod. Tit. Sancimus* t) (C. 3, 1, 15.).

§. 105.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 3.).

An reus contumax, iustam absentiae caussam probaturus, audiendus sit?

Item differunt in *ead.* §. (C. 3, 1, 13, §. 3.) circa *fin.*, ubi dicitur, „*quod si reversus fideiussores dare voluerit, quod non est audiendus.*“ Quid, si probare velit, se abfuisse iusta caussa u), numquid est audiendus? Respondet *Ot.* (*Otto Pa-*

---

§. 104. *Azo* in Lect. ad L. 13. (15.) C. de Iud. l. c. p. 172.

o) De sententia *P.* (Placentini) cf. gloss. v. *Excipiendis cit.*

oo) Cod. Cantabr.: *illi*; Cod. Stuttg. *illa*. Cf. *v. Savigny* l. c. T. III. p. 424 et *Infra* §. 103, 116, 410.

p) v. *ei* om. in Cod. Stuttg.; Cod. Par.: *licet. Sed.*

q) vv. *Sed Quidam — subveniendum* des. in Cod. Stuttg.

r) Cod. Cantabr.: *maior;* Cod. Bamb.: *Alii v. contra dicunt etc.* Cod. Par.: *fluentis triennii.*

s) *Supra* §. 102.

t) *Infra* §. 113. *Cod. Chis.* §. 35. De *L.* 15. *cit.* cf. *Burchardi* l. c. p. 597.

u) Cod. Bamb.: *iusta de caussa.*

piensis), eum audiendum esse, ut *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Ait praetor* (7.) §. *ult.* *Alii* autem contra. Dicunt enim, soli minori subveniendum, secundum quod in *f. huius L.* dicitur. Sed male dicunt, quia hic loquitur de morte litis, ibi autem caussae.

§. 106.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 3.).

Numquid reo contumaci, si intra annum redierit et fideiussores praestare voluerit, possessio restituenda sit?

Differunt in *ead.* §. (C. 3, 1, 13, §. 3.) super *eod.* verbo. Dicit enim *Mar.* (*Martinus*), postquam redierit non esse ei restituendam possessionem v); servanda tamen est ei omnis adlegatio de principali quaestione, ut *C. Ubi in rem actio exerc. deb.* (3, 19.) *L.* 2. et *D. de Privilegiis* x) *creditorum* (42, 5.) *L. Eum, qui in possess.* (35.) et *D. de Tabulis exhib.* (43, 5.) *L. Locum* (3.) §. *Condemnatio* (11.). *Alii* contra; dicunt enim, possessionem restituendam esse postea, si reversus fuerit intra annum et voluerit praestare fideiussores, ut *C. de Praescr. XXX* (vel XL) *annorum* (7, 39.) *L. penult.* (§. 3.) et in *Auth. de Exhib. et introd. reis* (Nov. 53.) §. *Si vero* y) (c. 4.). Dominus autem *Azo* distinguit, an lis sit contestata et liquidum de caussa, quo casu obtinet, quod in §. *ista* (C. 3, 1, 13, §. 3.) continetur, scilicet ut non audiatur neque de proprietate neque de possessione, sive veniat intra annum sive post annum; quum vero lis est contestata, sed non est liquidum de caussa, audiatur de proprietate et non de possessione. Idem dicit, si sit quasi liquidum vel lis sit quasi contestata, ut *C. Ubi in rem actio exerc.* (3, 19.) *L.* 2.; si autem non est lis contestata neque liquidum de caussa, tunc dicit, locum habere, quod dicitur *C. de Praescr. XXX* (vel XL) *annorum* (7, 39.) *L. penult.* in *f.* Secundum *Azo.* (*Azonem*) 3. *L.* z).

---

§. 106. *Vet. Coll.* 37. *Rog.* 6.

v) Cod. Stuttg.: *non est ei restituenda possessio.*

x) vv. *quaestione — privilegiis* desunt in Cod. Stuttg.

y) vv. *ut — annor.* et §. *Si vero* desunt in Cod. Stnttg.

z) Cf. §. 21, 23, not. *f.*, 35, not. *q.*

§. 107.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 3.).

§. 108.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 4.).

An contumax appellare possit?

Item differunt in *sequenti* §. *Quum autem etc.* (C. 3, 1, 13, §. 4.), ubi dicitur, quod, qui contumaciter abest, non potest provocare. Quid autem, si velit probare, se non contumaciter abfuisse, numquid audietur appellans? Et dicunt *Quidam*, quod sic, *Alii*, quod non, ut dictum est in superioribus *Diversitatibus* a), in §. illa *Sin autem ex gestis* in *fin.* §. (C. 3, 1, 13, §. 2.).

§. 109.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13, §. 6.).

Sitne victus victori semper in expensas condemnandus?

Differunt in *ead. L.* (C. 3, 1, 13.) §. *Sin autem* b) *alterutra etc.* (6.) super illo verbo: „*victus victori condemnatur in expensis.*“ Dicit autem *M.* (*Martinus*), hoc verum esse, quum probatur, victum et per calumniam iniuste litem movisse, arg. *C. de Episcopis et cler.* (1, 3.) *L. Omnes* (33.) §. *ult.*, alioquin non debet in expensis condemnari. Dominus *Al.* (*Albericus*)

---

§. 107. *Cod. Chis.* §. 2. *Supra* §. 105. 106.

§. 108. *Pillius* de Ord. iudic. Part. IV. cap. de Reo absente p. contum. *Azo* in Lect. sup. L. 13. C. de Iud. l. c. §. 15. l. c. p. 170. et sup. L. 1. C. Quorum appell. n. rec. p. 606. et in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 225 b. Gloss. L. 1. C. Quorum appell. non rec. Gloss. *Quod* L. 13, §. 4. C. de Iudiciis. Gloss. v. *Appellandi auxilium* L. ult., §. 1. D. de Appellationibus. *Odofredus* in Lect. sup. §. 4. cit. l. c. fol. 141 b. et ad L. 1. C. Quor. app. non rec. fol. 471 b. *Brunnemann* ad L. 1. C. Quorum appell. non rec. p. 921. *Christinaeus* l. c. Vol. I. dec. 139. n. 9. sqq. p. 166. Vol. VI. dec. 92. n. 31. sqq. p. 171.

§. 109. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Iudiciis l. c. p. 96. *Azo* in Summa Tit. C. cit. l. c. fol. 47 a. et in Lect. eod. p. 170. Gloss. v. *Sive autem alterutra* et v. *Victori* L. 13, §. 6. C. de Iudic. Gloss. v. *Eum quem* L. 79. D. de Iudic. Gloss. v. *Actione* §. 1. Inst. de Poena tem. lit. Gloss. v. *Solo* Nov. 82, c. 10. Gloss. v. *Decimam* Nov. 112, c. 2. *Odofredus* in Lect. sup. L. 13, §. 6. C. de Iudic. l. c. fol. 142 a. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 41, p. 34. Lib. XII. c. 52. p. 955. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 274. *Christinaeus* l. c. Vol. I. dec. 19. p. 17. sqq. dec. 266. p. 333. Vol. VI. dec. 109. p. 193.

a) Sc. §. 103. b) Edd.: *Sive autem*.

hoc idem dicit, ad quod arg. inducit *D. de Iudiciis* (5, 1, L.) *Eum qui* c) *temere* (79.) et in *Inst. de Poena temere litigantium* (4, 16.) §. *Item actoris* in *f.* (med. §. 1.) et *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Qui in alterius* (42.) et *D. de Usuris* (22, 1, L.) *Quod solvens* et *D. Si certum petatur* (12, 1, L.) *Quemadmodum.* Nemo enim timore expensarum ius suum inconcussum debet relinquere, ut *D. de Petit. her.* (5, 3.) *L. Illud* (40.) et *L. Quod sine dolo* et *L. Non potest mihi* d). Ergo quousque putaverit ius suum durare, poenam non debet pati, arg. *D. de Legatis II.* (31.) *L. Qui solidum* (78.) §. *Etiam* (2.). Dominus *Ot.* (*Otto Papiensis*) et *Alii*, ut *Placentinus*, contra; dicunt enim, quod semper condemnatur in expensis, quia iniuste litem movisse, quum victus fuerit, praesumitur arg. *C. de Appellationibus* (7, 62, L.) *A proconsulibus* (19.), et cum *Istis* etiam *Azo* sentit et illi *Legi* in *D. de Iudiciis* (5, 1.) *Eum qui* (79.) e) respondet, ut ibi glossulatum est per eum. *Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

§. 110.

Praedicto Titulo (C. 3, 1, 13. §. 9.).

Quo tempore advocatus salarium petere possit?

Differunt in *ead. L.* (C. 3, 1, 13.) §. *Illo procul dubio etc.* (9.), utrum ante sententiam an post advocatus petere possit salarium. Dicit enim *Azo*, ante sententiam peti posse, arg. istius §. *Alii* autem contra, et dicunt, post sententiam esse petendum, arg. illius *Legis Infra de Suffragio* (C. 4, 3.).

§. 111.

Praedicto Titulo.

§. 112.

Praedicto Titulo (C. 3, 1.) *L. Rem non novam* (14.).

Possitne advocatus caussam deserere, quam iniquam esse suspicatur?

Dissentiunt in *eodem Tit.* (C. 3, 1.) *L. Rem non novam*

---

§. 110. *Cod. Chis.* §. 131. *Infra* §. 197.
§. 111. *Cod. Chis.* §. 30.
§. 112. *Odofredus* in Lect. sup. L. 14. C. de Iudiciis l. c. p. 142 b. *Brunnemann* ad Auth. *Hodie* l. c. p. 233. n. 7.

c) Leg. *Eum quem.*

d) Legum *Quod solvens*, *Quem-*

(14.) in illa §. *Patroni etc.* (1.), ubi dicitur, „quod advocatus potest deserere clientulum suum, si compertum sibi fuerit, quod mala caussa utatur et contendat experiri malis testibus vel instrumentis," et dicitur praeterea, „quod alius advocatus, si ideo iste dereliquerit, non debet eum adiuvare". *Quidam* autem dicunt, quod ex sola suspicione non poterit eum derelinquere, nisi et aliquis actus mali intervenerit *f*), tunc enim ei relinquere permittitur, et quod postea dicitur, „quod aliquis non debet eum adiuvare," hoc intelligunt, quando bene certum est, eum malam caussam sensisse, et in omnibus supradictis dicit, eum debere probare vel etiam debere iurare, se ob hoc eum reliquisse. *Alii* autem contra, et dicunt, quod sufficit, si haberet caussam suspectam, ut statim possit eum deserere, et nullus alius eum adiuvare debet. Sed tamen posset dici, quod inspici debet *g*) persona litigatoris et advocati, ut inde perpendatur, quid esse debeat, arg. *D. de Transactionibus* (2, 15, L.) *Quum hi* (8.) per totam *Legem*, et hoc bene posset dici, se ob malam suspicionem fecisse, quam in caussa illa vidisset; nam eo ipso, quod iste litigator sit quidam inprobus, non debet caussam suspectam habere, nec ideo recusare eum et deserere. Sed tamen bene posset dici *h*), si dicat, se eum ideo deseruisse, scilicet, quia vidit, eum malam caussam habere et iste sit inprobus litigator, quod posset credi etiam sine sacramento, et hoc per *L.* illam *Quum hi* (D. 2, 15, 8.), et hoc ideo, quum hodie non iuretur in principio litis ab advocato. Unde, si postea recuset caussam, iuret secundum distinctionem, quam dixi. Sed olim non dicam, aliud sacramentum praestari deberi, nisi quod ab initio fiebat, ut per *L. istam* (D. 2, 15, 8.) et *Supra de Iureiurando calumniae* (C. 2, 59.) *L.* 1., in *Auth. supra* *i*) *signato* (Auth. *Hoc sacramentum*).

§. 113.

Eodem Titulo (C. 3, 1.) *L. Sancimus* (15.).

---

§. 113. *Cod. Chis.* §. 35.

admodum, *Quod sine dolo*, *Non potest mihi* in Titt. citt. nullum exstat vestigium.

e) Leg. *Eum quem.* De *Irnerii* sententia cf. Azo, Odofredus ll. citt. et gloss. v. *Victori* et v. *Solo.*

f) Ita omnes codices.

g) v. *tamen p. d.*, *q. i. d.* des. in Cod. Par.; Cod. Stuttg. om. v. *tamen*; Cod. Bamb.: *quum* pro *tamen.*

h) vv. *se ob malam-posset dici* desunt in Cod. Cantabr.

i) Cod. Par.: *ibi signato.*

§. 114.

Eodem Titulo (C. 3, 1.) *L. Apertissimi* (16.).

De recusatione iudicis.

Varie dicunt *Quidam* in *eod. Tit.* (C. 3, 1.) *L. Apertissimi* (16.), super hoc videlicet, utrum quis possit recusare iudicem suum ordinarium. *M.* (*Martinus*) dicit, quod ante litem contestatam iudex ordinarius recusari potest, si suspectus habeatur, quia omnes lites sine suspicione procedere debent, et sumit argumentum a contrario sensu *Legis* (C. 3, 13, 4.) ita: „*Nemo post litem contestatam ordinariae sedis etc.*"; ergo ante litem contestatam potest, ut *Infra de Iurisdict. omn. iudic.* (C. 3, 13.) *L. Nemo* (4.) k), et optimum arg. est a contrario in *Decretis caus.* 3, *qu.* 5, *c. Qui* l) *suspecti* (c. 15.). Imo expressum est in *Decretali* m) *de Iudiciis* (2, 1.) *c.* 3. n) et de *Appellationibus L.* 2, §. *Quum* o). *Alii* p) contra, et sine distinctione dicunt, iudicem ordinarium recusari non posse, nisi in casibus, scilicet q) quando cum subiecta persona suae iurisdictioni praeses conatus est contrahere matrimonium, in quo casu permittitur patri cum tota familia sua iurisdictionem eius evitare, ut *C. Si quacumque praed. pot.* (5, 7.) *L.* 1. Item in alio casu, ut *C. Quando imp. inter pupill. et vid.* (3, 14.) et per *Auth. Ut omnes obediant iudicibus* r) (Nov. 69.). Item in alio casu, quando fuit semel advocatus in aliqua caussa, si postea vellet esse iudex vel crearetur iudex in eadem caussa, recte recusabitur, quia non posset incorrupti iudicis nomen praetendere, ut *C. de Adsessoribus* (1, 51.) *L. ult.* s), ut *D. de*

---

§. 114. *Vet. Coll.* §. 3. *Rog.* §. 7. *Infra* §. 115.

k) Cod. Bamb.: *de Officio eius, cui mandata est iurisd.* (D. 1, 21.) vitiose.

l) In editis: Quod aut *quia*. v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 117, not. 94.

m) Cod. Stuttg.: *decretis extra* (vag.) *de Iudic.*

n) Sc. in *Coll. Bernardi Papiensis.* Cod. Par.: §. 3.

o) Sc. *cap.* 5. *de Appell. Collect. IV. Decretalium Innocentii III.* (2, 12.); *c.* 61. *eod.* ap. *Gregorium* IX. (II, 28.). Est haec constitutio decretalis edita in concilio Lateranensi a. 1215. aut 1216. Cod. Bamb.: §. *Cui.*

p) ut *Bulgarus.* Cf. *Vet. Coll.* §. 3. et gloss. v. *Post litem cont.* L. 4. C. de Iurisd. o. i.

q) Cod. Cantabr.: *l.* pro *veluti*, ut in *Vet. Coll.* §. 3., ubi praeterea: *nisi in duobus casibus.*

r) Cod. Cantabr. et Bamb. add.: *adiectio af.*

s) Vid. *Supra* §. 3. *Vet. Coll.* §. 76. *Rog.* §. 79.

Iurisdict. omn. iud. (2, 1.) *L. Praetor* (17.). Dominus *Py.* t) sequitur sententiam *M.* (*Martini*), ut in *Brocardis* u) suis continetur. Sed *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et dicit, quod si de iure communi liceret iudicem recusare, quare quibusdam specialiter concederetur? Respondent *Py.* (*Pillius*) et *M.* (*Martinus*), ibi non dicitur, quod iudex ordinarius recusetur v), quia suspectus convincitur, imo etiam sine omni suspicione, ea sola ratione, quia eis non placet sub illo iudice litigare, et distinguunt inter ordinarium et delegatum, ut in alio exemplo inveniri potest x). *Io b.* dicit, quod refert, an fuerit lis contestata vel quasi, an nullo modo. *Al.* (*Albericus*) dicit, quod hodie non prorsus recusatur, sed ita potest recusari, ut alius ei adsocietur, ut in *Auth. Ut differentes iudices* (Nov. 86.) §. *Si vero* (cap. 2.) et in *Auth. de Executoribus* (Nov. 96.) §. *Sancimus* (cap. 2, §. 1.) et in *Auth. de Exhibendis et introduc. reis* (Nov. 53.) §. *Aliud* y) (Cap. 3, §. 1.). *Aldricus* et *B.* (*Bulgarus*) inter ordinarium et delegatum distinguunt et dicunt: *Legem* illam *Nemo* (C. 3, 13, 4.) potius pro eis, quam contra eos facere, si quis bene totum antecedens inspexerit. Nam hoc est antecedens, „*Nemo post litem contestatam ordinariae sedis declinet examen*"; ergo non ordinariae, sed ante litem contestatam, quod *Nos* concedimus z); vel ideo dicit „*ordinariae post litem contestatam*", quia tunc nullus recusare potest. Sed ante litem contestatam quaedam personae recusant eum, ut videri potest in orphano et in subiecto suae iurisdictioni, ut *C. Quando imp. inter pup. et vid.* (3, 4.) *L.* 1. et *C. Si quacumque praed. pot.* (5, 7.) *L.* 1. in casibus supradictis.

§. 115.

Eodem Titulo (C. 3, 1.) *et Eadem Lege* (16.).

---

§. 115. *Cod. Chis.* §. 44. *Vet. Coll.* §. 3. *Rog.* §. 7. *Hug.* §. 114.

t) Cod. Cantabr.: *Pi.*

u) Cod. Stuttg.: *broccardicis.* Reliqui codices *procardis. v. Savigny* l. c. Tom. III, 526, not. 20. T. IV. p. 285, not. 35.

v) Cod. Cantabr.: *contenderetur* et desunt vv. *Respondent — recusetur.*

x) Vid. §. 115.

y) Leg. *Illud.*

z) vv. *Quod Nos concedimus* des. in Cod. Cantabr.

§. 116.

Eadem Lege (C. 3, 1, 16.).

An ei, qui iudicem recusat, recusationis caussa proferenda sit?

Item differunt in *ead. L.* (C. 3, 1, 16.), utrum ei, qui vult recusare iudicem suspectum, sufficiat dicere [a]: *suspectum habeo eum;* an caussam debeat adlegare. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit, sufficit, si dicat: „*recuso te*", caussa non expressa, ut arg. *D. ad* (Sc.) *Trebellian.* (36, 1.) *L. Quia poterat* (4.) et *L. Sed et si alio* (9.). *M.* (*Martinus*) dicit, caussam suspicionis omnino esse adlegandam, et forte, si de ea dubitatur, probandam, arg. *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L.* 5., in *Auth.* (Ut) *quum de appellatione cognoscitur* (Nov. 115.) §. *Sed* (c. 2.) et *D. de Liberali caussa* (40, 12, L.) *Si pariter* (9.) et *C. de Transactionibus* (2, 4, L.) *Interpositas* (13.) et *Si maior* (36.) et *D. de Privilegiis creditorum* (42, 5, L.) *Si creditores* (31.); nam et *Tullius* in *II. Lib. Rhetoricorum* [b]) testatur, nihil factum esse quidquam probatur, nisi ad quod factum sit, ostendatur, et haec est quaestio similis illi, quam *Supra* tractavimus [bb]), utrum testis caussam suae scientiae teneatur dicere, ut *Infra de Testibus* (C. 4, 20.) *L.* 3. [c]). *Azo* cum *Iob.* (*Ioanne Bassiano*) sentit, nec obstat, quod dicitur in *D. ad Municipalem* (50, 1, L.) *de Iure* (37.); nam ibi non dicebat, se iudicem habere suspectum, imo hoc solum adlegabat, se scilicet de iurisdictione sua non esse, de quo ipso quaerendum est, an sit, et sic sententia ferenda non est, ubi se credere sufficit, non esse de iurisdictione sua. At hic contra

---

§. 116. Quaesto praeter modum verbosa. *Pillius*, Ord. iud. Part. II. cap. Quomodo iudex deb. recusari. *Azo* in Lect. ad L. 14. C. de Iudic. l. c. p. 172. et in Summa Tit. C. eod. l. c. fol. 47[b]. Gloss. v. *Recusare* L. 16. C. de Iudic. Gloss. v. *Nec illud* L. 4. D. ad Sc. Trebell. *Odofredus* in Lect. sup. L. 16. C. cit. l. c. fol. 143[b]. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 836. n. 4. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 148, n. 20. p. 176.; dec. 149. n. 4. p. 177. *Lauterbach*, diss. acad. disp. 94. th. 8, 17, 19, 26, 41. Vol. II. p. 2056, 2059, 2060, 2063, 2069. *Ant. Schulting*, diss. de recusatione iud. c. 8. l. c. p. 91. sqq. *Glück* l. c. T. VI. p. 223.

a) v. *dicere* om. in Cod. Cantabr.

b) Cf. *Cicero de Invent. rhet.* Lib. 2, c. 5, ubi haec: *nihil f. e. cuiquam pr., nisi aliquid quare f. sit, ostenditur.*

bb) Sc. in *Quaest. insolub.* n. 27. Cf. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 60.

c) Cod. Cantabr. et Bamb. add.: §. *Adiectio est usque ad finem*, inepte.

est; sufficit enim; si dicat hic: „*credo, te suspectum esse*", et eodem modo respondet ad illud, quod de tutore adlegavit; nam tutor non debet removeri, nisi sit suspectus, suspectus autem ostendi non potest, nisi et caussa suspicionis probetur. Sed hoc non est in iudice, scilicet ut debeat probari suspectus, imo sufficit, si litigator tantum eum suspectum habeat; inde est, quod caussam suspicionis dicere vel probare non debet vel non tenetur, et arg. inducit pro se dominus *Azo D. de Appellat.* (49, 1, L.) *Si perlusorio* (14.), nec obstat, quod dicitur in *Lege* illa *Si pariter* (D. 40, 12, 9.), quia ibi ideo caussam probare debet propter connexitatem seu coniunctionem caussae, quae iam erat apud iudicem adlegata vel etiam adhuc agitabatur; unde, quum caussae coniunctio exigat, ut apud eumdem iudicem agi debeat caussa, quam iste fructuarius vult agitare, merito caussam, quare ipsum recuset, debet probare. Sic ergo speciale est ibi propter continentiam caussae, ut unus scilicet iudex super utraque cognoscat, nisi iusta caussa suspectius habeatur vel melius. *Lex* illa loquitur in iudice ordinario, ordinarius autem ex nuda et simplici recusatione declinari non potest, nisi et caussa recusationis probetur. *Lex* ista autem *Apertissimi* (C. 3, 1, 16.) loquitur in iudice delegato, et quod illa loquatur in ordinario, patet, quia ibi agebatur caussa status, caussa autem status delegari non potest, ut *Infra de Pedaneis iudicibus* (C. 3, 3.) *L. Placet* (2.). Itaque adparet, quod de ordinario loquitur, vel aliter nec in *Lege* illa *Si pariter* (D. 40, 12, 9.) dicitur, quod caussa sit probanda vel etiam adleganda, quia sub *forte* respondetur ibi. Ad id vero, quod supra oppositum est, quod, qui postulat tutorem de suspecto, debet caussam suspicionis probare, ita responderi debet: verum est, nec est mirum, si cogatur probare, quoniam accusat; accusator enim accusationem probare debet. At qui iudicem suspectum dicit, non accusat; ideoque dicit dominus *Azo*, quod non debet quis probare caussam suspicionis, sed sufficit ei simpliciter dicere: „*habeo te suspectum*", et hoc ex ipsa litera probat manifeste. Sic enim dicit litera: „*ei, qui suspectum iudicem putat*". Satis ergo est, si hoc putet et exprimat, non tamen probet, unde eum habeat suspectum. Idem probatur ex *Lege* illa *Infra eod.* (C. 3, 1.) *L. Quum specialis* (18.), ibi scilicet: „*licere ei, qui suspectum iudicem dicit.*" Facit praeterea optima ratio pro opinione domini *Az.* (*Azonis*), quia, si cogeretur probare

caussam, quum ipse iudex recusatur, peteret ab eo et diceret: *proba caussam suspicionis*", redderet se suspectum, quia ingereret se invito, nisi forte diceret, se ideo facere ad conservationem suae opinionis, ut arg. *D. de Procuratoribus* (3, 3.) *L. Quae omnia* (25.). Idem etiam, si adversarius id peteret. Sed forte tunc, scilicet si adversarius id peteret [d], non diceretur, eum facere suspectum, ut puta, si eo iam creato vellet ei defendere iurisdictionem iam quaesitam. Ceterum si ipse postularet eum delegari ad caussam suam et instaret adlegando pro eo, quod dandus esset, secus esset, ut arg. si [e] *D. de Vi et vi armata* (43, 16.) *L.* 1, §. *Vi possidere* (28.) in *f.* Sed ad maiorem exaggerationem et ne passim delegationes essent delusoriae, dicit *Azo*, ab eo, qui se iudicem suspectum habere dicit, sacramentum esse praestandum, quod non calumniandi animo vel gratia frustrandae litis dicat eum suspectum [ee]. Secundum *Azo* (*Azonem*).

§. 117.

Eadem Lege (C. 3, 1, 16.).

Continuatur quaestio de recusatione iudicis.

Item differunt in *ead. L.* (C. 3, 1, 16.), utrum, si iudex delegatus sit sine remedio appellationis et etiam recusationis, numquid hoc casu poterit recusari? *Quidam* dicunt: nequaquam, sicut nec posset appellari, si delegatus esset sine remedio appellationis, ut *D. Qui et a quib. appell. non licet* (49, 3.) *L.* 1. in *fin.* Quid ergo in isto casu, si iudex habeatur suspectus et ex iusta caussa, numquid sub iudice suspecto litigare cogitur? Respondent: forte adiungendus erit alius ei, secundum *Auth. Offeratur* (Tit. C. de Litiscont. 3, 9.) et *Auth.* hic signatum *Si quando contigerit etc.* [f]) (ad L. 16. C. de Iudiciis). Item quid, si sine remedio appellationis delegatus sit, numquam poterit recusari? Et dicunt *Quidam*, quod sic, arg. C. [g]).

---

§. 117. *Vet. Coll.* §. 3. *Rog.* §. 7. *Cod. Chis.* §. 44. et *Supra* §. 114, 116. *Brunnemann* ad Auth. Offeratur l. c. p. 242. Gloss. v. *Iudicem* Auth. Si vero contigerit.

d) vv. *Sed — peteret* des. in Cod. Cantabr.

e) Leg. *S.* i. e. *Supra.*

ee) De *Py.* (Pillio) cf. gloss. v. *Recusare.*

f) Edd.: *Si vero cont.*

g) Sc. *L.* 16. *C. de Iudiciis.*

§. 118.

C. de Sportulis (3, 2.) *L.* 1.

An advocatus, caussa per appellationem in aliam provinciam translata, appellationis caussam exercere teneatur?

Dissentiunt in *C. de Sportulis et sumt.* h) (3, 2.) *L.* 1. super illo verbo: „*usque ad negotii terminum etc.* Dicunt *Quidam*, quod si advocatus praestiterit patrocinium alicui et caussa fuerit in alia provincia pertractata per appellationem vel aliam caussam, an advocatus teneatur caussam appellationis exercere. *B.* (*Bulgarus*): utique, ut *C. de Procurator.* (2, 13, L.) *Invitus* (17.) et *D. de Procurat.* (3, 3, L.) *Qui proprio* (46.) §. *Qui alium* i) (2.) et *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L. Properandum* (13.) §. *Illo* (9.) et *L. Rem non novam* (14.) §. *Sin autem* (1. in f.) et *C. de Sportulis* (3, 2.) *L.* 1., quia eadem caussa est, quae ab initio ante latam sententiam erat, quum non videatur iam sententia, quae exstincta est per appellationem, ut *D. ad Tur.* (48, 16.) *L.* 1, §. *ult.* et *D. de Poenis* (48, 19, L.) *Rei* (2, §. 2.), quum omnia in eodem statu esse debeant, quo erant tempore provocationis, ut *C. de Appellationibus* (7, 62.) *L.* 3. Sed *U.* k) (*Hugo*) et *Al.* (*Albericus*) et *Y.* (*Irnerius*) dicunt, non esse cogendum in aliam provinciam caussam appellationis exercere, nisi in qua lis coepta est, ut *D. de Procuratoribus* (3, 3, L.) *Sed et hae* (35.) §. *Non solum* (2.). *Ot.* (*Otto Papiensis*) dicit, quod nullo modo cogitur exercere caussam appellationis, quod placet l) *Cy.* (*Cypriano*), et hoc de *Novo C. de Sportulis* (3, 2.) *L.* 1., ubi dicit: „*usque ad negotii terminum*"; nam illud ita exponit *Ot.* (*Otto Papiensis*) et *Cy.* (*Cyprianus*) „id est, usque m) ad definitivam sententiam, ut *C. de Iudiciis* (3, 1, L.) *Properandum* (13.) in *pr.* et §. *Illo procul.* (9.) et §. *penult.* et *L. Rem non novam* (14.) in *pr.* n); nam lata sententia definitiva vide-

---

§. 118. Similis quaestio solvitur *Supra* §. 30.

Gloss. commemorat *B.* (Bulgarum).

h) vv. *et sumpt.* desunt in Cod. Stuttg.

i) Cod. Cantabr.: §. *Item quaeritur* (3.).

k) Cod. Stuttg.: *W.* (Wilhelmus de Cabriano).

l) Cod. Cantabr.: *Plac̄.* (Placentinus), sed reliqui codices habent *plac̄.* i. e. *placet.* Sensus et sequentia postulant *placet.*

m) Cod. Stuttg.: *Ot. et Y.* (Irnerius) *aeque*; Cod. Bamb. et Par.: *Ot. et Cy. I.* pro *id est*; Cod. Cantabr.: *Cy. l.*

n) vv. *et §. — in pr.* des. in Cod. Stuttg.

tur terminus inpositus, et cum *Istis* sentit dominus *Azo*, ut arg. *Supra de Procuratoribus* (C. 2, 13.). *L. Invitus* (17.).

§. 119.

C. Qui pro sua iurisdictione (3, 4.) *L.* 1.

De delegatione iudicis et sensu L. 1. *C. Qui pro sua iurisd.*

Differunt in *C. Qui pro sua iurisdictione iudices dare* (3, 4.) *L.* 1., quam *Legem Quidam* sic intelligunt. Iudex Bononiensis delegavit caussam pertinentem ad iudicem Mutinensem; hic delegatus nec apparientiam debet adcommodare nec etiam sibi parientia debet adcommodari, et si tulerit sententiam o), non valebit nec appellatione opus erit, nisi fuerit a principe delegatus; tunc enim valet sententia et poterit ab ea appellari et ad delegantem remanebit appellatio, ut *Supra de Iudiciis* (3, 1.) *L. A iudice* (5.). *Alii* dicunt, primam partem *Legis* intelligendam in iudice, cui mandata est iurisdictio alicuius vici panicalis p), puta generaliter; iste talis iudex poterit delegare caussam unam istius specialiter, qui taliter delegatus, id est secundus, non poterit alium delegare et, si delegaverit, perinde est, ac si alienae prorsus iurisdictionis caussam delegaverit. Hoc ita, nisi a principe etc., et quod *Supra de Iudiciis* (3, 1, L.) *A iudice* (5.), intelligunt *Quidam* iurisdictionem, scilicet generalem (vici) panicalis, et quod sequitur, intelligunt taliter, scilicet non generaliter, sed specialiter sibi commisisse; et quod sequitur „*alienae*“ scilicet prorsus. *Alii* dicunt ita: puta aliquis erat praeses in Tuscia pp), decessit praeses Imolae q); quae erat propinqua; iste praeses datus ab Imperatore poterit caussam Imolae delegare

§. 119. *Cod. Chis.* §. 38. Cohaeret haec §. cum §. 90. Cf. Casus et Gloss. *L.* 1. *C. Qui pro sua iurisd.* *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. l. c. fol. 146ᵃ. *Brunnemann* ad L. 1. C. cit. p. 237. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 47. p. 38.

o) Cod. Chis.: *delegatus neque per sententiam debet a. nec* (om. *etiam — et*) *si tulerit sententiam.* In seqq. multa desunt. Ad vv. *apparientiam*, *parientia* cf. *Cuiacius* in obs. T. I. c. 6.

p) Cod. Cantabr.: *panigalis.* Quid sit *vicus panicalis*, nescimus. Fortasse est vicus, cui est *pana*, i. e. *dominus.* Ita *vicus panicalis* erit vicus, qui dominum habet, qui domino subiectus est; cuiusmodi vicis opponuntur ii, quos *Immediatdörfer* appellamus.

pp) vv. *in Tuscia — scil.* desunt in Cod. Cantabr.

q) Codices: Y*mule*. Cod. Chis.: *Emiliae.*

nunc, scilicet quando praeses est mortuus, et taliter intelligunt ultimam partem; sed hoc „*nisi etc.*" de superiore concordant cum superioribus et exponunt hoc „*nisi iudices etc.*", quando praeses, scilicet alicuius provinciae, alterius vicinae provinciae caussam aliis delegaverat, quum praeses illius provinciae decesserit. *Yr.* r) (*Irnerius*) et *Al.* (*Albericus*).

§. 120.

C. Ne quis in sua caussa iudicet s) *vel ius sibi dicat* (3, 5.).

An L. un. C. Ne quis in sua caussa iudicet, exceptionem admittat?

Differunt in illo *Tit. Ne quis in sua caussa iudicet vel ius sibi dicat* (3, 5.). *Quidam* intelligunt de iudice ordinario „*vel ius sibi dicere*", scilicet quasi arbiter vel aliter sibi iudicem esse super proprietate vel ius sibi dicere super possessione. *Alii* dicunt, iudicem sibi esse, scilicet definitivam ferendo sententiam, vel ius sibi dicat interloquendo. *Alii* dicunt, quod potest esse iudex in tantum, ut patiatur coram se t) litem contestari, ut *D. de Officio praesidis* (1, 18.) *L. Senatus L.* 16, §. *Si quid* u) (i. f. L. 16.). *Alii* contra; dicunt enim, quod numquam ius sibi dicere potest per *Legem* istam (C. 3, 5, c. un.), et ad *Legem* illam *Senatus* (D. 1, 18, 16.) respondent, quod ibi loquitur, quando damnum sibi vel liberis suis accidit. Hoc dicit *Azo.* Vel dicas, ibi speciale esse, et hoc intelligas in contentiosa iurisdictione; secus in voluntaria; potest enim filiusfamilias consul vel praetor apud se emancipari vel in adoptionem dari, ut *D. de Adoption.* (1, 7.) *L. Si consul* (3.). *Alii* autem sunt in ea opinione, ut possit quis sibi dicere ius in defectum eius, qui debet reddere ius, et sic argumentantur *Iac.* (*Iacobus*) et *Ugo* (*Hugo*): quum

§. 120. *Vet. Coll.* §. 38. *Rog.* §. 9. *Infra* §. 377. *Azo* in Summa Tit. C. Ne quis in sua caussa l. c. fol. 48 b. et in Lect. C. eod. l. c. p. 177. Casus et Gloss. v. *Debere* L. un. C. Ne quis in sua caussa iudicet. Gloss. v. *Invito* L. 16. D. de Officio praes. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 152. p. 182. Vol. V. dec. 223. n. 32. sq. p. 340. *Brunnemann* ad Tit. C. Ne quis etc. p. 238.

r) Cod. Cantabr.: *Y.*

s) Cod. Par.: *Ne-c. iudex sit;* vv. *vel i. s. d.* desunt in Cod. Bamb. et Cantabr.

t) vv. *interloquendo — coram se* desunt in Cod. Stuttg.

u) Codd.: *Si que.* In eadem sententia est *Ioannes Bassianus* in gloss. v. *Invito* cit.

quis rationem habere non potest, si ius sibi dicat, inpune hoc facere debet, *quum iudiciorum vigor ideo sit constitutus etc.* v), remota ergo caussa et effectus, qui ex ea sequitur, debet removeri, ut *C. de Iudaeis et coelicolis* (1, 9, L.) *Nullus* (14.), et pro hac sententia facit *C. de Decurionibus* (10, 31.) *L. Generali* (54.), et quod in *Lege* illa *Nullus* (C. 1, 9, 14.) dicitur, generale est. Aliquando quis potest sumere ultionem etiam sine iudice, ut *Infra Quando liceat* (unicuique) *sine iudice* (C. 3, 27.) *L.* 1. et *D. Quae in fraud. credit.* (42, 8.) *L. Ait praetor* (10.) §. *Si debitorem* (16.) et *D. de Furtis* (47, 2.) *L. Interdum* (56.) §. *Qui furem* (1.). *Alii* autem contra, et sine ulla distinctione dicunt, eum, qui ius sibi dicit, amittere ius, quod in re habuit, ut *Infra Unde vi* (C. 8, 4.) *L. Si quis in tantam* (7.) et in *Inst. de Vi bonor. rapt.* (4, 2, §. 1.) et *D. de Vi publ. et priv.* (48, 7.) *L. penult.*, et hoc ultimum membrum istius *Diversitatis* plenius prosequitur dominus *Azo* super praedictas *Leges* in *notulis* suis, et tractavimus prolixius *Infra* x) *Unde vi* (C. 8, 4.) *L. Si quis in tantam* (7.) in *Diversitatibus* ibi factis.

§. 121.

C. Qui legitimam personam standi (3, 6.) *L. Momentaneae* y) (3.).

An pupillus, in caussa momentaneae possessionis laesus, in integrum restitui possit?

Differunt in illo *Tit. Qui legitimam personam habent* (C. 3, 6.) *L. Momentaneae* (3.). Dicunt, quod si pupillus in hoc iudicio laesus sit, forsan quia minus bene adlegavit, quod non restituitur; et hoc tali ratione, quia tamquam maior quantum ad hoc iudicium habetur, ergo non restituitur, ut arg. *C. ad* (Senatus c.) *Mac.* z) (4, 28.) *L. ult.*. Itemque imperiali auctoritate agit et ideo non restituitur, ut arg. *C. de His, qui veniam*

§. 121. *Azo* in Summa Tit. C. Qui legit. pers. standi l. c. fol. 48 b. et in Lect. sup. Tit. C. cit. l. c. p. 178. Casus et Gloss. v. *Perquamcumque* L. 3. C. cit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. cit. l. c. fol. 148 a. *Giphanius* explan. L. 3. C. Qui legitimam pers. st. l. c. p. 151. *Brunnemann* ad L. 3. cit. l. c. p. 239.

v) Cf. *L.* 14. *C. de Iudaeis et coelic.*

x) *Infra* §. 347—349.

y) Codices: *Momentariae*. In gloss. commemoratur *Irnerius*.

z) Cod. Cantabr.: *de mat*; Cod. Par.: *de Mac.*

aetatis impetr. (2, 45.) *L.* 1. Item, quia in caussa ista non appellatur, ut arg. *Infra Si de momentanea possessione* (7, 69.) [a]). *Alii* contra, ut *Bul.* (*Bulgarus*), quia, licet tamquam qui egit non restituatur, quia egit ut maior, restituitur tamen, quia sic egit, scilicet ignoranter et minus adlegando. Item, licet non restituatur in ipso iudicio, restituitur tamen in his, quae sunt circa iudicia, arg. *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Si ex caussa* (9.). Item, nonne minor, tamquam minor, sine curatore constitutus alienat mobilia, ut *Supra de Restit. in int.* (C. 2, 22.) *L.* 3., et tamen, si lapsus deprehendatur, restituitur? Sed haec ultima mala videtur adlegatio, quia numquam minor sine curatore laesus in iudicio restituitur, sed communi iure servatur inlaesus, ut *D. de Minoribus* (4, 4, L.) *In causae* (16.) *pr. Azo* vero consentit his ultimis, scilicet *Bul.* (*Bulgari*), et dicit, non obstare ea, quae dicta sunt, quia, quod dicit, quod tamquam maior recipitur in hoc iudicio, verum est, quantum ad hoc, ut teneat iudicium, secus non, tamen negat, quod debeat fieri restitutio, sicut fit in contractibus, qui licet teneant, si tamen laesus inveniatur, restituitur. Praeterea non obstat, quod dicitur, „*non appellatur in hac caussa*", quia in multis casibus datur restitutio, licet in eis appellatio denegetur, ut *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. In caussae* (16.) §. *ult.* et *L. Praefecti* (17.). Item non obstat, quod dicitur, quia ipse non laeditur illa ratione, quia per iudicium proprietatis plenius possit agere. Imo dico, quod obest, quia privatur possessione, ut *D. de Rei vindicat.* (6, 1, L.) *Is, qui destinavit* (24.) et in *Inst. de Interdictis* (4, 15.) §. *Retinendae* (4.). Item praetor generaliter loquitur, *si aliquid gestum est cum minore XXV ann.*, *eum restituam*, et illud recipit *Azo* tam in iudicio [b]), quam in contractibus. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 122.

C. de Litiscontestatione (3, 9.) *L.* 1. *in f.*

Sitne lis contestata, si reus dixerit „respondeo, sed non animo contestandi litem"?

Differunt in *C. de Litiscontestatione* (3, 9.) *L.* 1. in *f.*,

---

§. 122. *Azo* in Summa Tit. C. de Litiscont. fol. 50[a]. et in Lect.

a) De hac L. cf. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 75. p. 59. sq. et *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 121. p. 161.

b) Cod. Bamb.: *tamen in iudicem.*

ubi dicitur, „*quod per narrationem negotii caussam audire etc.*“ Dicunt *Quidam*, ut dominus *Azo*, quod, si convenior sub alieno iudice, vel quum convenior Romae, ius refutandi eum habeam, ut si ego dicam: „nolo ibi litem contestari, sed si vis, amicabiliter tibi respondeo“, quod non sit litiscontestatio, quia respondi salvo iure meo, ut arg. *D. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* (20, 6.) *L. Si debitor* (4.) §. *Si vendiderit* (1. in f.) et *D. de Usufructu* (7, 1.) *L. Sed si quid inaedif.* (15.) §. *ult.* Sed arg. contra *D. de Condict. indeb.* (12, 6.) *L. Quod quis* (50.). *Alii* dicunt, quod semper sit litiscontestatio, ut *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L. Rem non novam* (14.), et dicunt, *Legem* illam habere locum, quando quis c) consentit tantum in illis, quae fiunt ab aliquo, ut in distractionibus d) et similibus. Nam quid prodesset haec responsio coram iudice facta, quum ex illa damnari non possit? Respondit, etiam ex sententia *Illorum*, ante litem contestatam ut non possit e) quis damnari, nec etiam aliquo modo praeiudicare debet ei talis responsio, quum extra ius sit facta.

§. 123.

Eodem Titulo (C. 3, 9.) *in Auth. Offeratur.*

§. 124.

Praedicto Titulo (C. 3, 9.) *Auth. Offeratur.*

An vv. Auth. Offeratur „ad iudicium“ etiam de arbitro valeant?

Differunt in alia *Auth. Offeratur ei etc.* (C. 3, 9.). In hac *Auth.* plures moventur quaestiones et primo super illo

---

l. c. p. 181. Gloss. v. *Quum iudex* L. 1. C. de Litiscontest. *Odofredus* in Lect. sup. L. un. C. cit. fol. 151 b. *Brunnemann* ad L. un. C. cit. p. 241. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. V. Tit. 1. §. 16. T. I. p. 423. De L. 1. cit. cons. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 119. *Keller* l. c. p. 58. sqq.

§. 123. *Cod. Chis.* §. 42.

§. 124. *Azo* in Lect. ad Auth. *Offeratur* l. c. p. 182. sq. Gloss. v. *Ad iudicium*, v. *Praebitis sportulis* et v. *Viginti dierum*. Auth. Offeratur. Gloss. v. *Compromissum* L. 1. D. de Receptis arbitris. Gloss. v. *Ex utriusque* Auth. Generaliter. Gloss. v. *Ab utraque parte* Nov. 82, c. 9. Gloss. v. *Sportulis* L. ult. C. de Fruct. et lit. exp. Gloss. v. *Reus* §. 24. Inst. de Action. Gloss. v. *Praetor* L. 14. D. de Re iud. Gloss. v. *Sive pars* L. 3. C. de Dilationibus. Gloss. v. *Vel temporis* L. 72.

c) vv. *Alii dicunt — quando quis* desunt in Cod. Bamb.; bis exstant in Cod. Cantabr.

d) Cod. Cantabr.: *distinctionibus.*

e) vv. *Respondit — non possit* desunt in Cod. Cantabr.

verbo „*ad iudicium*“, utrum idem esset in arbitris. Et respondent, sic; arbitria enim imitantur *f*) iudicia, arg. *C. de Iudiciis* (3, 1, L.) *Rem non novam* (14.) et *D. de Arbitris* (4, 8.) *L.* 1. Arg. contra *C. de Episcopis aut clericis* (1, 3.) *Auth. Generaliter* (ad L. 25.) in *f.* Excipitur enim ibi, „*nisi caussa moveatur ex consensu utriusque partis*“. Sed illud non obstat, quia sic intelligitur, id est, quod partes consenserunt, ut taliter res procederet, scilicet sine satisdationibus et libello, quod facere possunt arg. illius *Auth.* secundum *Io.* (*Ioannem Bassianum*), non quod coram arbitro litigarent.

De praestatione sportularum.

Secundo quaeritur, a quo debeant praestari sportulae? Respondent ab utraque parte, ut *C. de Principibus agentium in rebus* (12, 22.) *L. ult.* et in *Auth. de Iudicibus* (Nov. 82.) §. *Ne autem hic labor g*) (c. 9.) et *C. de Fructibus et lit. expens.* (7, 51.) *L. ult.*, et loquitur hic de sportulis tantum iudicum. Sed quaeritur, utrum exsequutoribus sportulae praestari debeant? Et potest dici, quod non. Sed quid est, quod dicitur in *Inst. de Action.* (4, 6.) §. *Tripli* (24.)? Respondeo: ibi exigebat nec sibi nec suo nomine, sed ipsis iudicibus.

An iudex dilationem minuere possit? gg)

Item quaeritur de hoc, quod dicitur, „*XX dierum gaudeat induciis*“, utrum id tempus possit minui *h*), si eius voluntas adpareat, necessitate inminente? Respondeo, sic, arg. *D. de Iudiciis* (5, 1, L.) *Nonnumquam* (72.). Sed *Lex* dicit, quod, si quis vult agere de mortuo inferendo, statim potest agere, ut *D. de Religiosis* (11, 7.) *L. Liberum* (9.).

De recusatione iudicis.

Item quaeritur de hoc verbo „*vel recuset eum*“, an loqua-

D. de Iudiciis, Gloss. v. *Observandum est* L. 47. D. eod. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Offeratur cit. l. c. fol. 152ᵃ. sq. *Gonzalez Tellez* l. c. T. I. p. 945. n. 10. T. V. p. 149. n. 11. *Christinaeus* l. c. Vol. V. p. 196. n. 33. dec. 120.

f) Cod. Bamb.: *inmitantur;* Cod. Cantabr.: *inmutantur;* Cod. Stuttg. et Par.: *inmittuntur.* Sed vid. Gloss. v. *Compromissum cit.*

g) Leg. *Ne autem circa haec labor.*

gg) Cf. Gloss. v. *Viginti dierum* et gloss. *Vel tempore.*

h) Cf. §. 99. et *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Offeratur l. c. fol. 153ᵃ.

tur de iudice ordinario [hh], an de delegato [i]? *M.* (*Martinus*) dicebat, de ordinario loqui ex verbo *C. de Iurisdict. omn. iud.* (3, 13, L.) *Nemo* (4.) et *C. de Iudiciis* (3, 1, L.) *Apertissimi* (16.) et *D. de Liberali caussa* (40, 12, L.) *Si pariter* (9.), et dicebat, ordinarium recusari posse. *Nos* vero dicimus, iudicem numquam recusari posse, nisi in duobus casibus, ut *C. Quando imperator inter pup. et vid.* (3, 14.) *L.* 1. et *C. Si quacumque praed. pot.* (5, 7.) *L.* 1., in quibus casibus propter privilegium conceditur. Adparet ergo, quod non est ius commune, ut arg. *D. de Admin. tut.* (26, 7.) *L.* 1. [k] et *D. de Legatis I.* (L.) *Si quando* (109.) et *C. de Thesauris* (10, 15.) *L.* 1., et hanc *Diversitatem* plenius tractavimus *Supra de Iudiciis* (3, 1.) *L. Apertissimi* (16.) [kk].

Dandusne sit is iudex, quem altera pars petit?

Item quaeritur super eo, quod dicit „*petierit*", an dandus sit iudex, quem altera pars petierit? Quod non videtur, arg. *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Observandum* (47.). Respondeo, forte hic respexit imperator ad verecundiam petiti iudicis et ideo motus fuit imperator concedere iudicem ad postulationem alterius partis, vel dicas, quod hic petitus et concessus fuit utraque parte consentiente secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*).

Quando committatur stipulatio in casu Auth. Offeratur?

Sexto quaeritur, quando haec stipulatio committatur? Nam aut venit aut non. Si venit, adinplevit, quod promisit, si non venit, cessisse intelligitur.

§. 125.

Eodem Titulo (C. 3, 9.) *et Eodem Authentico in f.*

An litiscontestatio praescriptionem interrumpat?

Eodem Titulo (C. 3, 9.) et *eodem Authentico* (Offeratur) in *f.* Item differunt in ultimo verbo *eiusd. Auth.*, ibi scilicet

---

§. 125. *Vet. Coll.* §. 12. *Rog.* §. 61. *Cod. Chis.* §. 41. *Infra* §. 324, 335. *Supra* §. 56. in *f.*

hh) vv. *an l. d. i. ord.* desunt in Cod. Stuttg.

i) Cf. *Vet. Coll.* §. 3. *Rog.* §. 7. *Cod. Chis.* §. 44. *Hug.* §. 114, 115, 116.

k) Cod. Bamb.: *ad Municip.* (50, 1.) *L.* 1.

kk) §. 114, 115.

„*Litis ergo contestatio contra hoc indultum habita pro nihilo habenda est*“. Dicunt, verbum illud taliter esse intelligendum, quod incongrua litiscontestatio non facit interruptionem temporis, quod *Al.* (*Albericus*) concedit et dicit, quod sola conventio facta per exsequutorem faciat interruptionem, ut *C. de Praecript. XXX vel XXXX ann.* (7, 39, L.) *Sicut* (3.) et *L. Quum notissimi* (7.) in *pr.* et *D. de Act. et obl.* (44, 7.) *L. Constitutionibus* (33.) et *D. de Inoff. test.* (5, 2.) *L. Postumus* (6.) et *L. Quemadmodum* (7.) et in *Auth. de Temp. non solutae pec. sup. dot.* (Nov. 100.) §. *Si vero* (cap. 3.). Sic ergo litiscontestatio, sive congrua sit sive incongrua, interruptionem non facit, quum sit iam tempus interruptum, et hoc idem dicit *Aldricus*. *Irnerius* autem dicit contra et adserit, quod ita pro nihilo habetur, ut neo etiam praescriptionem interrumpat actio. Tamen inter se differunt, quia sola conventio, licet tempus interrumpat, actionem tamen usque ad XL annos non extendit, sed tantum usque ad XXX, nec praecedens tempus inutilem facit actionem et actio [l]) usque ad XL annos perpetuatur. Sed obiicitur, quod sola litiscontestatio perpetuat actionem, ut *D. de Fideiuss.* (27, 7.) *L. ult.* et *D. Si servitus vind.* (8, 5.) *L. Sicut* (8.) §. *Distant* (2.); ergo sola litiscontestatio interrumpit praescriptionem. Respondeo: quod dicitur, sola litiscontestatio perpetuat actionem, verum est, quando praecessit conventio per exsequutorem, puta: ambo erant coram iudice alia de caussa, postea dixit actor reo: volo, quod tu mihi respondeas de tali actione, et ita ex consensu contestati sunt litem. Nam tunc non praecessit conventio [ll]), de qua quaeritur. Si enim praecessisset, ipsa sola praescriptionem interrupisset, etiamsi litiscontestatio non fuisset sequuta, ut in illis *Legibus* continetur. Vel aliter: quod ibi dicitur, verum est, quia olim sola conventio non interrumpebat, nisi litiscontestatio sequeretur, ut legitur in *Inst.* **** [m]). Hodie vero per solam litiscontestationem fit interruptio et verbo *pro nullo* [mm]) *est* taliter exponitur, ut per hoc non inpediatur iudicem recusare, quod et olim fiebat, et novos alios XX dies habere debet ad alium libellum proponendum. *Al.* (*Albericus*).

l) In Cod. Chis.: *inutile constituit, quod quidem facit litiscontestatio; nam et praecedens tempus inutile facit et actio.*

ll) Cod. Chis add.: *super hac actione.*

m) Des. IV. literae in Codd.

mm) Leg. *verbum pro nihilo.*

Praedicto Titulo (3, 9.) *Auth. Offeratur* mmm).

Alii dicunt, „*pro nihilo est*" quantum ad sententiandum, quia iudex non potest ferre sententiam. Si tulit, non valet, quasi sit solidus ordo iudiciorum dimissus, ut *C. de Sententiis* (7, 45.) *L.* (Pro)*latam* (4.), non tamen *pro illo* (leg. *nihilo*) ad interruptionem faciendam; contra interrumpitur praescriptio, ut *C. de Praescript. XXX vel XL ann.* (7, 39.) *L. Sicut* (3.) et *L. Quum notissimi* (7.), et potest adiici illud generale pro eis: „*utile per inutile non vitiatur*", ut *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Certi* (9.) §. *Item* (6.). Domino autem *M.* (*Martino*) videtur, quod sit *pro nihilo* et quoad sententiam et quoad interruptionem praescriptionis. Quum enim illud verbum sit indistincte prolatum, generaliter est accipiendum, ut *D. de Servit. praed. urb.* (8, 2.) *L. Si servitus* (23.) **** sequenda sententia. *Yr.* (*Irnerius*) respondet: *Lex* inducta non loquitur nisi de annalibus et praetoriis, et *Leges* aliae dicunt, fieri interruptionem per exsequutoris solam convocationem (leg. *conventionem*); non autem dicunt de libello, quia tempore illarum *Legum* non fiebat convocatio (leg. *conventio*) per libellum, nisi illustrium personarum, ut arg. *Lib. XII. de Dignitatibus* (Tit. 1.) *L. Quotiens* (17.). Si contra datur libellus, non facit interruptionem libellus, sed tantum tutoris contestatio, quae praecessit. Si tamen quaeras, quae sit ratio, quod libellus solus non interrumpit, sola tamen contutoris contestatio interrumpat iudicium, respondent *Quidam*: libellus non facit interruptionem in civilibus, quoad in praetoriis sit introductum, ut quilibet *****, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Quum praetor* (12.). Est et alia ratio: quia libellus, quando offertur, iudici offertur; unde reus nil scit de conventione facta ad exsequutorem, quando mittitur ***** ad reum et dicit **** ad indices mmmm).

§. 126.

C. de Plus petitionibus (3, 10, 3.).

§. 126. *Cod. Chis.* §. 40.

mmm) Ad v. *Al.* margini Cod. Cantabr., Fol. 213a., a recentiore manu nova quaestio adscripta est, quam h. l. interponendam putavimus.

mmmm) Sequuntur multa in Cod. Cantabr., quae legi non possunt.

§. 127.

C. de Dilationibus (3, 11, 3.).

Dilatione concessa an officium iudicis quiescat?

Differunt in *C. de Dilationibus* (3, 11.) *L. Si pars* (3.), ubi dicit: „*eo usque iudicis officium conquiescat etc.*" Dicunt enim *Quidam*, quod, quando iudex caussa cognita dilationem dedit, secus, si de plano dedisset. Sed qualiter de plano dare potest? Nonne hoc prohibetur facere, ut in *eod. Tit.* (L.) *proxima* (4.)? Nam tunc dilationem removere posset et caussam agere, quia „*quod iussit vetuitve praetor etc.*", ut *D. de Re iudic.* (42, 1, L.) *Quod iussit* (14.). *Alii* contra, et dicunt, quod, sive de plano sive caussa cognita habeat *n*), non potest iudex venire per hanc *Legem*, quia dicunt, quasi per vim sententiae aliud obtinere, et illa rubrica, „*quod iussit vetuitve praetor*", intelligitur in sententiis vel in his, quae obtinent vim sententiae *nn*). Sed tamen ad hoc videtur contrarium, quod dicitur de sententia interloquutoria, quia illa mutari potest, et ista est interloquutoria; unde videtur, quod istam mutare possit, nisi caussa cognita dedit.

§. 128.

Eodem Titulo (C. 3, 11, L.) *Quum a nobis* (5.).

An in omnibus caussis, quae coram principe aguntur, dilatio denegetur?

Item dissentiunt in *eod. Tit.* (C. 3, 11.) *L. Quum a nobis* (5.), ubi dicit: „*nec in iudiciis quidem cognitionum nostrarum dilatio tribui solet*". *Quidam* enim hoc intelligunt in omni caussa consultationis et appellationis et proprietatis, quae a principio agitur et numquam per appellationem suspensa fuit, et hoc dixerunt praestantes patrocinium in curia domini im-

---

§. 127. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. de Dilat. l. c. p. 185. Gloss. v. *Praetor* L. 14. D. de Re iudic. *Brunnemann* ad L. 3. et 4. C. de Dilationibus p. 243. sq.

§. 128. *Azo* in Summa Tit. C. de Dilat. l. c. fol. 50 b. et in Lect. ad L. 5. C. eod. l. c. p. 185. *Vacarius* ed. *Wenck*. Lib. III. c. 10. not. 79. p. 216. sq. Casus et gloss. L. 5. cit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 5. cit. l. c. fol. 155 b. *Brunnemann* ad L. 5. C. de Dilationibus l. c. p. 244. not. 6. et 7.

n) Leg. *dederat* et mox *removere* pro *venire*.

nn) *Aliud obtinere — vim sententiae* desunt in Cod. Bamb.

peratoris o). Sed domino *B.* (*Bulgaro*) et *Iac̄.* oo) (*Iacobo*) contrarium videtur, et dicunt, illud intelligi in caussa appellationis et consultationis, et literam istam ita exponunt, *quia nec in iudiciis* p) *quidem cognitionum nec dilatio tribui solet etc.* q). *Cognitionum* intelligunt ipsi habitarum ex caussis supradictis, scilicet appellationis et consultationis; nam in caussa, quae a principio agitur, dantur induciae illis, qui ad iudicium vocantur, ut in *Auth.* illa *Offeratur* (C. 3, 9.), et ut vides, quod in caussa criminali etiam dantur induciae XXX dierum ad componendos moestos penates, ut *C. de Exhibendis et interrogandis reis* (9, 3.) *L.* 2. r).

§. 129.

Eadem Lege (C. 3, 11, 5.).

De dilationibus in caussa appellationis vel consultationis.

Item differunt in *eod.* verbo. Dicunt *Quidam* in eo, quod dicit, quod in caussa appellationis vel consultationis non sunt dandae induciae, hoc intelligitur, quando iudex plene inquisivit omnia et litigatores renuntiaverunt productioni testium et omnibus adlegationibus ita, quod plene de caussa agitatum fuit, sed tamen est dubitatio, qualiter ferri debeat sententia, et ita iudex ad imperatorem rescripsit. In eo casu nulla dilatio danda est, ut arg. *Supra de Iudiciis* (C. 3, 1.) *L. Iudices* (9.). Nam induciae etiam in caussa appellationis, quae agitur, dandae sunt, si oportuerit, ut *Infra de Appellationibus* (C. 7, 62, L.) *Eos* (6.) §. *Si quid* (2.) et *L. Ne* (15.) s); nam et iudex in caussa appellationis, quae agitur coram imperatore, non debet incognito iudicio t) iudicare, ut *Infra de Appellationibus* (C. 7, 62.). *L. Necessarias* (15.) u). Oportet enim, quod

§. 129. *Azo* in Summa Tit. C. de Dilat. l. c. p. 51 [a]. et in Lect. ad L. 5. eod. l. c. p. 185. Gloss. v. *Intacta* Auth. Sed et lis. Gloss. v. *ve.* L. 5. C. de Dilationibus.

o) Sc. *Friderici*, teste *Odofredo* ad L. 5. cit. Cf. *Vacar.* l. c.

oo) *Odofredus* l. c.: *Bul.*(Bulgaro) *et Mar.* (Martino).

p) Cod. Cantabr. et Par.: *inducunt;* Cod. Bamb.: *in iudict.;* Cod. Stuttg.: *in iudicio.*

q) Cod. Cantabr.: *nē di. ubi solet.* Cod. Bamb.: *ne d. t. s.* Locus corruptus; leg. *cogn. no* i. e., *nostrarum dil.* Cf. L. 5. cit.

r) In Cod. Par. des. vv. *et interro. r. L.* 2. Cod. Bamb.: *quia in cau. cr.* Edd.: *de Exhib. et transmittendis reis.*

s) Cod. Par. interponit inscriptionem: *E. T.* §. *nam,* ac si nova incipiat quaestio. In Cod. Bamb. est lacuna VII literarum.

t) Ita codices. In *L.* 15. *cit.* est *negotio.*

u) Leg. *Ne caussas.*

utraque pars suis adlegationibus renuntiet, antequam sententia dari debeat, ut *Infra de Relationibus v)* (C. 7, 61.) *L.* 1., et contra iustum est, ut dilationes dentur, ut in *Auth. Ut iudices non exspectent sacras iussiones* (Nov. 125.) et *Infra de Temporibus et reparat. appellat.* (7, 63.) *Auth. Sed* (et) *lis* (ad L. 2.), et postea „*cognitionum nostrarum etc. dilatio tribui solet*“ intelligit dominus *M.* (*Martinus*) ideo dici non debere dari, quia nec nos dare solemus, quum de tali caussa cognoscimus. Idem dicit *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo.* Sed tamen *Lex* ista hodie emendata est per *Authenticam x)*, nam tales relationes *y)* hodie faciendae non sunt, ut in *Auth. Ut iudices exspect. sacr. iussiones* (Nov. 125.). *Alii* autem dicunt, quod in caussa consultationis dilatio non est danda, quae agitatur coram imperatore, et dicunt, quod si renuntiatum esset testibus et instrumentis, non esset amplius agitanda, sed sententia tamen esset ferenda.

§. 130.

C. de Feriis (3, 12.) *L. Provinciarum* (10.).

De interrogatione reorum.

Differunt in *C. de Feriis* (3, 12.) *L. Provinciarum* (10.) super illo verbo: „*ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quae per latronum tormenta quaerenda est.*“ Dicunt enim *Quidam*, quod antequam confiteatur de crimine in se, ut arg. *Infra de Accusationibus et inscript.* (C. 9, 2.) *L. ult.* et *D. de Quaestionibus* (48, 18.) *L. Repeti* (16, §. 1.). *Alii* dicunt, quod generale est, ne interrogetur, fallit tamen in multis casibus, ut hic et in maiestatis crimine et in crimine falsae monetae, ut *Infra de Falsa moneta* (C. 9, 24.) *L.* 1. et *Infra de Custodiendis et exhib. reis yy)* (C. 9, 3.) *L.* 1. et *D. de Custodia et exhib. reorum* (48, 3.) *L. Divus* (3.), et in multis aliis casibus. Item *Illis z)* qui dixerunt, quod interrogari debet, antequam de se confiteatur, occurrit contra *D. ad Senatuscons. Silanianum* (29, 5.) *L. Prius* (17.). *Ego* autem sic

§. 130. *Casus* L. 10. C. de Feriis. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 304. sqq. n. 3 — 8. *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 194. n. 24. sq. p. 238.

v) Cod. Stuttg.: *Dilationibus.*
x) Sc. *Nov.* 125.
y) Leg. *dilationes.*
yy) Edd.: *de Exhibendis et transmittendis reis.*
z) Cod. Bamb.: *aliis.*

intelligo: in eo, quod dicit, *non est fides habenda, si alios criminetur*, subaudi *omnimoda* [a]), nec tamen *omnino* pro hoc ei fides detrahitur, sed in arbitrio iudicis erit, an habeatur ei fides aut non, ut *D. de Quaestionibus* (48, 18.) *L.* 1., §. *Divus* (17.) et *C. de Quaestionibus* (9, 41.) *L.* 4.

§. 131.

C. de Iurisdictione omnium iudicum (3, 13.) *L.* 1.

De prorogatione iurisdictionis voluntaria.

Dissentiunt in *C. de Iurisdictione omn. iud.* (3, 13.) *L.* 1., ubi dicit: „et *quum eum iudicem elegeritis*". Ibi quaeritur, an statim sit iudex, ex quo convenerunt in eum et ante litem contestatam, an post. *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) respondet: statim ex quo convenerunt [b]), ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L.* 1. et 2, §. *Convenire* (1.). Contra hanc sententiam est, quod, antequam adeatur, non est iudex, ut arg. *D. de Officio eius, cui mandata est iurisd.* (1, 21.) *L.* 1. [c]). Sed *Azo* et *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et ita respondet *Io.* (*Ioannes Bassianus*) ad id, quod ibi dicitur, antequam adierint non compelluntur stare, et postquam adierint compelluntur: hoc verum est, quum adierint cum effectu, sed postquam lis est contestata, et hoc tali argumento: nam si pater ageret vivente filia nomine filiae de dote, oportet, ut filia consentiat; et quo tempore oportet, ut consentiat? Et certe tempore litis contestatae. Sed quid, si ante consentit et postea mutat voluntatem? Respondet, pater frustra aget. Sed si post litem contestatam mutat voluntatem [d])? Non est ita, ut *D. Soluto matrimonio* (24, 3.). *L. Si quum dotem* (22.) §. *Eo autem tempore* (5.). Sic et in casu isto dico, ut tunc videatur esse iudex, scilicet lite contestata, et ante litem conte-

§. 131. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurisd. omn. iud. l. c. fol. 52. et in Lect. ad L. 1. C. eod. p. 187. Gloss. v. *Ex consensu* L. 1. C. cit. Gloss. v. *Iudicibus* eod. Gloss. v. *Et consentiant.* L. 1. D. de Iudiciis. Gloss. v. *Adiretur* L. 18. D. de Iurisd. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. l. c. fol. 157 b. *Glück* l. c. T. III. p. 211. sqq. et p. 221. sq.

a) *omnimoda* omnes codices. Cod. Bamb.: *Sed* pro *si.*

b) vv. *in eum* — *convenerunt* desunt in Cod. Cantabr.

c) Leg. *L.* 18. *D. de Iurisd.* (2, 1.) de qua L. cf. *Fachineus* Lib. I. c. 60. l. c. p. 49.

d) vv. *Respondet* — *voluntatem* desunt in Cod. Cantabr.

tatam non potest cogi, ut secundum *Azo(nem)* et dominum *Io b.* (*Ioannem Bassianum*).

§. 132.

Eadem Lege (C. 3, 13, 1.).

Si per errorem facta est prorogatio iudicis, an valeat id, quod actum est e)?

Item differunt in *ead. L.* (C. 3, 13, 1.) super illo verbo: *et non congruum iudicem vobis etc.*" *Quidam* dicunt, quod i ignoraverint, non valet sententia, ut *D. eod.* (2, 1, *L.*) *Si per errorem* (15.). Quid, si alter tantum errat? Dicunt *Quidam*, quod si actor tantum, nihilominus teneat, quod actum est, quia forum ex persona rei, non actoris metimur, ut *Infra eod.* (C. 3, 13.) *L. proxima* (2.). Ergo, ex quo reus non erravit, valet, quod est. Si autem reus erravit, non actor, non tenet, quod actum est, ob iam dictam rationem. Sed *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contra, quia oportet uterque consentiat, et hoc videtur dicere *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L.* 2, §. *Convenire* (1.).

§. 133.

Eodem Titulo (C. 3, 13.) *L.* 2.

De foro contractus.

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 13.) *L.* 2. super illo verbo: „*vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit.*" Dicunt *Quidam*, quod si ante litem contestatam

---

§. 132. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurisd. o. iud. fol. 52 a. et in Lect. ad L. 1. C. eod. §. 3, 4. l. c. p. 187. Gloss. v. *Qui errant* L. 15. D. eod. Gloss. v. *Alium esse praetorem* L. 2, pr. D. de Iudiciis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. fol. 157 b. et in Lect. sup. L. 15. D. cit. fol. 41 a. *Gonzalez Tellez* T. II. p. 95. n. 6. *Glück* l. c. T. III. p. 220.

§. 133. *Azo* in Summa Tit. C. de Iurisd. o. iud. l. c. fol. 53 a. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 188. *Roffredus*, Ord. iud. Part. I. cap. Qualiter iudic. declin. l. c. p. 14. Gloss. v. *Quotquot* et v. *Debebit* L. 19, §. 2. D. de Iudiciis. *Odofredus* in Lect. sup. L. 19, §. 2. D. de Iudiciis l. c. fol. 203 a. et in Lect. sup. Auth. Qua in provincia l. c. fol. 160 b. *Brunnemann* ad L. 2. C. de Iurisd. omn. iud. p. 248. n. 7. sq. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 160. n. 3. l. c. p. 195. *Io. Sa. Brunquell*, prol. de sectis et controversiis iuris, §. 21. (in opuscc. Lips. 1774. 8. p. 326.) *Glück* l. c. T. VI. p. 303. sqq. p. 254. n. 61.

e) Ita Cod. Cantabr.

transtulit domicilium, quod non sufficit, eum habuisse tempore contractus, arg. *D. eod.* (2, 1.) *Quum quaedam* (L. 19.). Post litem vero contestatam potest trahi invitus etiam de alio foro, ut *Supra* (C. 3, 13.) *L. proxima* (1.) dixi *f*); ante litem contestatam nequaquam, nisi ibi inveniatur, ut hoc *D. eod.* (2, 1.) *Quum quaedam* (19.) *ff*). *Quidam* tamen dicunt, quod ante litem contestatam, etsi ibi inveniatur, non convenitur, et quod dicitur in *D.* (2, 1, 19.) locum haberet, quando non conveniebatur, ut ibi dicit, et ideo, si ibi inveniatur ante litem contestatam, non poterit conveniri, et hoc de eo, qui contraxit *g*), ubi domicilium non habuit, quo casu ratione contractus, si alibi domicilium haberet, posset conveniri. Sed hic occurrit adversitas. Si enim hic contraxit, ubi domicilium nec habet hic *h*), nec umquam habuit, tamen ratione contractus poterit conveniri, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Heres* (19, §. 2.) et *Auth.* illa, *Qua in provincia* (3, 15, 3.). Item, si hic non *i*) contraxit, licet hic domicilium non habebat, sed nunc habet, quando convenitur, poterit conveniri. Quid ergo est, quod hic dicit „*vel tempore contractus habuit*"? At respondendum est, maxime fore subaudiendum: vel ita contingit, quod vel ipso in suo domicilio contraxit, vel dicas, loqui de domicilio *ii*), quod habuit originis caussa, quod licet transtulit, tamen nihilominus ibi poterit conveniri, ut *D. de Munerib. et honor.* (50, 4.) *L.* 1.; vel dicas, etiamsi ibi non inveniatur, mittatur actor in possessionem rerum, quas habet, vel distrahantur, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Heres absens* (19.).

§. 134.

Eodem Titulo (C. 3, 13.) *L. Privatorum* (3.).

An is, qui iurisdictionem non habet, privatorum consensu iudex electus, arbitri saltem vicem obtineat? k)

Differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 13.) *L. Privatorum* (3.), ubi

§. 134. *Azo* in Lect. L. 3. C. de Iurisd. omn. iud. p. 188. Gloss. v. *Privatorum* L. 3. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. cit. fol. 158[b].

f) Se. §. 131.

ff) vv. *Quaedam* — *quum quaedam* desunt in Cod. Cantabr.

g) Cod. Stuttg.: *hoc ideo, quod, contraxit.*

h) Cod. Bamb.: *contraxit* (om. v. *ubi*) *nec dom. h. hic.*

i) Del. *non.*

ii) vv. *ipso* et *contraxit*, *v. d. l. de dom.* desunt in Cod. Cantabr. et Bamb.

cit: „*rei iudicatae non obtinet* [kk]) *auctoritatem.*“ Dicit *Iac.* *acobus*), sententia dicta ab eo non valebit, ut dicta a iu-ce, sed forte ut arbitri vicem obtinet, ut per totum *titulum* *Arbitris* (C, 2, 56.). *Quidam* contra, et dicunt, quod non alet, sive ut ab arbitro sive ut a iudice dicta esset, quia, uod voluerunt, non potuerunt et e contrario [l]), ut *Infra Si uis alteri vel sibi* (C. 4, 50, L.) *Multum* (6.). Nec etiam tam-uam arbitri valet per praedictam rationem, et ideo etiam, uia sententiae non paretur, nisi metu poenae, ut *Supra de Arbitris* (C. 2, 56.) *L.* 1. *Azo.*

§. 135.

Eodem Titulo (C. 3, 13.) *L. In criminali* (5.).

§. 136.

Ubi de crimine agi oportet (C. 3, 15.) *L.* 1.

Quaestione criminis a iudice incompetente inchoata, an teneat iudicium [m])*?*

Differunt in illo *Tit. Ubi de crimine agi oportet* (C. 3, 15, L. 1.) super illo verbo: „*inchoatae sunt.*“ *Quidam* ita in-telligunt „*inchoatae*“, scilicet per litiscontestationem, puta, quia passus est reus secum litem contestari, non opposita fori praescriptione, ut *Supra de Iudiciis* (C. 3, 1.) *L. Apertissimi* (16.) et in *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112.) et ut notavi *Supra de Iurisdict. omn. iud.* (C. 3, 13.) *L.* 1. in glossa illa „*Sed an statim*“ et arg. *D. Soluto matrimonio* (24, 3.) *L. Si quum dotem* (22.) §. *Eo autem tempore* (5.). *Alii* contra, et intelligunt, quando iste nesciebat se subiectum eius iurisdictioni, ut *Infra de Exceptionibus* (C. 8, 36.) *L. ult.*; item propter aliam regulam, quae est *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L.* 2., ut *Supra de Iurisd. omn. iud.* (C. 3, 13.) *L. Nemo* (4.) et *L.* 2. notavi. Si vero se subiectum putavit, non valet sententia

§. 135. *Cod. Chis.* §. 45.
§. 136. *Azo* in Summa Tit. C. Ubi de crim. agi oport. fol. 53 b. et in Lect. ad L. 1. C. eod. l. c. p. 190. et ad L. ult. C. de Except. l. c. p. 643. Gloss. v. *Inchoata* L. 1. C. eod. Gloss. v. *In principio* L. ult. C. de Except. *Odofredus* in Lect. ad L. 1. C. cit. l. c. 159 b.

k) Ita Cod. Cantabr. (Martinus) *e contrario.* Cod. Par.: *quod noluerunt.*
kk) Edd.: *non continet.*
l) Cod. Stuttg.: *potuerunt M.*
m) Ita Cod. Cantabr.

propter rubricam generalem, scilicet *Si a non compet. iud. fuerit iudicatum* (C. 7, 48.) *L.* 1. et 2. et *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L.* 2. in *pr.* et *D. de Iurisd. omn. iud.* (2, 1, L.) *Si per errorem* (15.). Secundum *Io.* (*Ioannem Bassianum*) et *Azo.* (*Azonem*).

§. 137.

Eadem Lege n) (C. 3, 15, 1.).

De foro deprehensionis o).

Item differunt in *ead. L.* (C. 3, 15, 1.) super illo verbo: „*ubi reperiuntur.*" Hoc intelligunt *Quidam* et *Iac.* p) (*Iacobus*), si reperiuntur in loco congruo, ut *D. de Iudiciis* (5, 1, L.) *Eum* (43.) et *D. de Constituta pecunia* (13, 5, L.) *Qui autem* (14.) §. *ult.* et *D. Mandati* (17, 1.) *L.* 1, §. 1. q) et *D. de Muneribus et honor.* (50, 4.) *L. Ut gradatim* (11.) §. 1., si ibi deliquit, ubi domicilium habet, et non intelligas, quod in omni loco, ubi invenitur, possit conveniri, sicut *Quidam* dixerunt, ut probatur per *L. seq.* et *Supra de Iurisd. omn. iud.* (C. 3, 13.) *L. In criminali* (5.), et agitur in tribus locis tantum, si ibi sunt crimina commissa, ut *D. de Accusationibus* (48, 2.) *L. ult.*, et ut hic. *Quidam* tamen dicunt, quod semper, ubicumque inveniatur, convenitur per *Legem* istam. *Alii* qq) dicunt, quod, ubicumque inveniatur, ibidem convenitur, non tamen ibi respondere tenetur, sed remittendus est, ubi deliquit, ut in *Auth. Ut nulli iudicum liceat habere* (Nov. 134.) §. *Si vero cogn.* r) (c. 5. med.), vel etiam ita potest intelligi, quod in omni loco, scilicet quando coepit esse vagabundus, sicut et in *Scholastica Quaestione* dicitur, et arg. *D.*

---

§. 137. *Azo* in Summa C. Ubi de crim. et in Lect. ad L. 1. C. eod. p. 190. Gloss. v. *Reperiuntur* L. 1. C. Ubi de crimin. Gloss. v. *Degit* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Utilem* L. 1. D. de Eo, quod certo loco. Gloss. v. *Comprehendere* Nov. 134, c. 5. Gloss. v. *Criminum* Nov. 69, c. 1. *Brunnemann* ad L. 1. C. Ubi de crimine p. 251. n. 19. sq. *Fachineus* l. c. Lib. IX. c. 19, 20, 21, 24. p. 739. sqq. 742. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 79. sqq. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 162. p. 198. *Glück* l. c. T. VI. p. 317. sqq. *Püttmann*, elem. iur. crim. Lips. 1802. 8. p. 358. not. *i.*

n) Cod. Par.: *E. T. L. Criminali.*

o) Ita Cod. Cantabr.

p) In gloss. commemoratur *Io.* (Ioannes).

q) vv. *ut D. de Const. pec.* — §. 1. desunt in Cod. Cantabr.

qq) ut *P.* (Placentinus) in gloss. v. *Reperiuntur.*

r) vv. §. *Si vero cogn.* des. in Cod. Cantabr.

de Eo, quod certo loco (13, 4.) *L.* 1., vel etiam, ubi passus est secum litem contestari, non opposita fori praescriptione, ut *Supra proxime* dixi [s]), et dicitur quis habere domicilium ibi, ubi summa fortunarum est constituta et suum larem habet. Vagabundus dicitur, qui inde profectus est [t]) et nihil advocavit [u]), ut *C. de Incolis L. X.* (Tit. 39.) circa *fin. L. Cives* (7.). Alias [v]) non potest conveniri, nisi ubi deliquit vel domicilium habet.

§. 138.

Eodem Titulo (C. 3, 15.) *Auth. Qua in provincia.*

An Auth. Qua in provincia omne privilegium fori et iudicis tollat [x])?

Dissentiunt in *eod. Tit.* (C. 3, 15.) *Auth. Qua in provincia* super illo verbo: „*omni privilegio cessante etc.*" Dicunt *Quidam*, verbum illud ita fore intelligendum, scilicet fori et non iudicis. Puta, aliquis scholaris de Normannia studet Bononiae, commisit ibi adulterium; modo ibidem convenitur. Dicit sic scholaris iste: non debeo conveniri Bononiae, sed in Normannia, quia debes sequi forum rei. Respondent, quod hic non potest hoc adlegare, sed commune privilegium iudicis ei servabitur, ut conveniatur tantum sub [y]) magistro suo vel sub ipsius civitatis episcopo, et dicunt *Quidam*, *Legem* illam esse correctam [z]), scilicet *Quando imperator int. pup. et vid.* (C. 3, 14.) et *Legem* illam [a]) *D. de Iudiciis* (5, 1, 2, §. 4.), quae dicunt, legatos habere ius revocandi domum. *I.* [b]) (*Irnerius*), *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Al.* (*Albericus*) et *Iac.* (*Iacobus*). *Alii* dicunt, quod cessat omnino esse privilegium tunc inpetratum, puta: deliquit aliquis miles, inpetravit [c]) privilegium, quod nullius erit momenti, et ideo cessabit et in eo loco convenietur. Item dissentiunt in casus positione illius *Auth.* Sed dic, ut ibi notatum est per *Azo.* [d]) (*Azonem*).

---

§. 138. *Cod. Chis.* §. 48.

s) §. 136.

t) Cod. Cantabr.: *qui tamen pr. e.*

u) Leg. *avocavit.*

v) Cod. Cantabr.: *vel.*

x) Ita Cod. Cantabr.

y) Cod. Bamb. et Par.: *tantum vel sub.*

z) Cod. Par.: *cōllectam;* Cod. Cantabr.: *corruptam.*

a) v. *et* deest in Cod. Stuttg. et v. *illam* in Cod. Par.

b) v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 31. *I.* deest in Cod. Cantabr.; in Cod. Chis. des. vv. *I. et Al. et Iac.*

c) vv. *puta — inpetravit* desunt in Cod. Bamb.

d) *per Azo.* om. in Cod. Cantabr.

§. 139.

C. Ubi convenitur, qui certo loco (3, 18, L. un.).

An condictio de eo, quod certo loco, ubicumque debitor inveniatur, institui possit?

Dissentiunt in *Titulo* illo, *Ubi conveniatur, qui certo loco dare prom.* (C. 3, 18.). Differunt super „*arbitraria actione.*“ Dicunt *Quidam* [e]), quod reus indistincte potest conveniri, quocumque loco inveniatur, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Eum* (43.) et *D. de Condict. indeb.* (12, 6.) *L. Qui loco certo* (27.). *Iac.* (*Iacobus*), *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Alii* dicunt, quocumque loco inveniatur, potest conveniri, idoneo tamen iudice vel ratione domicilii, ut arg. *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Heres* (19.) §. *ult.*, et quod dicit: „*quocumque loco f*)“ sic exponitur [g]), scilicet *idoneo*, arg. *D. de Muneribus et honor.* (50, 4.) *L. Ut gradatim* (11.) et *D. de Bonis auct. iudic. possid.* (42, 5.) *L.* 1. et 2. et 3, §. *ult.* Dominus [h]) *Azo* dicit, quod si promisi tibi dare centum Capuae, quod tu non potes me convenire in eo loco, ubi contractus est factus, arg. *D. de Bonis auct. iudic. possid.* (42, 5.) *L.* 3. et *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Exigere* (65.) et *D. de Action. et oblig.* (44, 7.) *L. Contraxisse* (21.); sed *Quidam* contra, arg. *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Heres* (19.) §. *Si quis* (1.). Sed ad illam sic respondemus, quia ibi conveniebatur ratione administrationis et non ea ratione, quia contractus esset inceptus et non perfectus, vel etiam ibi convenitur, ubi invenitur, ut tamen alibi debeat respondere; unde, quum alibi deberet solvere, non tenetur, nisi ubi factus esset contractus, ut ibi dicitur [i]).

---

139. *Rog.* §. 46. *Placentinus* in Summa Tit. C. Ubi conveniatur, qui certo loco l. c. p. 105. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 54 [a]. et in Lect. ad Tit. cit. p. 192. Gloss. v. *Et in alio loco* L. un. C. eod. Gloss. v. *Quocumque loco* L. 43. D. de Iudiciis. Gloss. v. *Exigere* L. 65. D. eod. Gloss. v. *Eo loco* L. 3. D. de Bonis auct. iud. poss. Gloss. v. *Sed et certo* L. 16, §. 1. D. de Constit pec. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. l. c. fol. 162 [a]. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 89. n. 8. sqq. *Glück* l. c. T. XIII. p. 321. sqq.

e) Ut *Pl.* (Placentinus) in gloss. v. *Quocumque.*

f) Cf. *L.* 43. *D. de Iudiciis.*

g) Cod. Bamb.: *exponunt.*

h) Cod. Stuttg.: *Dominus autem Azo.*

i) Cod. Cantabr.: *et ubi dicitur.*

§. 140.

C. Ubi in rem actio (3, 19.) *L.* 2.

De nominatione auctoris.

Dissentiunt in *C. Ubi in Rem actio* (3, 19.) *L.* 2. in *pr.* super verbo illo: „*quolibet modo possidens etc.*", et intelligitur illud in colono vel in eo, qui tamquam colonarius possidet; nam si tamquam emphyteuticarius vel superficarius, nominando dominum in iudicio non liberatur, sed defendere cogitur; nam quum utiliter in rem agat, si defendere cogatur, non est absurdum, ut *D. de Rei vindic.* (6, 1, L.) *Si superficiario* (73, §. 1. et 74.). Fortius ad propositum facit, quod alias de creditore dicitur, qui respectu iuris, quod habet, agere principaliter et defendere potest, ut *D. de Re iudic.* (42, 1, L.) *Saepe* (63.), et quod dicitur de usufructuario, qui respectu iuris, quod habet, tenetur ad exhibendum, ut *D. ad Exhibendum* (10, 4.) *L. Si quae*, alias *Celsus* (5.) k) §. *Iussus* (1.) l). Rectius ad rem, de qua quaeritur, facit, quod dicitur de eo, qui agrum emphyteuticarium possidet, qui satisdare, utpote rerum inmobilium possessor, non cogitur. Sicut enim onus evitat satisdationis, sic e contra onus sustinet defensionis, ut *D. Qui satisdare cogantur* (2, 8.) *L. Sciendum* (15.) §. 2. m). *Y.* n) (*Irnerius*) idem videtur voluisse, arg. contra *D. de Adquirenda possess.* (41, 2.) *L. Quod meo nomin. poss.* (18.). Item secundum *Yr.* (*Irnerium*) et *Plac.* (*Placentinum*) datur potestas domino denuntiandi, etiamsi ius in rem habeat, ut puta, si sit feudatarius vel emphyteuticario iure possideat. Sed si ius in rem non habeat, non datur denuntiandi potestas,

---

§. 140. *Placentinus* in Summa Tit. C. Ubi in rem actio l. c. p. 106. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 54 b.; in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 192. sq. Gloss. v. *Quolibet modo* et v. *Inmobilem* L. 2. Cod. eod. Gloss. v. *Peti posse* L. 9. De de Rei. vind. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 163. *Lauterbach*, disp. de Nominatione ad L. 2. C. Ubi in rem act., in eiusd. diss. acad. disp. 106. th. 5, 7—14. l. c. Vol. III. p. 198. 199—203. *Glück* l. c. T. VIII. p. 198. sqq.

k) Edd.: *Celsus scribit, si quis.* De L. 63. D. cit. cf. *Keller* l. c. p. 368. sqq.

l) Leg.: §. *Iulianus*, vid. Gloss. v. *Quolibet modo cit.*

m) §. 2. exc. in Cod. Cantabr.

n) Cod. Cantabr. *hr'* i. e. Henricus de Baila; Gloss. v. *Quolibet modo: I.;* Odofredus: *Guar.* (Guarnerius). In Cod. Stuttg. des. vv. Y. — *possess.*

ut puta, si sit commodatarius vel depositarius o), ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Officium* (9.). *Alii* autem dicunt, ut *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo*, quod omnibus datur potestas denuntiandi, et dicunt, *Legem* illam *Officium* (D. 6, 1, 9.) correctam esse per *Legem* istam p), et etiam *Lex* illa, scilicet *Officium*, videtur dicere, scilicet quod debet possessionem restituere, qui non obiecit aliquam exceptionem. Dicunt enim *Ipsi*, istam esse exceptionem dilatoriam, scilicet ut domino denuntiet, ut *C. Sententiam rescindi non posse* (7, 50.) *L.* 2. et *C. de Probationibus* (4, 19.) *L. Exceptionem* (19.) et *D. de Exceptionibus* (44, 1.) *L. Exceptiones* q) (7.). *Alii* autem exponunt, aliquam exceptionem, id est, sive talem, quae proprie dicatur exceptio, ut pacti, sive quamlibet adlegationem, qua actor repellatur omnimodo, ut usucapionem, et intelligunt tantum in illa exceptione, quae sit peremtoria et totam caussam perimat, et dicunt, *Legem* illam *Officium* loqui in rebus mobilibus, ut tunc non detur denuntiandi potestas, et ita intellexit *Legem* illam dominus *M.* (*Martinus*), ut ibi glossulavit, et *Legem* praedictam *C. Ubi in rem actio* (3, 19, 2.). Secus autem, si in rebus inmobilibus, in quibus datur denuntiandi potestas, ut hic, et ita intellexit dominus *M.* (*Martinus*).

§. 141.

Eodem Titulo (C. 3, 19.) *et Eadem Lege* (2.).

An civiliter tantum possidens actione in rem conveniri possit?

Item differunt in *ead. L.* (C. 3, 19, 2.), ubi dicitur, „quod si dominus vocatus non venerit, summatim negotio discusso mittitur actor in possessionem". Hic quaeritur, an ille, qui tantum civiliter possidet, possit conveniri actione in rem, quod *Quidam* negaverunt, quia quid posset restituere, etiam si superaretur? Et si non veniret, et r) non praeiudicaret vasallo. Sed *Io.* (*Ioannes Bassianus*) contra. Putat enim, omnimodo conveniri posse, et si non veniat, mittatur actor in possessio-

---

§. 141. *Azo* in Summa Tit. C. de Rei vind. l. c. fol. 60[b]. et in Lect. ad L. 2. C. Ubi in rem act. l. c. p. 193. Gloss. v. *Quolibet modo* L. 2. C. cit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. fol. 163[b].

o) vv. *ut — depositarius* bis exhibentur in Cod. Cantabr.

p) *L.* 2. *C. Ubi in rem actio.*

q) In Cod. Cantabr. deest v. *Exceptiones*; in Cod. Bamb. est spatium X literarum.

r) Del. *et*. Cod. Par.: *quia quidam negaverit etc.*

nem, nec tamen dicit, istum vasallum amittere possessionem, quia ita inductus rr) non naturalem, sed civilem possessionem habet, utpote quum alius eam habeat.

§. 142.

Eadem Lege i. f. (C. 3, 19, 2.).

Usque ad quod tempus dominus nominatus, in cuius bona actor missus est, de proprietate audiri debeat? s)

Varia sentiunt in *ead. L.* (C. 3, 19, 2.) in *f.*, ubi dicit: „*servata omni adlegatione de principali actione*". Sed quaeritur, usque ad quod tempus audiri debeat de proprietate, et placet *Iob.* (*Ioanni Bassiano*), ut post X vel XX annos non audiatur, non habita distinctione absentium et praesentium, et est ratio, quia is, qui mittitur in possessionem, bona fide possidet propter decretum et auctoritatem praesidis, ut *D. de Adquirenda poss.* (41, 2.) *L. Iuste* (11.), et usucapiet actor iste, licet alium sciat esse dominum, ut *D. de Noxalibus actionibus* (9, 4.) *L. Et generaliter* (28.). Secus vero dicit in actione noxali et in damno infecto. In illis enim statim post secundum decretum missus in possessionem fit dominus, si adversarius, id est possessor, dominus fuerit; alioquin iusta paratur usucapiendi caussa t), ut *D. de Damno infecto* (39, 2.) *L. Praetoris officium* (5.) et *L. Si finita* (15.) §. *Iulianus* (16.). *Iac.* (*Iacobus*) autem semper eum usucapere dicebat, sive dominus erat, qui prius possidebat, sive non, et argumentabatur ex *Legibus* praedictis et *D. de Usufructu* (7, 1.) *L. Usufructu legato* (7, §. 1.) et *D. Communi dividundo* (10, 3.) *L.* 5. et *D. de Adquirenda poss.* (41, 2.) *L. Possideri* (3.) §. *ult.* et *D. de Damno inf.* (39, 2.) *L. Quum postulassem* u) (44.) §. *ult.* et *D. de Fundo dotali* (23, 5.) *L.* 1. *Azo*

---

§. 142. *Vet. Coll.* §. 22. 49. *Rog.* §. 18. *Infra* §. 330, 424. *Placentinus*, Summa Tit. C. Ubi in rem actio l. c. p. 106. *Azo* in Summa Tit. C. cit. fol. 54 b. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 193. sq. Gloss. v. *Servata* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Possessionem* L. 3, §. ult. D. de Adq. poss. Gloss. v. *Dominium* L. 5. D. Communi divid. Gloss. v. *In bonis* L. 2. D. Si ex noxali caussa *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 163b. *Lauterbach* l. c. th. 29. p. 208. sq.

rr) Leg. *introductus*.

s) Ita Cod. Cantabr.

t) Cod. Par.: *iuxta operatur;* Cod. Cantabr.: *caussam*.

u) Cod. Bamb.: *Cui' flu*

dicit in personali actione secus, quia et post XXX annos audietur; non enim possidet actor *uu*); sed ille infra annum recuperare potest possessionem, et non puto, eum in hoc male dicere.

§. 143.

Eodem Titulo (C. 3, 19.) *L. ult.*

De foro rei sitae.

Item differunt in *L. ult. eiusd. Tit.* (C. 3, 19.) super illo verbo: „*in locis, in quibus res sunt constitutae etc.*" Dicunt enim *Sapientes*, in rebus inmobilibus hoc obtinere. *Quidam* autem dicunt, ut *Azo*, et in mobilibus *v*) idem esse, ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Quod legatur, si quidem* (38.). De mobilibus certe satisdatur, ut *D. Qui satisdare cog.* (2, 8.) *L. Si fideiussor* (7.) §. *ult.* et *D. de Officio praesidis* (1, 18.) *L. Senatusconsulto cavetur* (16.), ut *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L.* 2. §. *antepenult.* Item opponitur super iisdem verbis: sed poterit reus invitus ibi trahi, si non ibi reperiatur. *Quidam* respondent, quia ille est, qui posset *x*) dare potest vel eum trahere potest, scilicet illius loci iudex. *Ego* autem dico, quod non trahitur invitus, si ibi non inveniatur; imo in suo foro respondebit et condemnabitur, si hoc iustum visum fuerit, et iudex dabit literas ad iudicem illius loci, in quo res sita est, ut postea tradat.

§. 144.

C. Ubi caussa status (3, 22.) *L.* 1.

De remissione fugitivae in locum, unde decessit.

Differunt in *C. Tit. Ubi caussa status agi oport.* (3, 22.) *L.* 1. in *pr.* super illo verbo: „*Quum serviret etc.*" *y*). Sed quid, si

---

§. 143. *Azo* in Summa C. de Iurisd. omn. iud. l. c. fol. 53 b.; in Lect. ad L. 3. C. Ubi in rem actio l. c. p. 194. Gloss. v. *Res* L. 3. C. Ubi in rem actio. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. cit. l. c. fol. 164 a. *Brunnemann* ad L. 3. C. Ubi in rem actio p. 255. *Glück* l. c. T. VI. p. 288. sq.

§. 144. *Placentinus* in Summa Tit. C. Ubi caussa status l. c. p. 107. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 55 a.

uu) Sequentia desumta sunt e Summa Azonis, ubi etiam *B.* (Bulgarus) *P.* (Placentinus) et *M.* (Martinus) commemorantur.

v) vv. *hoc* — *mobilibus* desunt in Cod. Cantabr.

x) Locus corruptus.

y) Edd.: *Quum tibi serviret.*

ab alio possideatur? Item quid, si gerat se pro libera? Nihilominus remittetur, unde fugitiva recessit, ut *Infra de Agricolis, censit. et col.* (C. 11, 47, L.) *Si* (14.). Tamen in *Casibus* aliter distinguit dominus *W.* z) (*Wilhelmus de Cabriano*) per *Legem* aliam, *Infra eod.* (C. 3, 22, L.) *Si in possessione* (3.). Quid ergo, si de hoc ipso dubitatur, an recesserit, quia hoc ipsa non fatetur? Respondet *P.* (*Placentinus*): quoniam apud iudicem, ubi deprehensa est, agitabitur haec quaestio, arg. *D. de Iudiciis* (5, 1.) *L. Si quis ex* (5.), loquitur *Lex* ista, ubi liquet, eam esse fugitivam.

§. 145.

C. Ubi caussae fiscales (3, 26.) *L.* 1. a)

§. 146.

C. de Inofficioso testamento (3, 28.) *L.* 1. b)

Querela inofficiosi testamenti sitne utilis saltem petitio hereditatis?

Differunt in *C. de Inofficioso testam.* (3, 28.) *L.* 1. Dixerunt *Quidam*, quod qui proponit querelam inofficiosi testamenti, proponit saltem utilem petitionem hereditatis c), et hoc est, quod hic dicitur: „*quod proposita querela inofficiosi test. perinde teneatur, ac pro herede vel pro possessore possideret*“ d). Sed *Iob.* e) (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* dicunt contra, et ad hoc respondent, quod hic dicitur, „*quod perinde* f) *teneatur etc.*“: verum est hoc g), ut posteaquam testamentum pronuntiatum

---

§. 145. *Cod. Chis.* §. 51.

§. 146. *Azo* in Summa Tit. C. de Inoff. test. l. c. fol. 56 b. et in Lect. ad L. 1. C. eod. l. c. p. 197. sq. et ad L. 34. C. eod. l. c. p. 208. Gloss. v. *Teneatur* L. 1. C. eod. Gloss. v. *de Inofficioso* L. 34. C. eod. Gloss. v. *Exercere* L. 20. D. eod. *Walch* l. c. p. 725. sq. *Glück* l. c. T. VII. p. 361. 409. not. 39. p. 489. *I. C. Bluntschli*, Entwickelung der Erbfolge gegen letzten Willen. Bonn, 1829. 8. p. 172. sq. *W. Francke* das Recht der Notherben und Pflichttheilsberechtigten. Göttingen 1831. 8. p. 253. sq.

z) v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 205.

a) In Cod. Cantabr. om. haec inscriptio.

b) Quaestio praeter modum verbosa.

c) Cod. Cantabr.: *u. p. h.*

d) vv. *quod — possideret* mendose scripta sunt in Cod. Par.

e) Cod. Par.: *Ib.*

f) Cod. Cantabr.: *inde*, om. *per*.

g) Sequentia usque ad v. *heres* corrupte scripta sunt in Cod. Cantabr.

est inofficiosum, quod ipse filius proponet petitionem hereditatis, et sic perinde tenetur, ac si pro herede vel pro possessore possideret heres h). Nam antequam iudicatum sit, non dicat aliquis, fideicommissarium teneri, tamquam si pro possessore possideret, et sic teneri utili petitione hereditatis. Ad quid enim tenetur quasi pro possessore, nisi quantum ad petitionem hereditatis? Nam sequeretur inconveniens, si hoc diceres, quod sic iam daretur petitio hereditatis contra titulo possidentes, quia querela, scilicet inofficiosi testamenti, datur contra possidentes titulo et vero, scilicet quia titulum habet et in veritate i) fideicommissarius iste, qui convenitur querela, et hoc esset contra regulam. Sed *Ipsi* respondent, quod iste fideicommissarius erat malae fidei possessor, quia sciebat, hereditatem ad alium pertinere. Sciebat enim, filium praeteritum vel exheredatum esse, et distinguunt etiam in isto fideicommissario, ut in emtore hereditatis. Nam et emtor tenetur, si venditor non comparet, vel modico est distracta hereditas, vel mala fide emit. Sic etiam dicunt in isto, quando malae fidei possessor est, vel quando restituta est non deducta quarta, ut in istis casibus etiam verus heres et bonae fidei possessor teneatur, qui alias conveniendus non esset petitione hereditatis. Unde melius est dicere, quod, licet proponatur querela, non tamen proponatur petitio hereditatis. Secundum *Azo.* (*Azonem*). Item pro eis facit, quod est *D. eod.* (5, 2.) *L. Qui de inoff. test.* (20.) §. 1., ubi dicit, „*quod qui agit de inofficioso testamento, nullam aliam movere debet, quam petitionem hereditatis*“. Sed ibi respondeo: nullam aliam movere debet k) perlata querela, nam postea recte petit hereditatem, si velit, sed antequam agat de inofficioso, non potest petere, et ita pro *Me* facit magis. Vel pone, etiam aliter dici, scilicet ut agendo querela faciat viam petitioni hereditatis, non tamen, qui agit querela, agit petitione hereditatis. Item pro *Me* facit, quod demum perlata querela desinit esse heres, ut *D. de Vulgari et pupill. substit.* (28, 6.) *L. In substitutione* (31.) et *L. Ex facto* (43.) §. *ult.*, et petitio hereditatis non datur contra heredem, ut *D. de Petit. he-*

---

h) Sc. *fideicommissarius.*

i) Cod. Bamb.: *quia sic iam et universitate fideicommiss.*; vv. *quia querela — possidentes titulo* desunt in Cod. Stuttg.

k) vv. *quam — debet* desunt in Cod. Bamb.

red. (5, 3.) *L. Regulariter* (9.) et *Legibus sequentibus;* ergo quum nondum desiit heres esse, petitio hereditatis non datur contra eum. Item alia ratione probo. Pone enim, quod quidam egit, cui hereditas non debebatur, et probavit testamentum inofficiosum, an debet ei statim dari hereditas? Ita videretur; probasse enim videtur, hereditatem ad se pertinere, tamen secus est, ut *D. eod. Tit.* (5, 2.) *L. Postumus* (6.) §. *Si quis ex* (1.), quae est contra eos, qui dicunt, quod querela est actio; nam secundum eos debet ei restitui hereditas, quia in actionibus ita consuevit esse, ut qui in eis obtineret, ipse reportaret commodum victoriae et sentiret. Verumtamen ad hoc ita responderi posset, ut, quod dixerunt in principio *Ipsi*, intelligendum sit, quando aliquis ex his personis agit, quae de iure admitti possunt. Item pro *Me* facit, quod aut dices, istum petere hereditatem ab intestato, aut ex testamento. Si dicas ab intestato *l*), probo contrarium, quia successio ab intestato non datur, nisi quum certum sit, aliquem decessisse intestatum, et non datur, quando incertum est, utrum testatus an intestatus decesserit, ut *Infra Qui admitti ad bonor. poss.* (C. 6, 19.) *L. Quamdiu* (5.) et *Infra de Bonor. poss. sec. tab.* (6, 11.) *L.* 1. et in *Instit. de Legit. agnat. success.* (3, 2.) §. *Si plures* (5.) et §. *seq.* et *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Quamdiu* (89.). Quum autem certum est, quod testamentum factum est et non ruptum, et certum est, quod succeditur ex testamento, et quod tunc desinit esse heres perlata querela, ut *D. de Vulg. et pupill. subst.* (28, 6.) *L. In substitutione* (31.); non videtur ergo proposuisse petitionem hereditatis, sed tunc demum potest proponere, scilicet postquam pronuntiatum est testamentum inofficiosum. Item ex testamento non potest succedere, quia alius est *m*) heres, et plures heredes in solidum esse non possunt, ut *D. de Reg. iur.* (50, 17, L.) *Quod contra* (141.) §. *VIII.* *n*) in *penult. columna* *o*). Nec obstat *Infra eod.* (C. 3, 28, L.) *Si quis filium* (34.) in *pr.*, ubi dicit: „*nulla hereditatis petitone ex nomine etc.*“, quia ibi nondum egerat de inofficioso, et ita nondum praeparavit viam petitioni hereditatis, quia via paratur *p*) pe-

l) vv. *aut ex — intestato* desunt in Cod. Bamb.

m) Cod. Par. et Bamb.: *succedere, alius enim est.*

n) Cod. Cantabr.: §. VII. Leg. §. *Uni* (1.)

o) *penult. columna.* An libri ms., quo usus est is, cuius sententia exponitur?

p) vv. *quia v. p.* desunt in Cod. Stuttg.

titioni hereditatis per querelam. Sed tamen istud bene debes scire, quia q), si proponit quis querelam et similiter probat, hereditatem ad se pertinere, quia forsan filius est, in eo casu proponit petitionem hereditatis, ut *Infra de Repud. vel abstin. her.* (C. 6, 31.) *L.* 3. et *D. de Bonor. poss.* (37, 1.) *L. Quum quidam* (14.). Sed ad illam *Legem* potest responderi, quod videtur agnovisse, quantum ad hoc, ut non currat tempus petendae bonorum possessionis, ut ibi videtur dici; et ut *Infra eod.* (C. 3, 28.) *L. Contra maiores* (16.); et ad *Legem* illam *de Repudiunda vel abstin. hered.* (C. 6, 31, 3.) potest responderi, quod ibi non dicit, quod quaesita sit, sed dicit, si quaesita esset, non posset respui; unde, quum quaesita non est, respuitur; vel potest dici, quod quaesita sit de voluntate, quia habet animum habendi eam, non tamen de iure quaesita dicitur.

§. 147.

C. Eodem Titulo (3, 28.) *L.* 2.

§. 148.

Eodem Titulo (C. 3, 28.) *L. Neptem* (7.).

§. 149.

Eodem Titulo (C. 3, 28.) *L. Liberi* (28.).

De onere probandi in caussa exheredationis vel praeteritionis.

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 28.) *L. Liberi* (28.) in *pr.*, ubi dicitur, quod onus est filii probare, se meritum r), vel filium, si exheredatus est vel praeteritus. Nam heres institutus non cogitur illum probare filium immerentem s) esse; sed si ipse voluerit onus probationis in se transferre, poterit hoc facere, nisi actor petiit eo casu producere suos testes. *Alii* dicunt, hoc fore iniqnum. Verum reus onere probationis t) se gravare poterit, ceterum per hoc actor poterit ni-

§. 147. *Cod. Chis.* §. 54.
§. 148. *Cod. Chis.* §. 53. *Infra* §. 288.
§. 149. *Cod. Chis.* §. 60.

q) Leg. *quod.*
r) Sc. *de patre, gratum extitisse,* ut est in *Casu L.* 28. *cit.*
s) i. e. *ingratum.* In Cod. Stuttg. om. *probare filium* et in Cod. Bamb. et Par. v. *filium.*
t) In Cod. Cantabr. des. v. *in se — probationis.*

hilominus producere suos testes, ne accidat, quod actor u) amittat caussam; quum forte reus duos tantum testes esset producturus, actor vero XX vel plures, absurdum esset, quod actor amitteret caussam per duos testes v), quum pro se poterat probare per XX. Item quia esset in rei potestate, se ab actoris intentione liberare. *Al.* (*Albericus*). Sed *Iac.* (*Iacobus*) dicit, quod, licet actor ex necessitate probare debeat, quod intendit, mos tamen reo gerendus x) est, si voluerit onus probationis in se transferre, ut *D. de Probationibus* (22, 3.) *L. Circa* (14.), et ne videatur, quod eius favore est introductum, scilicet ut actor probet, necessario ad eius laesionem sit inventum, quod esset, si ipse probare vellet et non audiretur. *Alii* contra; dicunt enim, sine distinctione probationem actori incumbere et ex multis *Legibus*, quae hoc clamant, scilicet actorem probare debere, et quod dicitur, reum probare posse, speciale est in libertate, ut *D. de Probationibus* (22, 3.) *L. Circa* (14.) et *de Liberali caussa* (40, 12.) *L. Cui* (39.) y).

§. 150.

Eodem Titulo (3, 28.) *L.* z) (33.).

De poena heredis, qui voluntati testatoris non paruit.

Differunt in *eod. Tit.* (3, 28, L.) *Si quis suo testamento* (33.) in *pr.* super illo verbo: „*sed etiam tertiam partem hereditatis* a) *etc.*“ *Quidam* dicunt, quod arg. illius *Legis* heres, qui non paruit voluntati defuncti, punitur in tertiam partem hereditatis, in qua institutus est. Puta: debuit coheredi praestare tria ex voluntate testatoris et ipse debebat habere no-

§. 150. *Cod. Chis.* §. 62. *Infra* §. 293. *Azo* in Lect. ad L. 33. C. de Inoff. test. l. c. p. 207. et ad L. ult. C. de Fideic. l. c. p. 523. Gloss. v. *Quantitatis* L. 33. C. de Inoff. test. Gloss. v. *Lucrum* L. ult. C. de Fideic. *Christinaeus* l. c. Vol. V. dec. 201. l. c. p. 299. *Glück* l. c. T. VII. p. 92, 152. *Francke* l. c. p. 339. De *L. ult. C. de Fideic.* cf. *Schilling* l. c. p. 314. sq.

u) vv. *poterit nih.* — *actor* exc. in Cod. Par.

v) vv. *esset* — *per duos testes* desunt in Cod. Cantabr.

x) Cod. Bamb. et Stuttg.: *quaerendus.*

y) Cf. *Vet. Coll.* §. 47. *Rog.* §. 16. *Infra* §. 418.

z) Cod. Par.: *E. T. L.* 1., perperam. In Cod. Cantabr. et Stuttg. omissa est h. inscriptio. Cf. *Infra* §. 293., ubi *L.* 33. *de Inoff. test.* commemoratur.

a) Edd.: *quantitatis.* Cod. Chis.: *Differunt. Dicunt Quidam, quod heres, qui* (deest *non*) *paruit v. d., p. in t. p. hereditatis, quae ei relicta est.*

vem; nunc modo privatur in tertiam eius, quod habiturus erat, id est, dabit tria et sic ille, qui habiturus est tria, tamen habebit sex. *Al.* (*Albericus*). *Alii* dicunt, quod heres ille punietur tantum in tertiam eius partis, quam habiturus erat ille, cui minuscula portio debebatur. Puta, ille ab initio debebat habere tantum tria, dabit ei coheres unam et sic habebit quattuor. Signatur hic contrarium *Infra de Fideicommissis* (C. 6, 12.) *L. ult.* (i. f.). *Quidam* solvunt b), quod hic loquitur, quando tarde restituit, ibi vero, quando nullo modo etiam per sententiam voluit restituere, et ideo punitur in totum, ut ibi dicitur. *Alii* vero dicunt: quod ibi dicitur, erat antiquis legibus munitum, quod autem hic dicitur, novis constitutionibus est sancitum. *Alii* autem subaudiunt, ubi dicitur in *fine Legis* (C. 6, 42, L. ult.) „*heredem lucrum hereditatis amittere*“, sed scilicet non in totum, sed in partem bb), ut hic dicitur. *Alii* dicunt, quod non de omni dispositione testatoris est intelligendum, quod hic dicitur, sed de ea tantum, quae iussit collationem et denegat actionem bbb). *Alii* dicunt, quod ibi erat legatum relictum loco venerabili, ut in *Auth. de Heredibus et Falcidia* (Nov. 1, c. 1.), nam alias non semper paretur voluntati testatoris, nec ideo hereditas aufertur, ut *Infra de His, quibus ut indignis* (C. 6, 35.) *L. Non oportet* (5.). *Alii* autem dicunt, quod ibi erat institutus sub conditione heres, cui non paruit, et ideo hereditatem amittit. Hodie vero certum est, qualiter puniatur, qui testatoris voluntati non paruit, ut *Infra de Fideicommissis* (C. 6, 42.) *Auth. Hac amplius* (L. ult.).

§. 151.

Eodem Titulo (C. 3, 28.) *L. Si quando* (35, pr.).

§. 152.

Eadem Lege (C. 3, 28, 35.) §. *Illud etiam* (1.).

---

§. 151. *Cod. Chis.* §. 63.
§. 152. *Cod. Chis.* §. 64.

b) Cod. Chis.: *dicunt.*

bb) Cod. Chis.: *subaudiunt, ut Infra dicitur, scil. in partem et non in totum.*

bbb) Cod. Chis.: *quae iussit collationem fieri. Sic enim, si heres non* (paruit) *testatoris voluntati, quia fecit collationem, denegantur ei actiones.*

§. 153.

Eodem Tit. (C. 3, 28.) *In Auth. Unde si parens* (ad L. 6.).

§. 154.

Eodem Titulo (C. 3, 28.) *in Auth. Hodie non licet* c).

Quo titulo portio legitima liberis relinqui debeat?

Item differunt in *eod.* (Tit.) in *Auth.* illo *Hodie non licet patri*, in verbo illo: „*ius repletionis tunc locum habet, quum ex aliqua parte heres instituitur*". Dicunt *Quidam*, illud locum habere, quum pater testamentum facit, et sic dicunt, non esse correctam *Legem* illam (C. 3, 28, 36.), quae loquitur de repletione, scilicet quod sufficiat, eum habere quoquo relicto titulo, nisi aliam ultimam voluntatem fecerit,

---

§. 153. *Cod. Chis.* §. 58. *Vet. Coll.* §. 78. *Rog.* §. 81. *Infra* §. 277.

§. 154. *Azo* in Summa Tit. C. de Inoff. test. fol. 57ª. et in Lect. ad Auth. Noviss. l. c. p. 200. et ad L. 36. l. c. p. 210. Gloss. v. *Titulo* Auth. Novissima L. 6. C. de Inoff. test. Gloss. v. *Quum autem* et v. *Celebrari* L. 36, §. 1. C. eod. Gloss. v. *Testamento* §. 3. Inst. eod. Gloss. v. *Iure legati* §. 6. Inst. eod. Gloss. v. *Relinquat* Nov. 18, c. 1. Gloss. v. *Praeterire* Nov. 115, c. 3. *Odofredus* in Lect. C. sup. Auth. Novissima l. c. fol 168ª. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 170. n. 2. p. 210. *G. Möller*, die Lehre vom Pflichttheil. Amb. u. Sulzb. 1801. 8. T. II. p. 186. *Glück* l. c. T. VII. p. 111. sqq. p. 144.

c) Frustra quaesivimus hanc Auth. in libris Cod. Iustinianei quum mss. tum editis. Verum est, similem Auth. exstare in Inst. ad Tit. de Inoff. test. Vid. *Schraderum* l. c. p. 785. Haec tamen non continet nisi caussas exheredationis e Nov. 115. sumtas, in ceteris multum ab Auth. *Hodie n. l.* differens. Huc spectare videtur Auth., quam invenimus in exemplari mss. Cod. Iustinianei, quod quum Patavii a. h. s. XXV. commorabamur, parva pecunia emimus. Etenim ibi inter Auth. *Novissima* et Auth. *Unde* haec leguntur: *Auth. Hodie iure institutionis debent habere praedictum trientem vel semissem, alioquin nullum est testamentum.* Maioris vero momenti est Auth., quae in Cod. *Casselano* N. 4. Vol. 4. Tit. C. de Inoff. test. adscripta est: *C. N. Sed hodie non licet patri aut avo aut aviae, proavo vel proaviae filios vel communes liberos exheredare, nisi per quamlibet donationem vel legatum vel fideicommissum vel alium quemlibet modum eis dederit legibus debitam portionem, nisi ingratus probetur et caussa ingratitudinis nominatim inseratur in testamento: item liberis parentes. Alioquin rescinditur testamentum circa institutionem, sed in ceteris perseverat. Item ius repletionis locum non habet, nisi quum ex aliqua parte heres instituitur, quia dicit, eum debere totam hereditatem amittere excepta sibi debita portione.* Communicavit nobiscum hanc Authenticam *Illustrissimus v. Savigny*, qui rogantibus nobis non defuit et qua conspicuus est humanitate et liberalitate penuriae nostrae subvenire non dubitavit. Cui viro pie colendo non possumus, quin hoc loco publicas agamus gratias. Utinam referre possimus! Cf. Auth. *Non licet* (6, 28.) et Auth. *Non licet* ap. *Schraderum* l. c. p. 784.

nam tunc sufficit, eum quoquo relicto titulo habere. *Alii* contra, et dicunt, quod filius semper habere debet iure institutionis.

§. 155.

Eodem Titulo (C. 3, 28.) *in Auth. Sed illud solum* cc).

An etiam fratribus certae exheredationis caussae constitutae sint?

Dissentiunt in *eod. Tit.* (C. 3, 18.) in *Auth.* illo *Sed illud solum*, ubi dicit, quod frater non debet venire ad successionem fratris, qui insidiatus fuerit in mortem eius, aut criminaliter eum accusaverit, vel inscriptionem contra eum praeparaverit, vel substantiae iacturam ei fecerit. Illud *Auth.* dicunt solummodo locum habere ab intestato, scilicet quando superest mater vel avia et hi, qui vocantur secum ad successionem fratris. Ergo si qua istarum trium caussarum fuerit convictus commisisse, merito repellatur a successione fratris, etsi forte defunctus nullam mentionem habuit harum caussarum. Praedictae ergo personae poterit obiicere d) et solidam habere successionem.

§. 156.

C. de Inofficiosis donationibus (3, 29.) *L. Si totas* (5.).

De querela inofficiosae donationis, si defunctus non una, sed pluribus donationibus; quarum nulla inofficiosa est, facultates suas exhauserit.

Dissentiunt in *C. de Inofficiosis donationibus* (3, 29.) *L. Si totas facultates* (5.), ubi dicitur, „quod si pater donavit omnes facultates suas vel vacuas fecit, quod filio datur querela". Quid, si donaverit totum patrimonium, collatis do-

---

§. 155. Gloss. v. *Lucrum* Nov. 22, c. 47. *Müller* l. c. T. I. p. 184. *Glück* l. c. T. VII. p. 206. sqq. *Francke* l. c. p. 292.

§. 156. *Infra* §. 158. *Azo* in Lect. ad L. 1. et 8. C. de Inoff. don. l. c. p. 212, 213. Gloss. (med.) v. *Ex duabus unciis* L. 1. C. de Inoff. don. Gloss. v. *In donationibus* Nov. 92, c. 1. *Glück* l. c. T. VII. p. 174. *Francke* l. c. p. 512. sqq.

cc) Haec quoque Auth. deest in omnibus, quas in manibus habemus, editionibus Codicis Iustin. Similiter *Ioannes* in Summa Novellarum, quam hanc ob caussam pervolutavimus, maxime Nov. 18, 22, 115, de ea ne verbum quidem dicit. Ceterum cf. *Nov.* 22, c. 47.

d) Leg. *poterunt obiicere caussam.* Glossatorum diversae opiniones non exponuntur in h. §.

ıationibus per diversa tempora in extraneos, quarum nulla uperflua per se invenitur? Respondent *Quidam*, quod si ecit fraudis communicato consilio, unaquaeque donatio miıuetur; si solus eventus spectetur, nulla minuetur, ut *D. de Iure patronatus* (37, 14.) *L. Libertus* (16.) in *f.*, nisi quum lonavit libertis, ut liberis, ut *Infra de Revocandis donationibus* (C. 8, 56.) *L. Si umquam* (8.), secundum *Al.* (*Albericum*). *Quidam* tamen dicunt, quod semper fraus videtur intervenire, si sciens, se liberos habere, omnia bona donat, ut *D. de His, quae in fraudem creditorum* (42, 8.) *L. Omnes* (17.) §. *Si.* (2.). Sed ad illam posset ita responderi, quod illud intelligendum est, quando insimul omnia bona donat.

§. 157.

Eadem Lege (C. 3, 29, 5.).

De actione quasi Calvisiana.

Item differunt in *ead. L.* (C. 3, 29, 5.), quaerendo, quod si vendidit minore pretio in fraudem filii? Respondent, competit querela de eo, quod non est moderate datum, cessante Calvisiana in ingenuis, licet quandoque in defectum detur filio adoptivo, ut *D. Si quis a parente* (37, 12.) *L. ult.*

§. 158.

Eodem Titulo (C. 3, 29, L. penult.).

Utrum querela inofficiosae donationis tota donatio rescindatur, an tantum, quatenus inofficiosa sit?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 29.) *L. penult.* super illo verbo: „*quod datum* [dd]) *est, pro ratione quartae ad instar*

---

§. 157. *Glück* l. c. T. VII. p. 191. sqq. Glossatorum opiniones omittuntur.

§. 158. *Hug.* §. 156. *Azo* in Summa C. de Inoff. test. l. c. fol. 57 b. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 212. *Hug.* Dist. CLI. in Adc. II. §. 35. Gloss. v. *Pro ratione* L. penult. C. de Inoff. donat. Gloss. v. *Ex duabus unciis* L. 1. C. eod. (Quinto quaero). Gloss. v. *Ad intestatos* L. 3. C. eod. Gloss. v. *Falcidiae* Auth. Unde si parens. Gloss. v. *In donationibus* et v. *Augmentum* Nov. 92, c. 1. Gloss. v. *Dimidia* L. 87, §. 3. D. de Leg. II. *Odofredus* in Lect. sup. Leg. penult. C. d. Inoff. don. l. c. fol. 173 b. *Io. Sa. Brunquell*, prol. de Sectis et controversiis iuris (in opuscc. Lips. 1774. 8. p. 326. sq.). *Glück* l. c. T. VII. p. 158. sqq. *Francke* l. c. p. 521. sqq.

dd) Edd.: *donatum.*

inofficiosi testamenti convicti diminuetur". Illud verbum: „*pro ratione*", **Quidam** e) sic intelligunt, scilicet propter hoc, quod tu filius quartam non habes, tota rescinditur donatio, et hoc, quando re et consilio f) fraudatus es, ut *D. de Legatis* II. (L.) *Titia* (87.) §. *Seia* (2.) et §. *Imperator* (3.), et non intelligas, „*pro ratione quartae*", id est, quando tantum rescinditur, quantum est quarta. Secus est, quando re tantum, ut *Supra eod.* (C. 3, 29.) *L. Si totas* (5.) et *L.* 2. *R.* (*Rogerio*) videtur semper consilio fraudatus, ex quo se liberos habere dicat, ut *D. Quae in fraud. cred.* (42, 8.) *L. Omnes* (17.) §. 1. *Ot.* (*Otto Papiensis*). **Quidam** ff) tamen dicunt, quod quarta tantum revocatur, ut per *Legem* istam (C. 3, 29, L. penult.). Item *Ot.* (*Otto Papiensis*) dicit, quod si animus fraudandi intervenit et eum non laesit, secundo donavit in fraudem et filium non fraudavit, quod ex omnibus donationibus legitimam revocabit g), ut *D. de Iure patronatus* (37, 14, L.) *Si libertus* (16, i. f.); cui responderi potest ex *fine* eiusd. *Legis*, si obiicias de *Lege* illa, quae est in *D. Qui et a quibus* (40, 9, L.) *Si quis habens* (24.). Dico, illud esse favore libertatis, arg. *D. de Manumiss. testam.* (40, 4, L.) *Libertas* (17.), nec id obstat, quod de singulis legatis detrahitur; legata enim omnia ex morte testatoris vires capiunt gg).

§. 159.

Eodem Titulo (C. 3, 29.) *L. ult.*

An fratres querelam inofficiosae donationis habeant?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 29.) *L. ult.* super illo verbo: „*ad similitudinem inofficiosi testamenti etc.*" Ex hoc verbo dicunt **Quidam**, huiusmodi querelam etiam fratribus esse dandam. **Alii** contra, et respondent huic *Legi* hoc modo: „*omnibus*", id est, adscendentibus et descendentibus. *Y.* (*Irnerio*) videtur sicut et *Iac.* (*Iacobo*). Dicit enim *Iac.* (*Ia-*

---

§. 159. Gloss. v. *Et moribus* L. ult. C. de Inoff. donat. **Glück** l. c. T. VII. p. 173. **Francke** l. c. p. 502. sq.

e) ut **Ioannes** in gloss. v. *Pro ratione*.

f) vv. *et hoc — consilio* desunt in Cod. Cantabr.

ff) ut **Martinus** in gloss. v. *In donationibus* cit.

g) Cod. Cantabr.: *recusabit.*

gg) Praeter glossatores commemoratos nominantur in gloss. citt. **Ioannes**, **Bulgarus**, **Martinus**, **Azo**.

cobus), etiam fratribus eam competere, scilicet quando in turpem personam donatio collata est, ut *Supra de Inoffic. testam.* (3, 28.) *L. Fratres* (27.) et in *Inst. de Inoffic. testam.* (2, 18, §. 1.), et ista datur ad exemplum eius, ut in hac *Lege* (C. 3, 29, L. ult.); ergo debet dari etiam fratribus. *Iacobus.* Pro sententia priori facit, quia ista querela solis parentibus et filiis expressim permittitur, ergo fratribus concedenda non est. Item, quia in multis differtur, quia haec datur ex testamento et ab intestato, ut *Supra eod.* (C. 3, 29, L.) *Precibus* (3.), illa tantum ex testamento, quia qualiter diceret testamentum inofficiosum, nisi factum esset? Dicere inofficiosum est, quando praeteriri vel exheredari non debuit, ut *D. de Inoffic. test.* (5, 2.) *L.* 1. et 2. et 3., et illud non potest dicere, nisi sit praeteritus vel exheredatus etc. Exheredari vel praeteriri non potest, nisi in testamento. Item illa contra scriptos heredes, ista contra legatarios [h]). Item illa non intenditur, ubi quis minus quarta habet, ut *Supra de Inoffic. test.* (C. 3, 28.) *L. Omnimodo* (30.) et *L. seq.* (31.). Ista datur semper, nisi totam habeat quartam, ut in *Lege* 1. et 2. huius *Tit.* (3, 29.) et in aliis *Legibus* eiusd. *Tit.*

§. 160.

C. *de Petit. Hered.* (3, 31.) *L.* 2. et *L.* 1.

Qui convenitur hereditatis petitione, a quo tempore malae fidei possessor fiat et fructus restituere debeat?

Differunt in *C. de Petit. hered.* (3, 31.) *L.* 2. Dicit *M.* (*Martinus*), quod in hac actione ex sola litiscontestatione non fit quis malae fidei possessor, nec de fructibus tenetur, nisi post scientiam rei alienae, ut *D. eod.* (5, 3.) *L. Sed et si* (25.) §. *Si ante* (7.), arg. illius verbi, „coepit enim habere rei alienae scientiam", ut *C.* [hh]) *de Fruct. et lit. expens.* (7, 51.) *L.* 2. Item utitur tali argumento: bonae fidei possessor non condemnatur, nisi quatenus inveniatur locupletior tempore rei iudicatae, ut *D. eod.* (5, 3, L.) *Si a domino* (36.) §. *penult.*, non ergo ex sola litiscontestatione fit malae fidei possessor, quum non teneatur de omnibus fructibus perceptis

---

§. 160. *Infra* §. 386. et 172. *Vet. Coll.* §. 35. 81. *Bog.* §. 5. 84.

h) Glossa habet *donatarios.*

hh) vv. *Fructibus — ut C.* desunt in §. 386.

et percipiendis, quos vetus possessor percepisset, si possidere licuisset. Item bonae fidei possessor post iudicium acceptum iumentorum aut mancipiorum mortalitatem praestare non debet, ut *D. eod.* (5, 3.) *L. Illud* (40.). Non enim debuit eo metu ius suum relinquere inconcussum, ut in *ead. Lege* dicitur, quod praedo facere debet; ergo post litem contestatam non fit malae fidei possessor. Item alia ratione probatur: si actio sit cum aliquo ad exhibendum, qui tempore iudicii accepti possidebat, si postea sine dolo desiit possidere, absolvi debet, ut *D. ad Exhibend.* (10, 4.) *L. Tigni* (7.) §. *Si quis* (5.), non ergo litiscontestatione fit malae fidei possessor, quia, si fieret, etiamsi sine dolo possidere desierit, postea condemnari debet, si petitor erat distracturus, ut *D. eod.* (5, 3.) *L. Illud.* (40.). Item utitur tali argumento: litigator victus, si postea incumbat rei alienae, non in sola restitutione tenetur, sed de omnibus fructibus, quos percepit vel percipere potuerit, ex quo res est in iudicium deducta, et scientiam rei alienae habuit, ut *C. de Fructib. et lit. expens.* (7, 51.) *L.* 2. Si qua vero lex reperiatur, quae dicat, post litem contestatam fieri malae fidei possessorem, subaudias ibi: et post scientiam rei alienae, quia, si non haberet vel dubitaretur, malae fidei possessor non esset [i]), ut arg. *C. de Condict. indeb.* (4, 5.) *L. ult.* *Bul.* (*Bulgarus*) contra; dicit enim, quod ex sola litiscontestatione fit malae fidei possessor aliquis, et hoc per *Leg. Cod. de Rei vindic.* (3, 32.) *L. Certum* (22.). Quod autem obiicitur, quod bonae fidei possessor non condemnatur, nisi quatenus inveniatur locupletior tempore rei iudicatae, verum est de fructibus ante litem contestatam perceptis; de percipiendis post litem contestatam [k]) teneretur, sicut quilibet malae fidei possessor teneretur, ut *C. de Rei vindic.* (3, 32.) *L. Certum est* (22.). Item, quod dicitur, quod bonae fidei possessor post iudicium acceptum iumentorum et mancipiorum mortalitatem non praestat, speciale est. Mortalitatem enim praevidere non potuit,

---

i) vv. *vero lex — esset ut* desunt in §. 386.

k) §. 386.: *V.* (Hugo), *alias B., contra — m. f. possessor, subaudiat ibi denuntiatione vel scientia undecumque habita, quod ad alium pertinet hereditas. Nec obstat, si condemnatur. Non condemnatur — pereptis. Idem dicit Azo. Tamen non ex necessitate, sed ex voluntate percepit, quia non tenetur de percipiendis vel de aliis obvenientibus, quia post litem c.*

quum sit casus fortuitus, et pro hac sententia multum facit *Lex D. eod. Tit.* (5, 3.) *L. Sed etsi* (25.) §. *Si ante* (7.) et *L. Si quid possessor* (31, §. 4.), in quibus dicitur, quod post litem contestatam omnes possessores pares fiunt et praedonum modo tenentur, scilicet quoad temporis interruptionem et perceptorum fructuum praestationem, quia eos debent restituere, sive exstent, sive consumti sint, sive facti sint locupletiores sive non, et non tenentur de percipiendis, diverso tamen modo. Nam bonae fidei possessor tenetur maxime post scientiam rei alienae de his dumtaxat, quos percipere potuit; malae fidei possessor tenetur etiam de his, quos non potuit percipere, si modo percipere potuisset, si ei possidere licuisset, et non quoad fatalitatem vel non, quominus fructus suos faciat bonae fidei possessor, ut *D. eod.* (5, 3.) *L. Illud.* (40.) et *D. Usuris* (22, 1.) *L. Qui scit* (25.) §. *ult.* Idem secundum *U.* l) (*Hugonem*) respondent et *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), *Al.* (*Albericus*) m).

§. 161.

Eodem Titulo (C. 3, 31.) *L. Hereditatis* (7.).

§. 162.

Praedicto Titulo (C. 3, 31.) *L. Cogi* (11.).

§. 163.

D. Eodem Loco (5, 3.) *L. Sed utrum* n) (14.).

§. 164.

D. Eodem Titulo (5, 3.) *L. Si a domino* (36, §. 3.).

---

§. 161. *Vet. Coll.* §. 34. *Rog.* §. 4. *Infra* §. 384.
§. 162. *Cod. Chis.* §. 72.
§. 163. *Infra* §. 383.
§. 164. *Infra* §. 385.

l) Cod. Stuttg.: *W.* (Wilhelmus de Cabriano).

m) §. 386. sic: *licuisset possidere, alias et antequam facilitatem et non quoad facilitatem* (Codd. Par., Bamb.: *facultatem*) *vel quo minus — ult. Alp.* (*Albericus?*) *et Iob. Idem Azo.*

n) Videntur §phi 163 — 166. incuria librariorum Dissensionibus de Codice interpositae esse, quum ad quaestiones de locis Digestorum pertineant, ubi praeterea iterum exhibentur. Cf. 383, 385, 388, 387. Qua de caussa hoc loco eas omisimus.

§. 165.

D. Eodem (5, 3.) *L. Heres furiosi* (51, §. 1.).

§. 166.

D. Eodem Titulo (5, 3.) *L. Utiles* (39.).

§. 167.

C. de Rei vindicatione (3, 32.) *L. Mater* (3.).

§. 168.

Eodem Titulo et Eadem Lege (C. 3, 32, 3.).

§. 169.

Eodem Titulo (C. 3, 32.) *L. Ordinarii* (13.).

An prius de possessione agendum aut cognoscendum sit, quam de proprietate, et an possessorium cum petitorio iudicio cumulari possit?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 32.) *L. Ordinarii* (13.), ubi dicitur, quod prius debet iudicari de possessione et postea de proprietate. Quaeritur enim, numquid simul possit proponi quaestio possessionis et quaestio proprietatis, et si talis libellus recipiendus sit, et an simul de utroque cognosci possit. Et fuerunt *Quidam*, qui dixerunt, qualiter possessionis caussa moveretur, scilicet an ageretur possessorio iudicio, an ageretur interdicto recuperandae possessionis vel adipiscendae possessionis, ut puta, interdicto Quorum bonorum, Quod lega-

---

§. 165. *Infra* §. 388.
§. 166. *Infra* §. 387. et §. 315.
§. 167. *Vet. Coll.* §. 6. *Rog.* §. 55.
§. 168. *Cod. Chis.* §. 74. *Infra* §. 171.
§. 169. *Supra* §. 92. *Cod. Chis.* §. 76. *Azo* in Lect. ad L. 13. C. de Rei vind. l. c. p. 223.; ad L. 3. C. Fin. reg. l. c. p. 247.; ad L. 3. C. de Interdictis l. c. p. 613.; in Summa C. de Interd. l. c. fol. 230 b. Gloss. v. *Iudice* L. 13. C. de Rei vind. Gloss. v. *Nulli* L. 10. C. de Iudiciis. Gloss. v. *Si de vi* L. 37. D. de Iudiciis. Gloss. v. *Proprietatis* et v. *Quaestionem* L. 3. C. de Interdictis. Gloss. v. *Coepit.* L. 12, §. 1. D. de Adquir. vel om. poss. *Odofredus* in Lect. sup. L. 13. C. de Rei vind. l. c. fol. 182 b. sq. et ad L. 12, §. ult. D. de Adq. poss. l. c. fol. 58 b. *Giphanius*, explan. L. 3. C. de Interd. l. c. p. 272. *Fachineus* l. c. Lib. VIII. c. 6. p. 629. sq. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 222, p. 231. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 154. p. 186. Vol. IV. dec. 136. p. 179. *Io. Sa. Brunquell*, prol. de sectis et controv. iur. §. 23. (in opusc. l. c. p. 327. sq.) *Walch* l. c. p. 773. *Glück* l. c. T. IV. p. 18.

torum vel interdicto Unde vi, ut tunc bene agi possit insimul de proprietate et possessione, quia, qui proponit praedicta interdicta, se possidere negat et ideo possessionem petit; similiter, qui rem vindicat, se possidere negat o), ut ex inferioribus adparebit. Sic ergo, qua ratione prohibetur agere de utraque, quum sibi contraria non dicat? Et ad hoc probandum inducunt, quod dicitur *D. de Vi et vi armata* (43, 16, L.) *Quum fundum* (18.) §. *ult.* Si autem agatur de possessorio interdicto Uti possidetis vel Utrubi, et simul de proprietate agere velit, repellendum eum esse dicebant, et taliter probant: interdicta ista, scilicet Uti possidetis et Utrubi, sunt retinendae possessionis, ut in *Inst. de Interdictis* (4, 15.) §. *Retinendae* (4.). Sequitur, quod ille, qui proponit talia p) interdicta, se possidere dicit, quia retinere vult possessionem, quam habet, ut *D. Uti possidetis* (43, 17.) *L.* 1, *pr.* et *L.* 2. et *penult.* et *ult.* et *D. Utrubi* (43, 31.) *L.* 1., et qui rem vindicat, se possidere negat; et hoc probo, quia rei vindicatio non datur possidenti, ut *D. Uti possidetis* (43, 17.) *L.* 1, §. *Interdictum* (6.) et in *Inst. de Actionibus* (4, 6.) in *pr.* Item aliter, quia possessio parit actionem in rem adversario, ut *C. de Alien. iudic. mut.* in *f.* (2, 55.) *L.* 1. Sic ergo, si possidet, non debet actori dari, sed potius adversario suo. Constat ergo, qui proponit interdictum Uti possidetis vel Utrubi, se possidere dicit. Sic ergo, quum iste rei vindicationem et interdictum proponat, dicit, se possidere et non possidere, sic ergo contraria dicit q), et proponentes contraria sunt repellendi, ut *D. Quando appellandum sit* (49, 4.) *L.* 2, §. *Sed si alius* (1.) et *Infra de Furtis* (C. 6, 2.) *L.* 1., et contrariis ventis flantibus non licet navigare, ut in *Auth. de His, qui ingrediuntur ad appell.* (Nov. 49.) circa *princ. tit.* (pr., §. 2.). Sequitur ergo, istum repellendum esse a tali petitione r) et prius agendam esse caussam possessionis, quam proprietatis. Sed contra istud ultimum membrum est id, quod dicitur *D. de Adquir. poss.* (41, 2, L.) *Naturaliter* (12.) §. *Nihil* (1.) s), ubi dicitur, quod non denegetur ei interdictum Uti possidetis,

---

o) vv. *et ideo — negat* desunt in Cod. Cantabr.

p) vv. *interdicta ista — talia* desunt in Cod. Cantabr.

q) Cod. Cantabr.: *dicit se possidere. Sic agitur dicit* et desunt vv. *et non possidere* et *ergo contraria.*

r) In Cod. Cantabr. et Stuttg. add. vv.: *et prius agendum esse a tali petitione.*

qui coepit rem vindicare. Sed illa potest intelligi, ut scripsit ibi dominus *M.* (*Martinus*), scilicet quando coepit rem vindicare, sed tamen contrariam reportavit sententiam, vel secundum *Azo.* (*Azonem*) renuntiavit primae petitioni, scilicet de proprietate. Unde dominus *Ot.* (*Otto Papiensis*) et *Azo* dicunt, sive agatur interdicto Unde vi, sive Quorum bonorum, vel Quod legatorum, vel Uti possidetis, vel Utrubi, semper prius debet agi caussa possessionis, quam proprietatis, et non simul, et *Leges* fere expressas ad hoc inducunt, ut *D. de Iudiciis* (5, 1, L.) *Si de vi* (37.); nam ibi de vi quaerebatur et de restituenda possessione, ut *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L. Nulli* (10.) et *C. de Rei vind.* (3, 32, L.) *Ordinarii* (13.), et *C. Fin. regund.* (3, 39, L.) *Si quis* (3.) et *de Interdictis* (C. 8, 1.) *L. Incerti* (3.) et *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Exitus* (35.) et *D. de Leg. II.* (L.) *Quum filius* (76.) §. *Variis* (8.) et *C. Quorum bonorum* (8, 2.) *L. ult.* s) et *C. de Edicto D. Hadriani toll.* (6, 33.) *L. Quamvis* (2.), quae duae *Leges* tractant de adipiscenda possessione et dicunt, non obstare *D. de Vi et vi arm.* (43, 16, L.) *Quum fundum* (18.) §. *ult.*, ubi dicitur, „quod pendente iudicio rei vindicationis poterit interdictum proponere, qui rem vindicavit etc.“ Nam quod ibi dicitur, scilicet quod proponit interdictum, intelligit dominus *Azo*, quando renuntiavit rei vindicationi ille, qui vindicavit. Nec dicat aliquis, qualiter ergo pendet iudicium? Respondeo: adhuc pendet, quia adhuc ferenda est sententia in caussa, licet renuntiatum sit, ut *C. Quomodo et quando iudex* (7, 43.) *Auth. Qui semel* (L. 8.). Item nec obstat, quod dicitur *D. Quod legatorum* (43, 3.) *L.* 1, §. *Quia autem* (4.), quia illud fit odio possessoris, qui non vult certiorare petitorem, vel speciale est in petitione hereditatis, in qua quis cogitur dicere titulum, ut *C. de Petit. hered.* (3, 31, L.) *Cogi* (11.); vel dic, quod illa, scilicet proponere petitionem hereditatis et Quorum legatorum vel alia, non sunt contraria. Item alia optima ratione probatur, quod non debeat insimul agi, quia nihil commune habet proprietas cum possessione, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.)

---

s) Cf. *v. Savigny*, das Recht des Besitzes p. 380.

t) Cf. *v. Savigny* üb. d. Interd. Quor. bon. (Zeitschrift für gesch. Rechtsw. T. V. p. 5. et T. VI. p. 229. sqq.) *Thibaut* üb. d. Interd. Quor. bon. (Archiv f. die civ. Pr. T. X. p. 458, 470.) *Löhr* üb. d. Interd. Quor. bon. (l. c. T. XII. p. 104.). *Francke* l. c. p. 98.

L. *Naturaliter* (12.) §. 1., ergo nec libelli datio vel caussae examinatio. Item pro eis est, quod dicit *M.* (*Martinus*), *C. de Appellat.* (7, 62.) *L.* 1. Novissimorum tamen sententia verior est. Fuerunt et *Quidam Alii*, inter quos fuit dominus Papa *Coelestinus*[tt]), sicut in quadam *Decretali Nova* continetur, qui dixerunt indistincte, posse terminari caussam possessionis cum caussa proprietatis, non distincta possessione, et pro eis possit induci *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Naturaliter* (12.) §. 1. et *D. de Vi et vi arm.* (43, 16, L.) *Quum fundum* (18.) §. *ult.* Sed tamen dixerunt, prius [u]) de possessione iudicandum esse, ut in fine, scilicet quando debet iudicari de proprietate, dispiciatur, quis debeat commodo possessionis uti, et hoc etiam omnes *Leges* sancire videntur, et hoc est, quod dicitur etiam in *Lege* ista *Ordinarii* (C. 3, 32, 13.), scilicet ut prius de possessione iudicetur. Idem in *Lege* illa *C. de Interdictis* (8, 1.) *Incerti* (3.), ibi scilicet: „*decidi oportere etc.*" Item in *Lege* illa *Exitus* (D. 41, 2, 35.), ibi scilicet: „*prius pronuntiat. etc.*" Item in *C. de Appellat.* (7, 62.) *L.* 1., ibi scilicet: „*de possessione pronuntiare*", per quae omnia, quia in omnibus istis praedictis dicitur, prius esse pronuntiandum de possessione, dixerunt, prius esse pronuntiandum de possessione [v]). Sed de utraque dixerunt bene cognosci posse. Cuiusmodi enim iniquitas versatur hic, si ita dicat: Domine, dico, me possidere et potest esse, quod probare potero et potest esse, quod non volo similiter dicere, proprietatem meam esse et probare volo de utraque caussa, quum etiam ad iudicis officium pertineat, lites diminuere, ut *D. Si certum petatur* (12, 1.) *L. Quidam* (21.). Sed contra praedictum dominum Papam facere videtur aperte, quia in omni praedicta *Lege* videtur dici, quod demum post latam sententiam in possessione debeat tractari caussa proprietatis. Sed respondi posset, quod debeat tractari, scilicet cum effectu, quia ante sententia ferri non poterat, modo feretur vel tractabitur, quia, si ille, qui victus est de possessione, probavit ante de proprietate, modo probabit, id est, post sententiam latam de possessione, et hoc est, quod dicitur in *Lege* illa (C. 8, 1, 3.).

---

tt) Sc. in Coll. II. Lib. 2. Tit. 6, c. un. (a. 1195.; Pars capit. *Bonae Memoriae*), ap. Gregorium IX. Lib. 2, Tit. 12, c. 2.

u) Cod. Cantabr. *dixerunt W.* (Wilhelmus de Cabriano) *ait et prius.*

v) vv. *prius esse pronuntiandum de possessione dixerunt* des. in Cod. Par.

Si quaeras, utrum, quando unus libellus de utraque quaestione datur, sufficiat unum sacramentum, respondeo, sic. Item nec obstat domino Papae, quod dicitur *D. de Iudiciis* (5, 1, L.) *Si de vi* (37.) et *C. de Edicto D. Hadriani toll.* (3, 33, L.) *Quamvis* (2.) et *Quorum bonorum* (C. 8, 2.) *L. ult.*, quia ibi plures inter se agebant, unus de possessione et alius de proprietate. Unde primo cognoscitur de possessione et uno misso in possessionem, alteri remanet integra rei vindicatio.

§. 170.

Eodem Titulo (C. 3, 32.) *L. Si fundum* (17.).

§. 171.

Eodem Titulo (C. 3, 32, 6.).

Quibus actionibus uti possit dominus, cuius rem alius suo nomine vendidit?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 32.) supradicta *L. Si ex ea pecunia* (6.). Dicunt *Quidam*, quod si rem meam vendideris tuo nomine et ea usucapta vel consumta sit, datur in subsidium utilis negotiorum gestorum actio mihi, et hoc etiam in *D. Si certum petatur* (12, 1.) *L. Si eum* (23.). Sed pecuniam, quam ex re mea accepisti, avocabo, quasi in gerendo vendendo negotium meum gessisses, et si de pecunia mea fundum emisti, fundum possum a te vindicare, et hoc *M.* (*Martinus*). Sed *Ot.* (*Otto Papiensis*) negat, rationem autem diversitatis parum probe adsignat. *Ego* autem propter eamdem aequitatis rationem in utroque casu idem respondeo. Sed si ratum facio negotium, licet in subsidium, per talem ratihabitionem meum fit. Ita, quod ex eo negotio provenit, consequi debeo, maxime quum idem in utili veniat, quod in directa, ut *D. de Negot. gest.* (3, 5.) *L. Actio* (47.).

De pecunia aliena, quam quis suo nomine fenori dat.

Item dicitur *x*), si pecuniam meam tuo fenori das secundo, ut ea consumta actionem cedere cogaris, ut *C. Si certum pet.*

---

§. 170. *Cod. Chis.* §. 21.

§. 171. *Vet. Coll.* §. 6. *Rog.* §. 55. *Cod. Chis.* §. 74. *Hug.* §. 167. 168. *Azo* in Summa C. de Rei vind. l. c. fol. 62ᵃ. Gloss. v. *Iniuriosum est* L. 6. C. de Rei vind. Gloss. v. *Condicere* L. 23. D. Si certum pet. *Brunnemann* ad L. 8. C. de Rei vind. l. c. p. 285.

(4, 2.) *L.* 2. Posset autem in primo casu et ultimo quaestio talis formari: si pecuniam, quâm ex tuae rei venditione redegi, consumsi nec sum inde factus locupletior, num duret vindicatio, si lis contestetur, negotiorum gestorum actione cessante? Forte dici potest, actionem cessare, arg. *D. de Condict. indeb.* (12, 6.) *L. In summa* (65.) §. *Si servum* (8.).

§. 172.

Eadem L. Si fundum (C. 3, 32, 17.).

An malae fidei possessor, qui titulum habet, de percipiendis fructibus teneatur?

Item differunt *Supra ead. L. Si fundum* (C. 3, 32, 17.). Dicit dominus *V.* (*Hugo*), quod malae fidei possessor tenetur de fructibus perceptis tantum, non de percipiendis, si titulum habet, ut *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Si fundum* (17.). Dominus (*A l. Albericus*) et *Y.* (*Irnerius*) contra, et dicunt, sive cum titulo sive sine titulo, tenetur de percipiendis, arg. *D. de His, quae in frau. cred.* (42, 8.) *L. Ait praetor* (10.).

§. 173.

Eodem Titulo (C. 3, 32.) *L. Certum* (22.).

§. 174.

Eodem Titulo (C. 3, 32.) *et Eadem Lege* (22.).

§. 175.

Eodem Titulo (C. 3, 32.) *L. A possidentibus* (21.).

§. 176.

C. de Usufructu (3, 33.) *L. Usufructu constituto* (4.).

Sitne cautio usufructuaria de substantia ususfructus?

Dissentiunt in *C. de Usufructu* (3, 33.) *L. Usufructu con-*

---

§. 172. *Infra* §. 392. *Azo* in Lect. ad L. 22. C. de Rei vind. l. c. p. 227. *Hug.* Dist. LXII. *Odofredus* in Lect. sup. L. 22. C. eod. l. c. fol. 185. *Glück* l. c. T. VIII. p. 296. n. 49.

§. 173. *Infra* §. 392, ubi haec §. iterum exhibetur, sed addito augmento. Cf. etiam *Supra* §. 160. et *Cod. Chis.* §. 139.

§. 174. *Cod. Chis.* §. 168. *Infra* §. 417.

§. 175. *Cod. Chis.* §. 78. et *Infra* §. 468, ubi ad verbum haec quaestio repetitur.

§. 176. *Placentinus* in Summa Inst. de Usufr. *Azo* in Summa

x) Cf. *Infra* §. 195. *Cod. Chis.* §. 127.

stituto (4.), ubi dicitur, „*quod satisdatio boni viri arbitrio praestetur.*“ Sed quaeritur, utrum satisdatio sit de substantia ususfructus, an etiam ususfructus possit esse sine satisdatione. Et dicunt *Quidam y*), quod ex ipsa substantia ususfructus est, unde etiam remitti non potest, nisi *z*) a defuncto, ut *Infra Ut in possess. legat.* (C. 6, 54, L.) *Scire* (7.), nec ab herede, quia eodem iure uti debet, quemadmodum et defunctus, ut arg. *D. de Iureiur.* (12, 2.) *L.* (In) duobus (28.) *pr.* et *D. de Locat. et conduct.* (19, 2.) *L. Insulam uno* (58.), arg. *D. de Pignor.* (20, 1, L.) *Si ab eo* (18.), et una videtur esse persona testatoris cum herede, ut in *Auth. de Iureiur. a mor. praest.* (Nov. 48.) in *pr.* Item si fructus percepit, antequam praestaret cautionem, tenetur eos restituere, ut arg. *D. de Usufr. leg.* (33, 2.) *L. Uxori* (27.). *Ego* contra, et dominus *Azo* similiter, quod dic, ut notavit ipse *Azo D. eod. Tit.* (7, 1.) *L.* 1. et *C. eod. Tit.* (3, 33.) *L.* 1. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 177.

Eodem Titulo (C. 3, 33.) *et in Eadem Lege Si pater* (5.).

§. 178.

Eodem Titulo (C. 3, 33.) *L. Corruptionem* (16.).

§. 179.

C. de Servitutibus et aqua (3, 34.) *L. Si aquam* (2.).

Tit. C. de Usufr. fol. 62 b. et in Lect. ad L. 1. et 4. C. eod. l. c. p. 228. *Roffredus*, Ord. iud. Part. IV. Rubr. de Act. ex stip. l. c. p. 333. Gloss. v. *Utendi* L. 1. D. de Usufructu. Gloss. v. *Cautione* L. 1. C. eod. Gloss. v. *Hanc cautionem* L. 9, §. 2. D. Usufruct. quemadm. cav. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. C. de Usufr. l. c. p. 186 b. et sup. L. 1. D. eod. l. c. fol. 248 b. *Fachineus* l. c. Lib. VIII. c. 42 et 43. p. 665. sq. *Gonzalez Tellez* l. c. T. III. p. 356. sq. n. 8. 9. *Christinaeus* l. c. Vol. II. dec. 175. n. 8. sqq. p. 224. *Walch* l. c. p. 155. et 165. (ed. IV. p. 203. et 214.). *Glück* l. c. T. IX. p. 475. sqq.

§. 177. *Cod. Chis.* §. 80.

§. 178. *Cod. Chis.* §. 79.

§. 179. *Vet. Coll.* §. 84. *Rog.* §. 87. et *Infra* §. 393. ubi haec quaestio iisdem verbis repetitur.

y) ut *Placentinus* in glossa v. *Utendi* et apud Odofredum.

z) Leg. *neque*.

§. 180.

Eodem Titulo (C. 3, 34.) *L. ult.* §. *ult.*

Sitne servitus altius non tollendi in L. ult. §. 1. C. de Servit.

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 3, 34.) *L. ult.* §. *ult.* Dicunt *Quidam* [a]), speciale esse in area, sicut et alias *D. de Aqua pluv. arc.* (39, 3.) *L.* 1, §. *De eo opere* (3.) et §. *In summa* (15.), et pro hoc est arg. *D. de Servit. praed. rust.* (8, 3.) *L.* 2. (pr.); sed *Nos* contra, et sic casum ponimus: Quidam promisit mihi servitutem talem, scilicet quod altius non deberet aedificare, ne vento areae officeret, et quaerebatur, an talis servitus valeret. Caussa dubitationis erat, quia non videbatur servitus, quia omnes servitutes aut sunt personarum aut rerum, ut *D. Quemadm. serv. amitt.* (8, 6.) *L.* 3.; personarum, ut ususfructus; rerum, ut servitutes urbanorum praediorum sive rusticorum, ut *D. de Servit. praed. rust.* (8, 3.) *L.* 1. Sed ista servitus personalis non est, quia non est ususfructus, nam ususfructus est ius re aliena utendi fruendi salva substantia, et est ius in corpore, quo sublato etc., ut in *Inst. de Usufr.* (2, 4.) in *pr.*; sed hoc ius non est ius utendi, ergo non est servitus. Item ius illud, scilicet ususfructus non tollitur, nisi corpore sublato, imo durat, donec res durat, ut *D. Quemadm. serv. amitt.* (8, 6.) *L.* 3. Item non debetur personae, imo rei, et ususfructus debetur personae [b]), ergo non est ususfructus, ut *D. de Servitut.* (8, 1.) *L.* 1. et *L. Ut pomum* (8.), sed talis servitus semper debetur, nisi sit amissa, ut *Supra eod.* (C. 3, 34) *L.* 2. et *L. Si quid* (5.) et *L. sequenti* (6.) et *L. Si manifeste* (7.) et *L. Si in aedibus* (9.) et *D. Si servit. vind.* (8, 5.) *L.* 1. et 2. et *L. Loci* (4.) et *D. de Servit. praed. urb.* (8, 2, L.) *Qui luminibus* (11.). Item vides, quod fundus cum sua caussa transit, ut *D. de Servitut. praed. rust.* (8, 3.) *L. Via* (23.) §. *Si lacus* (1.) et §. *Quaecumque* (3.) et *D. Communia praediorum* (8, 4, L.) *Refectionis* (11.) §. *ult.* et *D. Quemadmodum serv. amitt.* (8, 6.) *L.* 3. et

---

§. 180. Quaestio praeter modum verbosa. *Azo* in Lect. ad L. ult. C. de Servit. l. c. p. 234. Gloss. v. *Faciat* L. ult. §. ult. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. eod. l. c. fol. 191 [a]. *Brunnemann* ad L. ult. §. ult. C. eod. p. 304. *Glück* l. c. T. X. p. 83.

a) ut *Martinus* ap. Azonem. Gloss. commemorat *Azonem*.

b) vv. *Imo rei — personae* desunt in Cod. Cantabr.

D. de Fideicommiss. libert. (40, 5.) *L. Generaliter* (24.) §. *ult.* et §. *Quotiens* (21.). Item videbatur, quod non esset servitus rusticorum praediorum, quia omnes servitutes rusticorum praediorum haec sunt: iter, actus, via, aquaeductus, aquaehaustus, pecoris ad aquam adpulsus, ius pascendi, calcis coquendae, arenae fodiendae, ut in *Inst. de Servit.* (2, 3.) in *pr.* §. *Inter rusticorum* (2.) et *D. de Servit. praed. rust.* (8, 3.) *L.* 1. et 2. et 3. Ergo, quum ista non sit de istis servitus, non est servitus rustica. Item videtur, quod non sit servitus urbanorum praediorum, quia servitutes urbanorum praediorum ideo dicuntur, quia aedificiis inhaerent, ut in *Inst. de Servit.* (2, 3.) §. *Praediorum urbanorum* (1.), sed quum ista aedificio non inhaereat, non est servitus urbanorum praediorum. Item et alio modo probatur, quia talis servitus, ne altius tolleretur, ideo conceditur, ne luminibus officiatur, ut in *Inst. de Servit.* (2, 3.) §. *Item urbanorum* (1.) in *f.* Item, quod talis servitus non valeat, quia, quotiens nec hominum nec praediorum sunt[bb]), non valent, ut *D. de Servit.* (8, 1.) *L. Quotiens* (15.), et haec nec hominum nec praediorum [c]) est, ut dictum est. Item etiam alio modo probatur, quia talis servitus, ne altius tollatur, non valet, nisi ille, cui conceditur, domum habeat, ut luminibus possit nocere [d]), ut *D. de Servit. urb. praed.* (8, 2.) *L. Si aedes* (32.) et *L. Cum eo* (9.) et *L. Si servitus* (23.) et *L. Nemo* (39.) et *Supra eod.* (C. 3, 34.) *L. Altius* (8.). Sed gratia fructuum in contrarium respondetur, ergo taceat sententia illorum, qui dixerunt, quod speciale esset in area, quia etiam non constituta servitus vel non adquisita tempore debeatur; nam bene scis, quod nullus potest me prohibere, quo minus altius aedificem, ut *D. de Servit. urb. praed.* (8, 2.) *L.* 1, §. *ult.* [e]), nec obstat *D. de Servit. praed. rust.* (8, 3.) *L.* 2, §. *ult.* Videtur etiam, quod remitti possit servitus, etiamsi non esset adquisita. Sed dic, quod ibi iam constituta erat, ut *D. de Servit. praed. urb.* (8, 3.) *L.* 2. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*).

---

bb) Leg. *Item alio modo probatur — quotiens servitutes nec etc.*

c) vv. *Sunt — nec praediorum* desunt in Cod. Cantabr.

d) Cod. Cantabr.: *luminibus noceat vel possit nocere.*

e) Cod. Par.: *L.* 2, §. *ult.* et desunt vv. *nec obstat etc.*

§. 181.

C. ad L. Aquiliam [ee] (3, 35.) *L. Ex morte* (3.).

An in iudicio civili absolutus denuo criminaliter conveniri possit?

Dissentiunt in *C. ad L. Aquiliam* (3, 35, L.) *Ex morte* (3.), ubi dicitur, quod ex morte ancillae competit actio Legis Aquiliae et criminalis accusatio. Quid autem, si conventus civiliter fuerit absolutus? Respondet *Pla.* (*Placentinus*), eam [f] non posse criminaliter conveniri, arg. *Infra Ne tutor vel cur. vect. cond.* (C. 5, 41.) *L. Nec* [g]. Sed *Ego* contra, quia tantum debet facere absolutio, quantum condemnatio et solutio [h], ut arg. *D. de* (Except.) re(i) iud. (44, 2, L.) *Si quis quum totum* (7.) §. *Plane* (3. i. f.), licet argumentum contra sumi potest *D. de Libero hom.* (43, 29.) *L.* 2, §. (pen)*ult.* Sed illud est propter praesentem detentationem hominis, sicut dicitur ibi, quia sicut [i] solutione facta non obstat exceptio, ut *Infra Quando civilis actio* (C. 9, 31.), ita nec absolutio ista, et ibi loquitur in quibusdam criminibus, quae omnino tolluntur, scilicet si, antequam reus de crimine conveniatur, satisfaciat, ut est in dictis casibus et *D. ad Iuliam de adult.* (48, 5.) *L. Si adulterium* (38.) §. *Iidem imperatores* (5.) et §. *Iidem Pollioni* (6.) et *D. de Re milit.* (49, 16.) *L. Milites* (13.). Item si damnetur in civili ex delicto, non ideo poterit in criminali [k], ut in praedictis etiam rationibus colligi potest [kk].

§. 182.

C. de Noxal. action. (3, 41.) *L.* 2.

§. 183.

C. Eodem Titulo et Eadem Lege in f. (C. 3, 41, 2.).

---

§. 181. *Placentinus* in Summa Tit. Inst. de L. Aquilia. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 234. sq. Gloss. v. *Criminalem* L. 3. C. ad L. Aquiliam, quae cum hac quaestione ad verbum fere convenit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. de L. Aquilia l. c. fol. 191 [a]. sq. *Brunnemann* ad L. 3. C. cit. l. c. p. 305.
§. 182. *Cod. Chis.* §. 88.
§. 183. *Cod. Chis.* §. 89.

ee) Edd.: *de Lege Aquilia.*

f) Leg. *eum.*

g) Leg. *L.* 1. Cf. gloss. *Criminaliter cit.*

h) Cod. Cantabr.: *absolutio, quantum eius rei condemnatio, et secuta eius est postea condemnatio est executio sive solutio.*

i) Cod. Par.: *quum dicitur ibi, quia cum.*

k) Gloss. melius sic: *Item — delicto privato, nihilominus potest condemnari et in criminali etc.*

kk) *Ioannis* opinionem profert Azo l. c.

§. 184.

C. Ad exhibendum (3, 42, L.) *Non ignorat* (4.).

§. 185.

C. Eodem Titulo (3, 42.) *Lege penult.*

§. 186.

C. de Religiosis et sumtibus funerum (3, 44.) *L. Monumentorum* (6.).

§. 187.

C. de Rebus creditis (4, 1.) *L.* 2.

§. 188.

Eodem Titulo (C. 4, 1.) *L. In bonae fidei* (3.).

§. 189.

Eodem Titulo (C. 4, 1.) *et Eadem Lege* (3.).

De iureiurando necessario.

Item differunt in *ead. L.* (C. 4, 1, 3.), ubi dicitur; „*caussa cognita res decidi oportet.*“ *Quidam* dicunt, quod caussae cognitio in eo vertitur, ut, si praecedant indicia, deferatur ei sacramentum, cuius fama est lucidior *l*), et dicunt *Quidam*, ut *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo*, indicium unius testis sufficere, ut *D. de In litem iur.* (12, 3.) *L. Videamus* (4.) §. *Si tamen* (i. f. pr.) et *C. Unde vi* (8, 4.) *L. Si quando* (9.) et *D. Quemadm. testam. aper.* (29, 3.) *L.* 1, §. *ult.* Dominus vero *Iac.* (*Iacobus*) dicit, quod unius testimonium non prodest ad probationem, ut arg. *D. de Quaestionibus* (48, 18, L.) *Maritus*

---

§. 184. *Cod. Chis.* §. 95.
§. 185. *Cod. Chis.* §. 90.
§. 186. *Cod. Chis.* §. 91.
§. 187. *Cod. Chis.* §. 96.
§. 188. *Cod. Chis.* §. 142.
§. 189. *Pillius* de Ord. iud. Part. IV. cap. de Probat. *Vacarius* ed. Wenck. Lib. IV. c. 2. n. 126. p. 227. *Azo* in Summa Tit. C. de Reb. cred. l. c. fol. 80 b, et in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 254. *Hug.* Dist. LXXVII. Gloss. v. *Decidi oportet* L. 3. C. de Reb. cred. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. C. de Reb. cred. fol. 202 a. sq. *Brunnemann* ad L. 3. C. de Reb. cred. l. c. p. 340. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 16. p. 17. c. 18. p. 19. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 322. sq. *Glück* l. c. T. XII. p. 373. sqq.

l) Cod. Cantabr.: *est vitiorum et.*

(20.). Sed ipsi respondent, quod ibi imperator non ideo prohibuit quaestionem de ancilla, quia alia non praecesserint indicia, sed ideo, quia in caput domini torqueri non debuit, ut *Infra de Quaestionibus* (C. 9, 41.) *L.* 1.; et similiter testimonium filii vel servi est suspectum, et quod ad praesumtionem prosit unius testimonium, inducunt *D. Quemadmodum test. aper.* (29, 3.) *L.* 1. in *f.* Item si duo faciunt plenam *ll*), ergo unus debet facere semiplenam. *Alii* dicunt, quod defertur ei demum, qui novit veritatem, ut *D. eod.* (12, 2.) *L. Iusiurandum* (17.) §. 1. *m*); sed si uterque novit, defertur meliori secundum *Azonem*. *Alii* dicunt, quod defertur reo, ut *D. eod.* (12, 2.) *L. Admonendi* (31.). Sed de hoc plenius notavi in *custodia quarti libri mm*). *A.* (*Albericus*).

§. 190.

Eodem Titulo (C. 4, 1.) *L. Quum proponas* (6.).

De iureiurando in caussa libertatis.

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 1, L.) *Quum proponas* (6.). Dicit *P.* (*Placentinus*), quod si ille, qui petebatur in servitutem, quum liber esset, detulit iusiurandum adversario, qui iuravit, servum suum esse, quod ille non poterit postea proclamare in libertatem, arg. *Supra de Transact.* (2, 4.) *L. ult.*, nam iuramentum suum speciem obtinet transactionis; sed in huiusmodi quaestione transactio admittitur, admittenda ergo est sacramenti declaratio, et hoc secundum *Pla.* (*Placentinum*). *Quidam* contra.

§. 191.

Eodem Titulo et Eadem Lege (C. 4, 1, 6.).

§. 192.

C. Eodem Titulo (4, 1.) *L. Generaliter* (12.).

§. 191. *Cod. Chis.* §. 123.
§. 192. *Cod. Chis.* §. 125.

ll) Add.: *probationem.*
m) An *L.* 34, *pr. D. de Iurei.?*
mm) Quid haec? Sensum horum verborum non percipimus. Fortasse huc spectant, quae ap. *Pillium* l. c. leguntur: „*Quae vertatur* (l. *vertantur*) *in caussae cognitione, iudex studiosus diligenter considerabit et ea satis omnia compilata poterit invenire in Distinctione domini Alberti* (sic!), *quae incipit: In contractibus etc.*" Cf. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 145, not. 155.

§. 193.

Eodem Titulo (C. 4, 1, 12.) §. *Sin autem* (2.).

§. 194.

Eodem Titulo (C. 4, 1.) *L. ult.*

De repetitione legati et hereditatis.

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 1.) *L. ult.*, ubi dicitur: quodsi legatarius iuraverit, sibi legatum deberi, testamento adparente, ut si adpareat postea testamentum et videatur, quod nihil ei debeatur, quod potest repetere n) legatum, vel si debeatur, potest repetere quartam, si contingat Falcidiam deberi. Quaeritur, si idem sit in hereditate? *P.* (*Placentinus*) dicit, idem esse in hereditate, et in hoc conveniunt legatum et hereditas, licet in eo differant, quod legatum nutu relinquitur, ut *Infra de Fideicommissis* (C. 6, 42.) *L. Et in epistola* (22.), nequaquam hereditas o). Secundum *P.* (*Placentinum*). *Quidam* tamen contra.

§. 195.

C. Si certum petatur (4, 2.) *L. Si absentis* (4.).

§. 196.

C. de Suffragio (4, 3.) *L.* 1.).

§. 197.

Eadem Lege (C. 4, 3, 1.).

§. 198.

Eadem Lege (C. 4, 3, 1.).

§. 199.

C. de Condictione ob caussam (4, 6.) *L. Dictam* (8.).

---

§. 193. *Cod. Chis.* §. 143.
§. 194. *Azo* in Lect. ult. C. de Reb. cred. l. c. p. 258. *Brunnemann* ad L. ult. C. eod. l. c. p. 346. *Glück* l. c. T. XII. p. 249. sqq.
§. 195. *Cod. Chis.* §. 127.
§. 196. *Cod Chis.* §. 130. *Supra* §. 22, 23.
§. 197. *Cod. Chis.* §. 131. *Supra* §. 110.
§. 198. *Cod. Chis.* §. 132.
§. 199. *Cod. Chis.* §. 134.

n) Leg. *testamento forte non adparente et si — potest heres repetere.* Vid. *L. ult. cit.*

o) In Cod. Cantabr. add.: *C. de Testam.* (6, 23.) *L. Iubemus* (29.)

§. 200.

C. de Condictione ob turpem caussam (4, 7.) *L.* 1.

An ei, qui ob turpem caussam pecuniam sibi numeratam esse caverit, exceptio non numeratae pecuniae post biennium competat?

Dissentiunt in *C. de Condict. ob turp. causs.* (4, 7.) *L.* 1. Dicit *M.* (*Martinus*), quod si cavi, me accepisse pecuniam ob turpem caussam, quod perpetuo possum opponere exceptionem non numeratae pecuniae, ut *D. de Condict. ob. turp.* p) *causs.* (12, 5.) *L.* 1. et in *Lege* ista et arg. q) *Infra ad* (Sc.) *Macedonianum* (C. 4, 28.) *L. Si filiusf.* (3.) r). *B.* (*Bulgarus*) dicit, quod intra biennium tantum vel post, si tamen intra hoc tempus iuri in testando paritum s) sit. Licet enim ex turpi caussa chirographum sit omissum, quia tamen tu ipse te debere scripseris, biennio transacto non audieris, ut *Supra de Postulando* (C. 2, 6.) *L.* 3., quoniam, sicut turpitudo in stipulatione per spontaneam solutionem videtur sublata, ut *D. eod.* (12, 5.) *L. Si ob* (8.), sic in chirographo tua taciturnitate et biennii transcursione iam non videtur temporis caussa superesse, quum iam cum effectu tenearis, et sic quasi sponte, non etiam ex turpi caussa debere videaris, et haec dicebat *B.* (*Bulgarus*) per *Leges* praeadlegatas, scilicet *Si sub specie* (C. 2, 6, 3.) et per *L. Si int.* t) *Alii*, ut *M.* (*Martinus*), cui et dominus *Azo* consentit, dicunt, quod perpetuo audieris, volens probare, ex turpi caussa iam dictam cautionem omissam, nec obstat tibi, si intra biennium iuri in testando u) non parueris, quoniam, quum ab initio turpis fuisset promissio, ex biennii transcursione confirmari non potuit, maxime quum praecedentis turpitudinis caussam vel pactionem considerare debemus, ut arg. praedictae *Legis Si filius* (C. 4, 28, 3.). Verumtamen valde videtur obstare his *Lex* praedicta *de Postulando* (C. 2, 6, 3.), nisi dicas, ut dominus *Azo*, quod *Lex*

---

§. 200. *Vet. Coll.* §. 13. *Rog.* §. 62.

p) vv. *Quod perpetuo — ob turp.* desunt in Cod. Stuttg.

q) Cod. Par. add.: *contra.*

r) Gloss. v. *Probandum. L. Si filiusf. aliquid* (3.).

s) Cod. Cantabr.: *piritum.* Cod. Stuttg.: *paratum.* Leg. *iuri contestando paritum sit.* Cf. *L. ult. C. de Cond. sine caussa.*

t) Ita Cod. Cantabr. et Stuttg.; Cod. Par.: *Si pat.*; Cod Bamb.: *Si ***.* Leg. *L. Si intra* (8.) *C. de Non num. pec.* (4, 30.).

u) Leg. *contestando.*

illa, licet dicat „*ultra biennium etc.*“, non tamen negat, quin et postea illa de caussa se defendere possit, ut *C. de Non numer. pec.* (4, 30, 8.) et *C. de Postulando* (2, 6, L.) *Si sub* (3.).

§. 201.

Eodem Titulo (4, 7.) *L.* 2.

Pignus datum ob turpem caussam an possit vindicari vel repeti actione pignoraticia? uu)

Item differunt in *eod. Tit.* (4, 7.) *L.* 2., ubi dicit: „quod si aliquid ob turpem caussam dedisti, repetere non potes.“ Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit, quod si dedi pignus alicui mulieri, ut voluntatem meam faceret, vel alicui viro, ut hominem interficeret vel aliquid turpe faceret, quod rem datam petere possum rei vindicatione, et hoc tali ratione: Iste convenitur non tamquam ipse, sed tamquam quilibet possessor, ut *D. ad Exhibendum* (10, 14, L.) *De eo* (12.) §. *Heres* (6.) et §. *ult.* et *D. Si quadrupes paup. fec.* (9, 1.) *L.* 1. in *f.* Item alio modo probatur: quod in ista *Lege* loquitur *uuu*), quum ei penitus satisfactum est et praestita est res illa, nec videtur satisfactum praestito pignore, ut *D. de Pignor. act.* (13, 7.) *L. Si rem alienam* (9, §. 3.) et *Legibus sequentibus* et *D. Quib. mod. pign. vel hypoth.* (20, 6.) *L. Solvitur* (5.) et *L. Item* (6.) et *Legibus praecedentibus.* Sed etiam expressim videtur dicere de solutione, et solutum non videtur pignore dato, ut *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Creditor* (28.). Nam si solutum esset, tolleretur obligatio, ut in *Inst. Quib. mod. toll. obl.* (3, 29.) in *pr.* Sed omnes *Alii Doctores v*) dixerunt, quod non habet vindicationem pignoris, nisi solveret vel alio modo satisfaceret, ut *D. de Pignor. act.* (13, 7.) *L. Si rem alienam* (9.) §. *Omnes* (3.), et respondent ita ad *Leges* illas: verum est, quod si ita intervenit, quod ista mulier tenetur, tamquam intervenerit, sicut et alias vides *vv*), ut *Supra de*

---

§. 201. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Cond. ob turp. cau. l. c. p. 269. Gloss. v. *Melior* L. 2. C. de Cond. ob turp. caus. *Brunnemann* ad L. 2. C. h. t. p. 362. *Christinaeus* l. c. Vol. III. dec. 11. l. c. p. 284. *Glück* l. c. T. XIII. p. 52. sq. 54. sq.

uu) Ita gloss. v. *Melior cit.*

uuu) Leg. *quod ista Lex loquitur.*

v) Ut *Al.* (Albericus) et *M.* (Martinus) in gloss. cit. De v. *Doctores.* v. *Savigny* l. c. T. III, p. 186. sq.

vv) Cod. Bamb.: *iudex* et add. *L.* 2. §. 2. *L.* 3. *D. h. t.* (12, 5.) *L.* 1, §. 3. *D. de Calumniat.* (3, 6.) *L.* 1. *C. de Poenae iud., qui male iud.* (7, 49.).

Dolo (C. 2, 21.) *L.* 1., et praeterea respondent, quod potest quis satisfacere etiam sine solutione, si debitor admittat, ut *D. de Pign. act.* (13, 7.) *L. Si rem alienam* (9.) et *Legibus sequentibus* et *D. Quib. mod. pign. vel hypoth.* (20, 6, L.) *Solvitur* (5.) et *L. Item* (6.). Item alia ratione: quia, si diceres, quod tenetur tamquam quilibet possessor, iam sic diceres, quod etiam ab illo, cui donassem, possem repetere, quandocumque vellem, quod malum esset, quia non possum revocare nisi iusta caussa, ut *Infra de Revoc. donat.* (8, 56.) *L. ult. Io.* (*Ioannes Bassianus*).

§. 202.

C. de Condictione ex lege (4, 9, 3.).

§. 203.

Eodem Titulo (C. 4, 9.) *et Eadem Lege* (3.).

§. 204.

C. de Condictione furtiva (4, 8, 1.).

Condictio furtiva utrum ex maleficio an ex variis caussarum figuris descendat?

Dissentiunt in *C. de Condict. furt.* (4, 8, L. 1.), quam dicit *M.* (*Martinus*) et *Iac.* (*Iacobus*) descendere ex maleficio. *V.* (*Hugo*) et *Alii* contra, et dicunt, quod non ex maleficio, sed ex variis figuris caussarum. Quod autem ex maleficio descendat, *Iac.* (*Iacobus*) et *M.* (*Martinus*) inducunt *L. D. de Compensat.* (16, 2.) *L. Si ambo* (10.) §. *Quotiens* (2.), in qua dicitur, quod compensatio admittitur, sive quis teneatur ex maleficio sive ex contractu, ut actio furti et condictio furtiva; ergo condictio furtiva descendit ex maleficio x). Item actio rerum amotarum descendit ex maleficio, ut *D. Rer. amotar.* (25, 2.) *L. Si mulier* (21.) §. *ult.*; etiam y) non finitur an-

§. 202. *Vet. Coll.* §. 70. *Rog.* §. 49.

§. 203. *Vet. Coll.* §. 20. *Rog.* §. 68. *Infra* §. 387. i. f.

§. 204. *Vet. Coll.* §. 41. *Rog.* §. 12. Quaestio praeter modum fuse scripta, quae *Infra* §. 396, 397. in duas §phos divisa repetitur, Cod. Par. excepto, ubi §. 396, 397. desunt. Vid. not. z. Cf. praeterea §. 378, not. z.

x) Sequentia usque ad v. *hoc* desunt in Cod. Stuttg.

y) Cod. Stuttg. et Bamb.: *et non.*

no; [yy]) sicut condictio furtiva, descendit ex maleficio. Ad hoc *Vgo* (*Hugo*) et *Alii* dicunt, quod actiones, quae nascuntur ex maleficio, non dantur in heredes, nisi post litem contestatam et nisi in quantum ad eos pervenit; sed condictio furtiva datur in heredes, etsi nihil ad eos pervenit; ergo non descendit ex maleficio. Ad hoc *M.* (*Martinus*) respondet[yyy]), quod condictio furtiva ideo datur in heredes, quia est rei persequutoria, ut *D. eod.* (13, 1.) *L. Si pro* (7.) §. *Condictio* (2.); sicut heredes depositarii, si depositarius commisit dolum in re deposita, tenentur, etsi nihil ad eos pervenit ante litem contestatam et manifestum est, quod actio illa descendat ex maleficio. Non quia ex dolo defuncti descendit, sed quia est rei persequutoria, ideo datur in heredes. Item *Vgo* (*Hugo*) et [z]) *Alii* dicunt, quod condictio furtiva datur in peculium, ut *D. de Peculio* (15, 1.) *L. Licet* (3.) §. *Ex* (12.), sed actiones descendentes ex maleficio non solent [zz]) in peculium dari, ut *D. de Deiectis et effusis* (9, 3.) *L.* 1. (§. 7.), ergo condictio furtiva non descendit ex maleficio; ad quod *M.* (*Martinus*) et *Iac.* (*Iacobus*) dicunt, quod quaedam actiones descendentes ex maleficio dantur in peculium, ut est actio rerum amotarum, quae ex maleficio descendit, ut *D. de Peculio* (15, 1.) *L. Licet* (3.) §. *Ex* [a]) (12.), et ideo item *Vgo* (*Hugo*) et *Alii* dicunt: si plures [aa]) actione ex maleficio tenentur, uno solvente ceteri non liberantur; sed si plures tenentur condictione furtiva, uno solvente ceteri liberantur, ut *C. eod.* (4, 8.) *L.* 1.; ergo condictio furtiva non descendit ex maleficio. Dominus *M.* (*Martinus*) et *Iac.* (*Iacobus*) contra, quod [b]) quandoque plures tenentur actione descendente ex maleficio [bb]) et tamen uno solvente ceteri liberantur, ut *D. de Eo, per quem factum est* (2, 10.), *L.* 1, §. *Si plures* (4.). Dicitur ibi: „quod

---

yy) Add. *ergo*.

yyy) §. 396.: *Dissentiunt — V.* (Cod. Cantabr.: *Y.* (Irnerius) *vero et Iob.* (Ioannes Bassianus) *et Azo et P.* (Placentinus) *et Alii — caussarum* (in Cod. Bamb. des. vv. *V. — ex maleficio*). *Et quod descendit ex maleficio Iac. et M. dicunt arg. D. — maleficio. Item Y.* (Irnerius) *et Alii d., quod actio, quae descendit ex maleficio n. datur in — M. et I* (Iacobus) *respondent*.

z) In vv. *Item* (*Vgo*) *et* incipit §. 397.

zz) Cod. Bamb.: *non solum*.

a) vv. *ut est* — §. *Ex* desunt in Cod. Stuttg.

aa) §. 397.: *Item* (om. *Hugo*) *et Y. et Alii* (om. v. *dicunt*). *Si plures*.

b) Leg. *contra et dicunt, quod*.

bb) vv. *Dominus M. — maleficio* desunt in Cod. Stuttg.; §. 397.: *Dominus Azo, Al.* (Albericus) *et Jac.* (*Jacobus*), *et non Azo, contra dicit, q. pl. t. q. in solidum actione*.

si plures fecerint, quo minus quis sistat in iudicio, omnes tenentur, tamen uno solvente ceteri liberantur" c). Dic ergo, quod si procurator meus indebitum solvit meo nomine scienti indebitum, condictio furtiva ipsi datur et mihi datur, si ratum habui, quia per ratihabitionem retro pecunia mea fuisse creditur, ut *D. de Condict. furt.* (13, 1.) *L. Quoniam* d) (18.). *V.* e) (*Hugo*) respondet contra, et dicit, condictionem indebiti mihi dari, quia ex uno furto duae condictiones non reperiuntur oriri. Item *Vgo* (*Hugo*) dicit, si servus committat maleficium in servitute, eo manumisso non tenetur condictione furtiva, nisi postea contrectet; ergo condictio furtiva non descendit ex maleficio; noxa enim caput sequitur. Ad haec ita *B.* (*Bulgarus*) respondet, quod in condictione furtiva duo sunt necessaria, scilicet contrectatio et possessio; sed servus in servitute nihil potest possidere, et ideo non tenetur post manumissionem, nisi postea contrectet; sed si postea contrectet, tenetur, ergo ipsa contrectatio ex maleficio est. Praeterea dicit, non esse mirandum, si per omnia non servat rubricam f) ex delicto venientium actionum, quum alias inveniatur, si servus minorem circumscripserit, tenetur dominus, sicut pater de peculio, et si ex peculio satisfieri non possit, aut verberabitur, aut noxae detur, ut *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Quod* (24.) §. *Si servus* (3.), et in factum actio, quae nomine mensoris servi datur in dominum, ex negotio gesto originem trahit et noxaliter tamen datur, ut *D. Si mensor fals. mod. dix.* (11, 6.) *L. Si duobus* (3.) §. *ult.*, nam frequens est, aliquid extra rubricam g) inveniri.

§. 205.

Eodem Titulo (C. 4, 8.).

---

§. 205. *Vet. Coll.* §. 21. *Rog.* §. 69. *Infra* §. 398.

c) vv. *ut D. — liberantur* desunt in Cod. Cantabr. et sequentia usque ad v: *oriri* omittuntur in §. 397.

d) Ita Cod. Cantabr., reliqui codices: *quaero*, perperam.

e) Cod. Cantabr.: *V.*; a reliquis Codd. abest *V.*

f) Codices: *rubricam*; Leg. *naturam*. Cf. *Vet. Coll.* §. 41. et *Rog.* §. 12.

g) Cod. Bamb.: *rubricam regulam.* Leg. *regulam.* §. 397.: *Item dicit Y.* (Irnerius) — *committat furtum in — contrectet, ut D. eod.* (13, 1.) *L. Quod ab alio* (15.), *ergo — maleficio* (vv. *noxa e. c. s.* desunt). *Dominus Al.* (Albericus), *M.* (Martinus) *ad haec ita respondent — contrectatio est maleficium. Praeterea — verberabitur servus, aut n. tradetur — in dominum* (desunt vv. *ex negotio — datur*), *ut D. etc.*

§. 206.

C. de Obligationibus et actionibus (4, 10.) *L. Ob aes* (12.).

§. 207.

Eod. Titulo (C. 4, 10.) *L. ult.*

§. 208.

C. Quando fiscus vel privatus (4, 15.) *L.* 2. *et* 3.

Quod si debitores debitoris fisci debitum inficientur, quomodo sit procedendum? h)

Dissentiunt in *C. Quando fiscus vel priv.* (4, 15.) *L.* 2. et 3. super illo verbo: „*si debitum non inficiantur*". Nam si inficiarentur, dicit *Plac.* (*Placentinus*), non esse discedendum a nomine, sed cognoscendum esse, utrum per mandatum i) an vere inficientur. *Alii* contra, et dicunt, non esse discedendum a nomine, sed cognoscendum esse iudicibus de nomine, ut cognoscant ipsi de proprietate, quando controversia est de re, ut *D. de Re iudic.* (42, 1, L.) *A Divo Pio* (15, §. 5.), et hoc *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), et *Azo*, non adtenta illa distinctione *Pla.* (*Placentini*), inficientur per calumniam vel per mendacium, an non, et hoc illa ratione dicebat ipse, quia illud, quomodo posset scire, potius esset divinare, quam verum dicere. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 209.

C. de Probationibus (4, 19, L.) *Quum res* (12.).

De vacua possessione.

Dissentiunt in C. *de Probationibus* (4, 19.) *L. Quum res* (12.) super illo verbo: „*et in vacuam possessionem*", et hoc plene dic, ut notavit dominus *Azo* super *eadem Lege* in *glossula* ii), quae sic incipit: „hic loquitur in rei vindicatione".

---

§. 206. *Cod. Chis.* §. 81.

§. 207. *Cod. Chis.* §. 163. *Infra* §. 423.

§. 208. *Placentinus* in Summa Tit. C. Quando fiscus v. priv. l. c. p. 147. *Azo* in Summa Tit. C. eod. l. c. fol. 91 b. et in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 276. Gloss. v. *Conventi* L. 2. C. eod. Gloss. v. *Si debitum* L. 3. C. eod. *Odofredus* ad L. 3. C. cit. l. c. fol. 219 b. *Brunnemann* ad L. 2. et 3. C. cit. l. c. p. 379.

h) Ita Cod. Cantabr. *malitiam*. Cf. Azo l. c. et gloss.
i) Leg. per *mendacium* aut *per* cit.

§. 210.

Eadem Lege (C. 4, 19, 12.).

An dominium sine vacua possessione adquiratur?

Item differunt in *ead. L.* (C. 4, 19, 12.) et in eodem verbo. Dicunt *Quidam*, quod hoc ideo dicit, quia, si non esset tradita possessio, non posset emtor rem vindicare, ut *Supra de Rei vindic.* (C. 3, 32.) *L. penult.*, sed agit actione ex emto, ut *D. de Act. emt.* (19, 1, L.) *Ex emto* (11, pr.) et *L. Quintus* (40.), quia, etiamsi tradidisset possessionem, quae non esset vacua, non videretur tradita. Unde non ageret, ut dixi, scilicet rei vindicatione, ut *D. de Act. emt.* (19, 1, L.) *Ratio* (3.) in *pr.* Sed potest dici, istud ideo dici „*vacuam possessionem etc.*", quia, si vacua possessio non esset tradita, non adquireretur dominium, ut *Supra* dixi, quia, si adquireretur dominium, iam posset vindicare, ut dictum est, et ita tradit k) regulam generalem, ut dominium non possit adquiri sine possessione vacua, ut hic et ibi, et ut *Infra de Distract. pignor.* (C. 8, 28.) *L. Qui praedium* (13.). Sed huic ita respondemus, quod ideo est ita, quia, quando taliter proponebatur quaestio domino imperatori, non bene proponebatur, scilicet quod dominium posset adquiri sine possessione, ut *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) *L. Liber homo* (54.) et *D. de Fundo dot.* (23, 5.) *L. Fundum dotalem* (17.) et *L. Si fundum, quem* l) (16.) et arg. *Inst. de Rer. div.* (2, 1.) §. *Venditae* (41.) et §. *Qua ratione* ll) (43.).

---

§. 210. *Azo* in Lect. ad L. 12. C. de Probatt. l. c. p. 281. et ad L. 13. C. de Distr. pign. l. c. p. 639. Gloss. v. *In vacuam* L. 12. C. de Probatt. Gloss. v. *Actionem* L. 13. C. de Distract. pign. Gloss. v. *Periculi* L. 16. D. de Fundo dot. *Odofredus* ad L. 12. C. de Probatt. l. c. fol. 222b. *Brunnemann* ad L. 12. C. de Probatt. l. c. p. 390. *Christinaeus* l. c. Vol. III. dec. 75. l. c. p. 383. *Walch* l. c. p. 136. sq. (ed. IV. p. 180. sq.).

ii) v. *Savigny* l. c. T. V. p. 14. sq.

k) sc. *Ioannes*. Cf. gloss. v. *Actionem* cit. et Azo l. c.

l) vv. *Liber homo — fundum, quem* bis exstant in Cod. Cantabr.

ll) Cod. Bamb.: *quotiens*.

§. 211.

C. de Testibus (C. 4, 20.) *L.* 1. (2.).

De regula: „Soli testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt.“

Dissentiunt in *C. de Testibus* (4, 20.) *L.* 1. (2.) super illo verbo: „*soli enim testes*“. Verbum illud *Quidam* sic exponunt, „*soli testes*“, id est, sola testium dicta, si non m) aliis argumentis probent, id est, nuda verba sine caussa testimonii, ut in quaestione scholastica, id est, sine caussa scientiae, ut in *Auth. eod. Tit.* §. *Et licet* (Nov. 90, c. 2.). *Quidam* aliter exponunt, id est, dicta testium, quae feruntur ab aliis testibus absentibus, et dicunt, testibus n) et non testimonio esse credendum, ut *D. eod.* (22, 5.) *L. Testium* (3.) §. 1. circa medium *Legis*. *Alii* ita exponunt „*soli testes*“, id est, de caussa eorum sine iuramento, vel etiam non praesente parte diversa et non legitime vocata, ut in *Auth. ead.* (Nov. 90.) §. *Multotiens* (c. 9.), et hoc dicunt non solum in *L.* 1. (C. 4, 20.), sed etiam in *Lege* illa *Solam* (4.). Dominus *R.* (*Rogerius*) et *Bul.* (*Bulgarus*) aliter exponunt et dicunt: „*soli enim testes*“, id est, non solummodo per testes potest probari, sed etiam per alia argumenta, et sic *D. de Usu et habit.* (7, 8.) *L.* 2. in *pr.* et *D. de Vulgari* (et pup.) *substit.* (28, 6.) *L. Qui liberis* (8.). Nam bene vides, quod quis potest probare se ingenuum testibus et instrumentis tantum, ut *Infra de Liberali caussa* (C. 7, 16.) *L. penult.*; nam et alias vides, quod, si ego dico me manumissum ab aliquo et dicam me amisisse instrumentum, nihil mihi nocet, ut *Infra de Liberali caussa* (C. 7, 16.) *L. Sicut instrumenta* o) (25.), et quomodo amissionem probat, nisi per testes? Certe nullo alio modo. Item si diceres, quod non posset per solos testes, deterior esset caussa libertatis, quam alia caussa, quia alia caussa bene potest probari per testes, ut *Superiori Tit.* (C. 4, 19, L.)

---

§. 211. Quaestio verbosa. *Azo* in Lect. ad L. 1. (2.) C. de Testib. l. c. p. 286. Gloss. v. *Soli* L. 2. C. de Testib. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 226 a. sq. *Brunnemann* ad L. 2. C. eod. p. 396.

m) vv. *id est — si non* des. in Cod. Par.

n) vv. *et d. testibus* om. in Cod. Cantabr.

o) Cod. Par. et Bamb.: *L. Sicut praetermissa* (instrum. 25.)

Proprietatis p) (4.). **Quidam** tamen dixerunt contra, quod per testes probari non potest, et primae adlegationi sic respondent: verum est, quod „*solus*“ pro solummodo quandoque ponitur, sed quandoque non ponitur ita, ut in innumerabilibus casibus. Quid enim, si dixi: „Instituo te heredem, si solus ita feceris“? Certe tu solus debes facere et non alius, et ut vides *Infra de Caducis toll.* (C. 6, 51.) circa medium *Legis*. Item ad aliam rationem, scilicet quod sufficit, si probet, se amisisse instrumentum. Istud ideo est, quia aliquando instrumentum habuit et per instrumentum probare poterat, aliquando fuit perfectum tempus factum. Nam si non habuisset, non posset de novo accipere, ut hic; sicut et vides in venditione, quae fit in scriptis, quae aliter non valet nisi scriptura perfecta, ut *Infra de Fide instrument.* (C. 4, 21, L.) *Contractus* (17.). Tamen si vult q) cartam completam esse probare et partibus absolutam, et ita perfectum contractum, probando instrumenti amissionem facere poterit, ut *Infra eod.* (C. 4, 20.) *L. Testium* (18.) et *Infra de Fide instrum.* (C. 4, 21, L.) *Sicut iniquum* (5.) et *L. In exercendis* (15.). Item ad aliam rationem, scilicet quod iam esset deterioris conditionis, ita respondetur: bene, verum est, scilicet quod debent esse deterioris conditionis r) quantum ad hoc, quia quanto, si libertas ei competeret, non facilius revocaretur, tanto difficilius competit, ut notavimus *Infra de Latina libert. toll.* (C. 7, 6.) §. *Illud etiam* s) (8.) et *D. de Fideicomm. libert.* (40, 5, L.) *Generaliter* (24.) in *f.* et *D. Qui et a quib. manum* (40, 9.) *L. Generaliter* (29.) §. *f.* t) et *Supra de Condict. ob causs.* (C. 4, 6.) *L. Ea* (3.), et etiam ita potest responderi *Infra* ad *Legem* illam *de Liberali caussa* (C. 7, 16.) *penult.*, quod illud ideo est, quia petitur in servitutem. Nam si diceret se liberum, non potest ita, ut dixi. Item potest responderi ad *Legem* illam *de Liberali caussa* (C. 7, 16.) *Sicut* (20.), quod illud est, quando se libertum dicit, secus, si diceret se ingenuum, ut hic. Sed huic potest opponi, quod omnes liberti sunt ingenui, ut in *Inst. Quib. ex causs.* (1, 6.) in *Auth.* ibi posita u). Sed

---

p) Cod. Bamb.: *ut S. t. r. proprietatis.*

q) Cod. Par.: *Contr. non vult.* Cod. Cantabr.: *Contr. non sumit.*

r) vv. *ita — conditionis* desunt in Cod. Cantabr.

s) Cod. Bamb.: *Ille etiam.*

t) vv. *et D. de Fideic. — §. f.* exstant in Cod. Cantabr., a reliquis codicibus absunt.

u) Memorabilis locus de Authenticis Institutionum. Intelligitur *Auth.*

tamen posset responderi, aliud esse, quando dicit se ingenuum ex nativitate, quia tunc non potest ius patronatus habere.

§. 212.

Praedicto Titulo (C. 4, 19.) *in Auth. posit. At qui semel* [uu] (L. 19.).

§. 213.

Praedicto Titulo (C. 4, 20.) *Auth. Rogati* (L. 18.).

Quot testibus probetur solutio, si creditor sine scriptis pecuniam sibi solutam esse confessus est?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 20.) *Auth. Rogati* (L. 18.), quod positum est super *Lege* illa *Testium* (C. 4, 20, 18.), ubi dicitur, quod quinque testes sunt necessarii in confessione, quando sine scriptis confitetur [v], pecuniam sibi esse solutam; quod non videtur verum, quia *Auth.* non exigit secundum *Io.* (*Ioannem Bassianum*), sed dicit „*testes*" nec definit numerum. *Alii* [vv] contra, quod facile dici potest, quia non, ut in numeratione, sic nec in confessione quinque sunt necessarii, quum sit in scriptis contractus. Quid, si post confessionem dicat, non solutam? Responderi bene potest intra XXX dies, ut *Infra de Non numer. pecun.* (C. 4, 30.) *L. In contractibus* (14.); vel dic [x] in numeratione, quod duo rogati sufficiunt, sed non rogati quinque exiguntur, ut probatur in *Corpore Auth.* (Nov. 90, c. 2.). Si forte quaeratur, quid dicatur domesticum testimonium, dic, ut notatum est in *C. de Testibus* (4, 20.) *L.* 2. [xx].

---

§. 212. *Cod. Chis.* §. 137.

§. 213. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Test. l. c. p. 152. et *Azo* in Lect. ad L. 18. C. eod. l. c. p. 291. Gloss. v. *Confessioni* Auth. Rogati L. 19. C. de Testibus. Gloss. v. *Adsumantur* et v. *Pro facienda solutione* Nov. 90, c. 2. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Rogati l. c. p. 230[a]. *Brunnemann* ad L. 18. C. de Testibus l. c. p. 401. *Lauterbach* l. c. Lib. 46. Tit. 3. §. 35. T. III. p. 756. *G. L. Mencken*, comm. in L. 18. C. de Testibus. Lips. 1748. 4.

Novo iure i. f. §. 1. Inst. de Ingenuis (1, 4.). Cf. *Ed. Schraderi* ed. Inst. Berol. 1832. 4. p. 781. Vid *Infra* §. 298. In Cod. Stuttg. et Bamb. post v. *Caus.* est lacuna VIII literarum.

uu) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *Sed qui semel.*

v) Sc. *creditor.*

vv) ut *Azo* in gloss. v. *Confessioni cit.*

x) ut *H.* (Hugolinus) in gloss. v. *Confessioni cit.*

xx) Hodie *L.* 3.

§. 214.

C. de Fide instrumentorum (4, 21.) *L.* 2.

Possitne is, qui convenitur ex instrumento, eligere, utrum civiliter an criminaliter de falso excipere velit?

Dissentiunt in *C. de Fide instrumentorum* (4, 21.) *L.* 2., ubi quaeritur, an aliquis in modum exceptionis possit civiliter agere de falso et falsum redarguere, et dicunt *Quidam*, quod bene, sed tamen prius debet agere criminaliter, ut videtur dicere *Lex* ista, et hoc est, quod dicit: „*eiusdem criminis te reum facere et* (discrimen) *periculi Legis Corneliae etc.*" *Infra eod.* (C. 4, 21.) *L. ult.* (21.). Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et dicit, quod est*y*) in electione eius, qui convenitur ex instrumento, utrum velit civiliter excipere an criminaliter, ut *Infra ad L. Cornel. de Falsis* (9, 22.) *L. Damus* (23.).

§. 215.

Eodem Titulo et Eadem Lege (C. 4, 21, 2.).

De subscriptione in crimen.

Item differunt in *ead. L.* (C. 4, 21, 2.) super illo verbo: „*Legis Corneliae etc.*" ex eo, quod ibi dicitur, scilicet „*et paratus est, si ita visum fuerit etc.*", quia postea non faciunt constructionem: „*si ita visum fuerit*" illi: „*a quo pecuniam petis*, visum fuerit" *z*). Dicas scilicet, „*eiusdem criminis te reum facere et paratus fuerit subire discrimen periculi Legis Corneliae*". Dicunt *Quidam*, quod semper debet hoc inserere in libello, se eamdem poenam velle pati, si non probavit, quod intendit. Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit, quod, sive subscripsit sive non, semper debet *a*) eamdem poenam pati, ut

§. 214. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Fide instr. l. c. p. 292.; ad L. 42. C. de Transact. l. c. p. 90; ad L. 23. C. ad L. Corn. de fals. l. c. p. 702. Gloss. v. *Civiliter* L. 42. C. de Transact. Gloss. v. *Pagina* L. 21, pr. et v. *Paratus est* L. 2. C. de Fide instrum. Gloss. v. *Quaestione civili* L. 23. C. ad L. Cornel. de falso.

§. 215. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Fide instr. l. c. p. 292. et ad L. ult. C. de Accus. l. c. p. 684. Gloss. v. *Periculi* L. 2. C. de Fide instrum. Gloss. v. *Subscribere* L. 3. D. de Accusat. et inscr. Gloss. v. *Perseveraturos* L. 7. D. eod. *Gonzalez Tellez* l. c. T. V. p. 34. sq.

y) vv. *an, tamen, est* (post *hoc*) et *quod est* desunt in Cod. Cantabr.

z) vv. *illi — fuerit* desunt in Cod. Stuttg.

a) vv. *eamdem poenam — debet* desunt in Cod. Cantabr.

Infra de Accusationibus (C. 9, 2.) *L. ult.*, quia ex eo ipso calumniari videtur, quod non probat, quod intendit, ut *D. de Testibus* (22, 5.) *L. Testium* (3.) §. *Verba* (§. 1. med.) et *Supra de Offic. divers. iud.* (C. 1, 48.) *L.* 1. Arg. contra *D. ad* (Sc.) *Silan.* (29, 5.) *L.* 1. in *pr.* [b]).

§. 216.

Eodem Titulo (C. 4, 11, L.) *Apud eos* (13.).

An iudex rem cognitam habens, sine testibus et in civili et in criminali caussa sententiam ferre possit?

Item differunt in *Eod. Tit.* (C. 4, 21.) *L. Apud eos* (13.), scilicet an iudex sciens veritatem sine testium probatione possit ferre sententiam. *M.* (*Martinus*) dicit, quod si iudex sciat veritatem negotii, de quo iudex et testis est, quod potest sententiam ferre, secundum quod notatur, in civili caussa, sed non in criminali, ubi sine accusatore iudicare non potest, exemplo Christi, qui mulierem accusatam de adulterio absolvit, dicens: Mulier, non est qui te accuset, nec ego te condemnabo. *Alii* contra; dicunt enim, et in civili et in criminali caussa iudicem secundum quod scit iudicare posse, et hoc a contrario sensu istius *Legis*.

§. 217.

Eodem Titulo (C. 4, 21, L.) *In exercendis* (15.).

An maior fides habenda sit duobus testibus, quam instrumento?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 21.) *L. In exercendis* (15.). Dicunt *Quidam*, *Legem* praedictam correctam esse per *Auth.*, quod est in *Auth. eod. Tit.* (Nov. 73.) §. *Si vero* (c. 3.) *Coll. VI.* [c]), quod positum est etiam super eadem *Lege* [d]),

§. 216. *Azo* in Lect. ad L. 13. C. de Fide instrum. l. c. p. 294. Gloss. v. *Apud eos* L. 13. cit.

§. 217. *Azo* in Summa Tit. C. de Fide instrum. fol. 96 b. et in Lect. ad L. 15. C. de Fide instr. p. 294. sq.; ad L. 3. C. Si minor se maio. l. c. p. 143; ad L. 13. C. de Non. num. pec. l. c. p. 317. Gloss. v. *In exercendis* L. 15. C. de Fide instrum. Gloss. v. *Scriptis* L. 13. C. de Non numer. pec. Gloss. v. *Per testes* L. 14. C. de Contrah. et comm. stip. Gloss. v. *Cum iureiurando* Nov. 73, c. 3. *Odofredus* in Lect. sup. L. 15. C. cit. fol. 232 b. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 477. n. 7. et p. 478. n. 15. *Lauterbach* l. c. Lib. XXII. Tit. 4. §. 56. T. II. p. 249. *Glück* l. c. T. XIII. p. 121.

b) De *Rogerio* cf. gloss. v. *Perseveraturos*.

c) *Biener* l. c. p. 272.

d) *Auth. L.* 15. de Fide instr.

ubi dicitur, „*quod hodie magis credendum vivae voci, quam mortuae*", quod autem est *Supra Si minor se maior. dix.* (C. 2, 43.) *L. Si alterius* (3.) in *f.*, quod plus credatur duobus testibus, quam instrumento soli. Sed *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contra; dicunt enim, numquam reperiri, quod plus credatur duobus testibus, quam instrumento soli; imo contrarium *e*) reperitur, ut *Supra Si minor se maior. dix.* (C. 2, 43.) *L. ult.* et *Infra de Non numer. pec.* (C. 4, 30.) *L. Generaliter* (13.); verumtamen, si quattuor vel quinque contra instrumentum dicant, probatur illud falsum et intelligunt, quod in *Corpore Auth.* dicitur, quando ab una parte erat instrumentum publicum et testes, quos vocat vivam vocem; ab alia vero parte erat comparatio sola *ee*), quae ibi mortua vox adpellatur, et minus ei creditur, quia multoties aliter quis scribit in iuventute, quam in senectute, ut in *Corpore* eiusd. *Auth.* dicitur in *pr.* (Nov. 73.), et praeterea, quia instrumentum sustinet vicem duorum testium.

§. 218.

Eodem Titulo (C. 4, 21.) *L. Scripturae* (14.).

§. 219.

Praedicto Titulo et Eadem Lege (C. 4, 21, 14.).

Instrumenta repugnantia an probent? f)

Item differunt in casus positione *eiusd. L.* (C. 4, 21, 14.). *Quidam* ponunt exemplum in usufructuario et proprietario, ut puta: quis proferebat instrumentum, in quo continebatur, quod ei concessi usumfructum tali die; protulit postea instrumentum aliud, in quo continebatur, quod ei *g*) concessi usumfructum, eodem die sub praesentia eorumdem

§. 218. *Cod. Chis.* §. 138.

§. 219. Quaestio verbosa. *Azo* in Summa Tit. C. de Fide instr. fol. 97ª. et in Lect. ad L. 14. C. eod. l. c. p. 294. Gloss. v. *Scripturae* L. 14. C. de Fide instrum. *Odofredus* in Lect. sup. L. 14. C. cit. l. c. fol. 232ª. *Brunnemann* ad L. 14. C. de Fide instrum. *Gonzalez Tellez* l. c. T. II. p. 479. sq.

cuius hic mentio fit, mihi non innotuit neque commemoratur ap. *Ioannem* in Summa Nov. 73.

e) vv. *Dicunt — contrarium* desunt in Cod. Cantabr.

ee) Add.: *literarum.*

f) Ita glossa v. *Scripturae cit.*

g) Add.: *cui.*

testium vendidi proprietatem et ita nesciebatur, quod instrumentum prius sit factum et ita erant diversa. Praeterea sibi repugnabant. Quodsi habet usumfructum, non habet proprietatem et e contrario, quia usufructus et proprietas apud eumdem esse non possunt, quia iam non esset usufructus, ut *Inst. de Usufr.* (2, 4.) §. *ult.*, etiam *D. Communia de servit.* (8, 4.) gg) *L. Quicquid* (10.) et *D. de Servit. urb. praed.* (8, 2, L.) *In re communi* (26.). Qualiter enim poterit habere usumfructum h) et proprietatem? Imo habebit proprietatem plenam, ut *D. Si ususfr. pet.* (7, 6.) *L. Si uno* (?) i). Sed domino *Azoni* videtur contra, arg. *D. Quibus mod. ususfr. amitt.* (7, 4.) *L.* 3. *Ususfr.* k), ubi dicitur, quod ususfructus non amittitur dominii translatione. Unde, si vendidit aliquis proprietatem illi, qui iam l) habebat usumfructum, videtur, quod ususfructus duret, et sic videtur habere usumfructum in re sua. Ibi ita respondent: quod vendidit illi, qui non habebat usumfructum. Item alia ratione probatur, quod non potest loqui *Lex* ista in usufructuario et proprietario, quia, quum duo instrumenta ita proferuntur, verum est, quod unum factum fuit antequam aliud. Si dicas, quod prius concessit usumfructum et postea vendidit proprietatem, videtur recessisse ab usufructu et habet plenam proprietatem. Si dicas, quod m) prius vendidit proprietatem et postea concessit usumfructum sibi, aut prius, quam n) vendidit, retinuit sibi usumfructum, aut non. Si retinuit et postea concessit, bene valet et non erunt postea repugnantia nn), ut in *Inst. de Usufr.* (2, 4.) §. *ult.* Si dicas, quod dominus non retinuit et postea concessit, nihil operatum fuit; unde nihil nocet. Praeterea bene posset istud factum esse de facto, quamvis de iure non teneat, scilicet promisisse usumfructum et postea vendidisse proprietatem. Unde in omnibus istis casibus non repugnant sibi. Item alia ratione, quia, quum ostenditur per unum instrumentum, quod habeat usumfructum, et per aliud, quod habet vel o) habeat proprietatem, ergo habet utrumque, vel

---

gg) Leg. *Comm. praediorum tam urbanorum quam rusticorum.*

h) vv. *Inst.* — *usumfructum* desunt in Cod. Cantabr.

i) Cod. Cantabr.: *Si vivo.* Leg. *L. Uti frui* (5, pr.).

k) Leg. *Neque ususfr.* (L. 19.).

l) *iam* deest in Cod. Bamb.

m) Cod. Cantabr.: *quia* et hic et supra.

n) Cod. Cantabr. et Par.: *prius s. quam.*

nn) Sc. *instrumenta.*

o) *habet vel* om. in Cod. Bamb.

etiam potest eligere, utrum velit habere proprietatem solam, et sic per consequentiam non habebit usumfructum, vel etiam usumfructum tantum, ut *D. de Usufr. legato* (33, 2, L.) *Si Titio* (10.). Sed ibi respondent, quia loquitur in hoc tantum instrumento vel etiam secundum sententiam aliorum in duobus p), si dubitetur, quod prius factum sit, praesumitur, ut potius res valeat, quam pereat, ut *D. de Rebus dubiis* (34, 5.) *L. Quoties* (12.). Unde ipsi ita ponunt: puta adversarius duo instrumenta profert; unum, in quo continetur, quod ei promisi decem Bononiae tali die; in alio continetur, quod eodem die et eodem mense X promisi Romae, et sic diversae erunt scripturae, id est plures, vel etiam, proprie retento vocabulo, diversae, quia una loquitur super illud, quod factum fuit Romae, alia super illud, quod factum fuit Bononiae. Vel pone, quod X Romae promisisse continetur et eodem die XV Bononiae, et sic sunt modo diversae, quia una super X, alia super XV loquitur, et repugnantia sunt propter inpossibilitatem, quia inpossibile est, ut Bononiae et Romae uno die promittat, et ad hoc multa conveniunt argumenta, inprimis *Infra de Contrah. et committ. stipul.* (C. 8, 38.) *L. fin.* in *Inst. de Inutil. stipul.* (3, 19.) q) et *D. de Eo, quod certo loco* (13, 4.) *L.* 2, §. *Qui ita* (6.) et *L. sequens* (3.), nec obstat, quod ibi in *glossula* dicitur, scilicet „quod magis credi debet illi instrumento, quod magis ad caussam", quia illud locum habet, quando a diversis proferuntur; sed si ab uno proferuntur, secus est, ut hic, quum potuit et debuit prospexisse r).

§. 220.

Praedicto Titulo et Eadem Lege (C. 4, 21, 14.).

Pergitur in quaestione §. 219.

Item differunt in *ead. L.* (C. 4, 21, 14.). Dicunt *Quidam*: illi *Legi* simile est, quod legitur *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Ubi repugnantia* (188.) s). Sed *Azo* dicit, non esse

---

§. 220. *Azo* in Summa Tit. C. de Fide instrum. l. c. fol. 97 a. et in Lect. ad L. 14. C. eod. l. c. p. 294. Gloss. v. *Scripturae* L. 14. eod. Gloss. v. *Ubi repugnantia* L. 188. D. de Reg. iur.

p) vv. *in duobus* desunt in Cod. Stuttg.

q) Add. §. *Item* (12.).

r) In gloss. commemoratur *Ioannes*.

s) Cod. Cantabr.: *Nisi repugnantia*. Edd.: *Vel repugnantia*. In gloss. v. *Ubi rep. cit.* commemoratur *B.* (Bulgarus).

simile, quia non loquitur de diversis scripturis, imo in una tantum, ut puta in testamento, quia testator dixit: „ego instituo Titium heredem, si Seius heres erit", et postea dixit: „Seium instituo heredem, si Titius heres erit". Unde, quia inter se pugnant, non sunt admittenda, ut *D. de Condit. instit.* (28, 7, L.) *Si Titius* (16.).

§. 221.

Praedicto Titulo (C. 4, 21.) *L. Contractus* (17.).

Si venditor tradit ante mundum completum, an dominium transferatur? ss)

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 21.) *L. Contractus* (17.), scilicet quum convenerit, ut in scriptis conventio fieret, mundo non inpleto si res tradatur, dicit *Bul.* (*Bulgarus*), dominium transferri, sed per condictionem sine caussa vel ex instituta caussa *sss*) repeti. *Alii* dicunt, non transferri dominium, exemplo rei datae suffragatori, ut *C. de Suffragio* (4, 3, L. un.).

§. 222.

Eadem Lege (C. 4, 21, 17.).

§. 223.

In Eadem Lege (C. 4, 21, 17.).

§. 224.

C. Commodati (4, 23.).

§. 225.

C. de Pignoratitia actione (4, 24.) *L.* 4. (5.).

De probatione doli in amissione pignoris.

Differunt in pignoris amissione, utrum liceat iusiurandum

---

§. 221. *Azo* in Lect. ad L. 17. C. de Fide instrum. l. c. p. 296. Gloss. v. *Vel id, quod emtoris* L. 17. C. eod. Gloss. v. *Compellitur* pr. Inst. de Emt. et vend. De quaestione, Quando partes in scriptis contrahere voluisse videantur? cf. *Brunnemann* ad L. 17. C. cit. l. c. p. 407. *Fachineus* l. c. Lib. II. c. 97. p. 179. *de Cocceii* l. c. Lib. XVIII. Tit. 1. qu. 1. T. I. p. 815. sq. (ed. Emm. T. II. p. 355.). *Walch* l. c. p. 446.

§. 222. *Vet. Coll.* §. 2. *Rog.* §. 52.

§. 223. *Cod. Chis.* §. 119.

§. 224. *Cod. Chis.* §. 120.

§. 225. *Vet. Coll.* §. 86. *Rog.* §. 89. *Cod. Chis.* §. 98. *Infra* §. 411, 357. i. f.

ss) Ita Cod. Cantabr. *sss*) Leg. *iniusta.*

reditori deferre. *M.* (*Martinus*) dicit, si creditor dicat, se amisisse pignus, sufficit, si probet, se amisisse, et non cogitur dicere, e amisisse sine dolo, quia cum eo agitur aut quod habet, aut uod dolo desiit possidere. Debitor vero, si vult, probet, eum lolo amisisse, quia, qui culpam vel dolum adlegat, ipse probare lebet, ut *D. de Probat.* (22, 3.) *L. Quoties* (18.) §. *Qui dolo* 1.) et *L. Patronum* et *C. de Dolo* (2, 21.) *L. Dolum* (6.) *C. de Rescind. vend.* (4, 44.) *L. Dolus* (10.) et *C. de Pignor. ıct.* (4, 24.) *L. Si nulla* (8.) et arg. *D. de Leg. II.* (31.) *L. Quum ita* (32, §. 2.) §. *Species* (5.). *Bul.* (*Bulgarus*) dicit, creditorem probare debere, sine dolo et culpa amisisse, quia prima facie praesumitur contra eum. Item alia fortiore ratione, quia, qui excipit, probare debet; sic igitur non solum pignus amissum, sed etiam sine dolo et culpa sua probabit, et ad hoc probandum inducunt arg. *D. de Except. rei iudic.* (44, 2, L.) *Si rem* (17.), ubi aperte convincitur [t]), quod rem desiisse possidere et sine dolo malo debeat probare. Praeterea alio arg. *D. Locati et cond.* (19, 2, L.) *Si quis fundum* [tt]) (9.) §. *Imperator* (4.), ubi dicitur, si custos caprarum poterit probare, capras esse amissas sine fraude sua, erit liberatus, et arg. *Supra de Fide instrum.* (C. 4, 21.) *L. ult.* (21.) et arg. *D. de Noxali act.* (9, 4.) *L. Quoties* (21.) §. *Praetor ait* (2.). *Alii*, ut *V.* (*Hugo*) et *Bul.* (*Bulgarus*), ut dicunt, distinguunt, utrum debitor confiteatur amissionem pignoris, an neget, ut in primo casu debitor probet culpam, si eam abiiciat; in secundo, scilicet quum diffitetur, pignus esse amissum, quod creditor probat amissionem et amissionis caussam debet probare. Sed quare ita distinguunt, nec legem nec rationem habent. Unde inepta est definitio, quia ad minus tantum debet facere probatio creditoris, quantum confessio debitoris. Dicas ergo cum *M.* (*Martino*), *Iob.* (*Ioanne Bassiano*) et *Azone*, per praesentem *Legem* sufficere, si creditor probet, se amisisse, non habita distinctione praedicta, confiteatur debitor vel neget. Nam eo probato a creditore absolutio sequeretur, nisi in contrarium fuerit probatum, scilicet pignus eius dolo esse amissum; tunc enim, quia debitor adlegat dolum creditoris, ipse probare tenetur, si velit obtinere per *Leges*

---

t) Cod. Par.: *committitur.*

tt) Hodie *L.* 9, §. 2. *D. Loc. et cond.;* in ed. Frad. est *L.* 10, *pr. D. eod.;* glossa: *si quis fundum, alias si quis domum.* De §. 4. *cit.* cf. *Vacarius,* ed. Wenck., Lib. IV. c. 51. not. 175. p. 248.

superius notatas, et ad idem facit, quod dicit *Lex*, quod, si tutores amiserint instrumenta pupillorum, tantum amissionem debent probare; quo probato liberabuntur, nisi in contrario probetur, dolo tutorum fuisse amissum, ut *D. de Admin. tut.* (26, 7, L.) *Chirographis* (57.). Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 226.

Eodem Titulo (C. 4, 24.) *L. Nec creditores* (10.).

§. 227.

C. Quod cum eo, qui in aliena est potest. (4, 26.) *L.* 1.

Pater quemadmodum teneatur pro filio suo tutore u)?

Dissentiunt in *eod. Tit.* (C. 4, 26.) *L.* 1. Dominus *R.* (*Rogerius*) voluit intelligere ita *Legem* illam, qui ponit duos casus. Primus est, quando creatus fuit tutor, tamquam fuisset creatus magistratus; secundus, quando primo creatus fuit voluntate eius magistratus et postea creatus fuit tutor, in quo casu dicebat, quod pater in solidum convenietur, et non distinguebat, utrum, quando uu) fuit tutor, consenserit pater vel non, quia propter hoc, quod factus fuit decurio, consequutus est hoc et pater in illo consensit; ergo et in isto consensisse videtur, ut *D. de Muneribus* (50, 4.) *L.* 2. *Nos* contra, et dicimus, quod oportet et quando tutor creatur, ut consensus patris sit adiiciendus.

§. 228.

Praedicto Titulo (C. 4, 26, 7.).

§. 229.

Praedicto Titulo (C. 4, 26, 13.).

---

§. 226. *Cod. Chis.* §. 112.

§. 227. *Azo* in Lect. L. 1. C. Quod cum eo, qui in al. pot. Gloss. v. *Tutor constitutus* L. 1. C. eod. *Brunnemann* ad L. 1. C. cit. p. 417.

§. 228. *Cod. Chis.* §. 101.

§. 229. *Cod. Chis.* §. 102.

u) Ita gloss. cit. uu) Add.: *creatus*.

§. 230.

Eodem Titulo (C. 4, 26.) *L. Si mandator* (8.).

Fideiussor simpliciter intercedens an videatur etiam pro usuris intercedere? uuu)

Differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 26.) *L. Si mandator* (8.) in *f. L.* Dicunt enim *Quidam* ex *Lege* illa, quod si ego dedi tibi fideiussorem, qui et ita fideiusserit simplicitur, quod ille non tenetur in usuris, ut hic et *D. Locati et cond.* (19, 2.) *L. Quaero* (54.) et *L. sequenti* (55.) et *D. de Fideiussor.* (46, 1.) *L. Paulus* (59.). Respondent: et hoc intelligas, quando simpliciter ita fideiussit, ut puta, quod a te mutuam pecuniam accepi et ego dedi tibi fideiussorem, qui ita fideiussit: promitto pro eo vel intercedo ad pecuniam istam. *Plac.* (*Placentinus*) distinguit *v*) et dicit: aut usurae illae propter moram debentur aut non. Si propter moram debitoris, teneatur et ad sortem et ad usuras, ut *D. de Eo, quod certo loco* (13, 4.) *L. Centum Capuae* (8.); si autem ex pactione, secus. Sed si quaeras, quare alia est, quando debentur ex pactione, quam si debeantur ex mora, respondent: quando debentur ex pactione, non videtur, quod descendant ex ***** *vv*) illa, imo potius ex pacto, et ego *x*) intercessi tantum in sortem. Unde videtur, quod in usuras non sim obligatus, ut *D. de Usuris* (22, 1.) *L. Quum praetor y*) in *pr.* Sed quum ex mora, videtur, quod debeantur et descendant propter illud tantum, quia prius acceptus fui; unde videor intercessisse in omnem caussam, scilicet inde descendendam; unde teneor. Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et dicit, quod semper tenetur in usuras, quia semper videtur intercessisse in omnem caussam *z*),

---

§. 230. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Fideiuss. l. c. p. 404. *Azo* in Lect. ad L. 10. C. de Fideiuss. l. c. p. 650. *Azo* in Summa C. eod. l. c. fol. 246 b. Gloss. v. *Praestabis* L. 54. D. Locati et cond. Gloss. v. *Nec oportebit* L. 8. D. de Eo, quod certo loco. Gloss. v. *Obligatus est* L. 10. C. de Fideiuss. *Odofredus* in Lect. sup. L. 54. D. Loc. et cond. l. c. fol. 120 a. et in Lect. sup. L. 10. C. de Fideiuss. l. c. fol. 506 b. *Brunnemann* ad L. 10. C. de Fideiuss. p. 1021. *Gonzalez Tellez* l. c. T. III. p. 368. *de Cocceii* Lib. 46. Tit. 1. qu. 10. et 11. l. c. T. II. p. 578. sq. *Walch* l. c. p. 564. sq.

uuu) Cf. gloss. v. *Obligatus est* cit.

v) Cum hac distinctione Placentini non concinit gloss. v. *Praestabis.*

vv) H. l. in Codd. des. V literae.

x) Cod. Bamb. add.: *e ꝯ*, i. e. e contrario.

y) Leg. *L. Quum reus* (24, §. 1. eod.).

z) vv. *scil.* — *caussam* desunt in Cod. Bamb.

ut *D. de Fideiuss.* (46, 1.) *L. Si quis pro eo* (56.) *Si nummos alienos* (§. 2.) et *D. Ut legat. vel fideic. caussa cav.* (36, 3.) *L.* 1, §. *Bellissime* (13.).

§. 231.

C. Per quas personas nobis adquiratur (4, 27.) *L.* 1. [a]).

An ex pacto commissorio a procuratore emtioni venditioni adiecto domino rei vindicatio competat?

Dissentiunt in *Tit.* (C.) *Per quas pers. nob. adq.* (4, 27.) in positione casus *primae Legis.* Casus illius *Legis* ponitur secundum *Azonem*, quod procurator meus vendidit rem meam et pactus sit, si pretium non solvetur hinc ad talem diem, ut res esset inemta. Postea pecunia non soluta ego dominus volo rem vindicare. Quaeritur, an possim? et respondetur in *Lege* ista, quod non possum, quia illud non adquiritur mihi per procuratorem, et hoc videtur notare, quod dicitur hic, scilicet „*redintegratae rei vindicationem etc.*" Sed huic videtur contrarium, scilicet quod non debet dari rei vindicatio, imo actio ex emto, ut *D. de Lege commiss.* (18, 3.) *L.* 2. [b]) et *L. Si fundus* (4.) *pr. R.* (*Rogerius*). Sed hic distinguunt, an tradita sit precaria possessio tantum, an etiam dominium et possessio et non precaria, ut in primo casu detur rei vindicatio, quia nondum dominium ab eo discessit; in secundo non competit rei vindicatio, quia dominium ab eo discessit, et quod datur rei vindicatio vel actio ex emto, probatur *D. de Lege commiss.* (18, 3.) *L.* 1. et 2. et 3. et 4. et *Infra de Pactis int. emt. et vend.* (C. 4, 54.) *L. Qui ea lege* (3.) et *L. Commissoriae venditionis* (4.), et nota, quod est in arbitrio venditoris [c]), utrum velit, quod venditio teneat, an velit rem habere, ei pretio non soluto, ut *D. de Lege commiss.* (18, 3.) *L.* 2. Sed quod hic dicitur, scilicet quod non

§. 231. *Azo* in Lect. ad L. 1. C. Per quas pers. n. adq. l. c. p. 306. Casus et gloss. v. *Redingratae* et v. *Nulla* L. 1. C. cit. Gloss. v. *Exemto* L. 13; §. 25. D. de Act. emt. et vend. Gloss. v. *Petere potest* L. 68. D. de Procurat. Gloss. v. *Non datur* L. 28. D. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. fol. 241 [a]. *Brunnemann* ad L. 1. C. cit. p. 421. *Mühlenbruch* l. c. p. 34, 51. sq. p. 124. sqq. p. 130.

a) Cod. Par.: *L.* 2. *Differunt in.*

b) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices *L.* 4.

c) vv. *et nota — venditoris* desunt in Cod. Cantabr.

competit rei vindicatio domino, intelligunt *Quidam* d) directam, sed utilis bene competit, ut notatum est in *glossula* illa, scilicet „*Regularum, etc.*“ e), et ut vides *Infra Quando ex facto tut.* (C. 5, 39, L.) *Per tutorem* f) (5.) et arg. *D. de Act. emt. et vend.* (19, 1.) *L. Iulianus* (13.) §. *Si procurator* (25.) et *D. de Instit.* (14, 3.) *L.* 2. et 3. et *D. de Procurat.* (3, 3.) *L. Quod procurator* (68.) et *L. Si procurator meus* (28.). *Alii* dicunt, quod numquam competit ei neque directa neque utilis vindicatio, et hoc ex *L. ista*, et respondent aliis *Legibus*, quod illud est in diversis et aliis g) casibus. Sed quid erit secundum *Eos?* Respondent: ipse procurator condicit, ut arg. *D. Si cert. pet.* (12, 1.) *L. Certi condictio* (9.) §. *Quoniam igitur ex omnibus* (3.). Sed si ipse procurator nolit agere, aget dominus in subsidium, ut arg. *D. de Inst. act.* (14, 3.) *L.* 2. et 3., quia non debet aliis locupletari cum aliena iactura, ut *D. de Cond. ind.* (12, 6.) *L. Naturaliter* (13.) et *L. Nam hoc* (14.), vel etiam dic, quod dominus non potest agere, quia ille emtor non locupletatur cum iactura istius venditoris h), quia de voluntate venditoris illius fuit, ut res venderetur, merito petiit pretium et non rem; nec obstat *de Inst.* (14, 3, 2.), quia aliter potest consequi ius suum, scilicet petendo pretium, nisi diceres secundum *Nos*, ut tale pactum adponatur.

§. 232.

Eodem Titulo (C. 4, 27.) *et Eadem Lege* (1.).

An per procuratorem dominium adquiratur?

Item differunt in *ead. L.* et in *eod. Tit.* (C. 4, 27, 1.) in illo verbo: „*excepta possessionis* (caussa)“. Nam possessio

§. 232. *Hug.* §. 231. *Vacarius* ed. *Wenck.*, Lib. IV. cap. 27. n. 151. pag. 237. sq. *Azo* in Summa C. Per quas personas l. c. fol. 105 a. et in Summa Tit. de Adquir. poss. l. c. fol. 215 b.; in Lect. ad L. 1. C. Per quas pers. l. c. p. 306. Gloss. v. *Excepta possessionis caussa* L. 1. C. Per quas personas. Gloss. v. *Placuit* L. 8. C. de Adquir. poss. Gloss. v. *Adquiritur* L. 1, §. 20. D. de Adquir. poss. *Brunnemann* ad L. 1. C. cit. l. c. p. 421. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. 41. Tit. 1. §. 10. l. c. T. III. p. 136. *v. Savigny* das Recht des Besitzes l. c. p. 308. sqq.

d) velut *M.* (Martinus), cuius sententiam reprobat *Ioannes* in gloss. v. *Nulla cit.*

e) Huius glossae nullum exstat vestigium in Edd.

f) Cod. Cantabr.: *L.* 2. *C. eod.*

g) vv. *et aliis* exc. in Cod. Par.

h) In Cod. Cantabr. est lacuna II literarum. Leg. *nā*, *nam*.

bene adquiritur per procuratorem nobis ignorantibus et invitis, ut *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) *L. Ea, quae* (53.), et per possessionem nobis adquiritur dominium. Sed *Ego* dico, quod possessio non adquirit nobis dominium *i*), quia res inanimata est, et quod hic dicitur „*excepta possessione*", id est excepta possessione et eius caussa, scilicet dominio. Unde si ille, qui tradidit, sit dominus *k*) et habeat possessionem, nobis per procuratorem dominium adquiritur, ut *Infra de Adquir. possess.* (C. 7, 32.) *L. Licet* (4.) et *L. Per procuratorem* (8.). Si autem non sit dominus, adquiram possessionem et postea per usucapionem dominium. Si autem *l*) sit dominus et non habeat possessionem, non adquiritur mihi aliquid, arg. huius *Legis*, quia mediante possessione adquiritur dominium, vel quia aliter non adquiritur nobis excepta caussa possessionis, id est excepta possessione et eius caussa; ergo possessione non interveniente cessat et eius caussa, scilicet dominium. Item in *ead. Lege* in illo verbo „*rei vindicationem pactus est*", dicunt *Quidam*, non directam, sed utilem habebit, ut *Supra* in casus positione dixi *m*). *Alii* dicunt, interesse, utrum stipuletur procurator sibi, an domino. Si sibi, tunc utilem domino adquirit; si domino, neutrum domino adquirit *mm*), nec utilem nec directam, ut arg. *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L.* 1, §. *Per procuratorem* (20.). Item *eamdem Legem Quidam* volunt intelligere, ut loquatur de procuratore tantum et similibus. Sed aliud est in tutore vel procuratore, ut *Infra Quando ex fact. tut.* (C. 5, 39.) *L.* 1. et *penult.* *Alii* dicunt, quod idem sit in tutore vel curatore. In procuratore, quia generaliter verum est; quod ex facto tutoris non adquiritur, speciale tantum *n*) est, ut in casu, ut *Infra Quando ex fact. tut.* (C. 5, 39.) *L. ult.* *nn*).

§. 233.

C. Ad Senatusconsultum Velleianum (C. 4, 29.) *Auth. Sive a me* (*L.* 21.).

---

§. 233. *Cod. Chis.* §. 108.

i) vv. *Sed — dominium* desunt in Cod. Par.

k) H. l. in Cod. Par. est lacuna V literarum.

l) Cod. Cantabr.: *autem non sit.*

m) Sc. §. 231.

mm) Leg. *neutram d. adq. actionem, nec.*

n) Cod. Bamb.: *tamen.*

nn) De *Rogerio* et *Ioanne* cf. gloss. *Adquiritur cit.*

§. 234.

Eodem Titulo (C. 4, 29.) *L. Antiquae* (23.).

§. 235.

Eodem Titulo (C. 4, 29.) *et Eadem Lege* (23.).

§. 236.

C. Eodem Titulo o) (C. 4, 29, 23.).

Cesseine hodie Sc. Velleiani beneficium?

Dissentiunt in (Sc.) Vellei. (C. 4, 29.). Dicit enim *M.* (*Martinus*), quod hodie cessat (Sc.) Velleianum, quum omnia sint innovata, quae de illo veteribus *Legibus* vel ab imperiali maiestate sunt introducta p), ut hodie mulier per *Legem Iustiniani C. eod. Tit. L. Et generaliter* (25.) ipso iure non obligetur, nisi in instrumento publice confecto et a tribus testibus subsignato, quo casu novissimo iure *Auth.* (Nov. 134, c. 8.) tenetur ita demum, si manifeste probetur, pecuniam in utilitatem mulieris processisse, ut *C. ad* (Sc.) *Velleia.* (4, 29.) *L. Antiquae* (23.) §. *Ne* (2.) et in *Auth. Ut nulli iudic.* (Nov. 134.) §. *Et illud* (c. 8.). Si ergo pro dote, pro libertate fideiusserit, non obligatur, et dicit, quod *Lex* illa *Antiquae* (23.) est *Lex finalis* in *eod.* q) *Tit. ad Vell.* (C. 4, 29.) et aliae praecedentes *Leges* per illam corriguntur. *Iac.* (*Iacobus*) et *V.* (*Hugo*) et *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et dicunt, illam *L. Antiquae* (23.) nihil aliud innovare, nisi ut in his casibus, ubi olim mulier iuvabatur per (SC.) Velleianum, hodie ipso iure tuta sit, nisi in instrumento publice confecto et a tribus testibus subsignato se obligavit, quo casu necessaria est Velleiani exceptio. *Alii* autem dicunt, specialiter loqui in eo casu tantum, quo pro viro mulier intercedit, ideoque *Legibus*

§. 234. *Cod. Chis.* §. 109.
§. 235. *Cod. Chis.* §. 110.
§. 236. *Vet. Coll.* §. 79. *Rog.* §. 82. *Cod. Chis.* §. 110. *Supra* §. 235. *Placentinus* in Summa Tit. ad Sc. Vell. l. c. p. 162. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 107[b]. et in Lect. ad Auth. Si qua mulier et ad L. 23. C. ad Sc. Vell. l. c. p. 313. Gloss. v. *Cessante* L. 25. C. ad Sc. Vell. *Odofredus* in Lect. sup. L. 23. C. eod. l. c. fol. 244[a]. *Glück* l. c. T. XV. p. 26. sqq. *v. Savigny*, l. c. T. IV. p. 402. sq. n. 34.

o) Cod. Par.: *C. ad Vell.* Cod. Bamb.: *In e. t.*

p) vv. *quae — introducta* des. in C. Cantabr.

q) Cod. Par. et Bamb.: *in C. t.*

aliis, quibus per Velleianum ei non succurritur, in nullo derogatum videtur. Si ergo pro dote, pro libertate et similibus sese obligavit, quia olim exceptione non iuvabatur, nec hodie ipso iure tuta erit. Dominus *Al.* (*Albericus*) idem dicit et hoc plus, quod *Lex* illa *Antiquae* (23.) non debet esse finalis, sed antepenultima et sequentes non corrigit.

§. 237.

C. de Non numerata pecunia (4, 30.) *L. Si minorem* (2.).

§. 238.

Eodem Titulo (C. 4, 30, L.) *Quum fidem* (4.).

§. 239.

Praedicto Titulo (C. 4, 30, 13.).

Exceptio non numeratae pecuniae an contra instrumentum publicum admittatur?

Dicit Dominus *Al.* r) (*Albericus*), quod exceptio non numeratae pecuniae non potest opponi publico instrumento, si prima facie adpareat instrumentum sine vituperatione et adeo facit pro creditore, quod nullo modo habet necesse probare, pecuniam se numerasse s); debitor vero, quantumque voluerit, etiam usque ad XXX annos, poterit probare, pecuniam sibi non fuisse numeratam, arg. *C. Arbitr. tut.* (5, 51.) *L. ult.* et *ad SC.* Vell. (C. 4, 29.) *L. Antiquae* (23.) et *C. de Non numer. pec.* (4, 30.) *L. Generaliter* (13.) et in *Auth. Ut liceat matri et aviae* (Nov. 117.) §. *Ad hoc* (c. 2.). *Alii* contra, et dicunt, speciale esse in praedictis casibus.

§. 240.

C. de Compensationibus (4, 31.) *L. Si constat* (4.).

An compensatio ipso iure fiat?

Differunt in *C. de Compens.* (4, 31.) *L. Si constat* t) (4.)

---

§. 237. *Cod. Chis.* §. 113.
§. 238. *Cod. Chis.* §. 114.
§. 239. *Azo* in Lect. ad L. 3. C. de Non num. pec. l. c. p. 314. *Roffredus*, Quaest. sabbath. qu. 39. l. c. p. 745. Gloss. v. *Probare* L. 3. de Non. num. pec.
§. 240. *Azo* in Summa Tit. de Compens. l. c. fol. 109 a. et in Lect.

r) Cod. Cantabr.: *Dicit Dominus, quod*, mendose.

s) Cod. Cantabr.: *pecuniam sibi non fuisse numeratam, arg. se n. etc.*

super illo verbo: „*ipso iure*“, ex quo dicunt *Quidam* tt), quod ipso iure fit compensatio, et arg. *D. eod. Tit.* (16, 2.) *L. Verum* (4.) et *L. Quum alter* (11.) et *L. Posteaquam* (21.). *Alii* u) contra; dicunt enim, ipso iure fieri compensationem ita demum, si opposita fuerit, in qua sententia est et dominus *Azo*, arg. *C. eod. Tit.* (4, 31, L.) *In ea* (3.), et melius probatur per *glossulam Azo.* (*Azonis*) positam uu) *C. eod. Tit.* (4, 31.) *L. ult.*

§. 241.

Eodem Titulo (C. 4, 31.) *L. Quoniam* (10.).

§. 242.

C. de Usuris (4, 32.) *L.* 1.

§. 243.

Eodem Titulo (C. 4, 32.) *Auth. Ad haec* (L. 16.).

§. 244.

Eodem Titulo (C. 4, 32.) *L. Acceptam* (19.).

§. 245.

C. Depositi (4, 34.).

Quo tempore actio depositi nascatur?

Differunt in actione depositi. Dicit *Aldricus*, quod actio depositi nascitur statim, ex quo res est deposita, arg.

---

ad L. 3. C. eod. l. c. p. 320. Gloss. v. *Ipso Iure* L. 4. C. de Compens. Gloss. v. *Male peto* L. 4. D. de Compens. Gloss. v. *Eligere* L. 5. D. eod. Gloss. v. *Cavere* L. 21. D. eod. Gloss. v. *Ipso iure* §. 30. Inst. de Act. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. D. cit. l. c. fol. 76 a. *Brunnemann* ad L. 2. et 4. C. de Compens. l. c. p. 443, 444. *Christinaeus* l. c. Vol. I. dec. 131. 132. p. 300. Vol. III. dec. 38. p. 334. *Gonzalez Tellez* l. c. T. III. p. 274. *Glück* l. c. T. XV. p. 101. sqq. *Hasse* üb. die Compensation und ihre Liquidät. (Archiv für d. civil. Praxis T. VII. p. 156. sq.). *Bethmann-Hollweg*, Beitrag z. Lehre v. d. Compensation (Rhein. Mus. f. Iurispr. T. I. p. 264.). *Ca. Einert*, progr. I. de Compensatione Lips. 1830. 4.

§. 241. *Cod. Chis.* §. 116.

§. 242. *Cod. Chis.* §. 117.

§. 243. *Vet. Coll.* §. 64. *Rog.* §. 35. *Cod. Chis.* §. 118.

§. 244. *Vet. Coll.* §. 62. *Rog.* §. 32.

t) Cod. Bamb. hic et supra: *consistat.*

tt) ut *M.* (Martinus) in gloss. v. *Ipso Iure cit.*

u) ut *Ioannes* in gloss. v. *Ipso iure* cit. et ap. Azonem in Lect. l. c.

uu) Cod. Cantabr.: *ibi positam.*

D. eod. Tit. (16, 3.) *L.* 1. (§. 22.). *Alii* contra, scilicet quum depositarius dolo fecerit, arg. *D. Depositi* (16, 3.) *L. Si quis infic.* (13.) §. *ult.*.

§. 246.

Eodem Titulo (C. 4, 34.) *L. penult.*

An depositario compensatio aut ius retentionis propter impensas competat?

Differunt etiam in *L. penult. eiusd. Tit.* (C. 4, 34.) in illo verbo: „*vel doli exceptionem etc.*" propter inpensas factas in deposito v), quod potest, ut vides in commodato, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2, L.) *Si quis rem* (20.) et *D. Commodati* (13, 6, L.) *In rebus* (18.) §. *ult.*, in quo etiam compensatio non opponitur, ut *C. Commodati* (4, 23.) *L. ult.* Sed *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et dicit, speciale esse in deposito, aliud autem in commodato, ut in *Legibus* praedictis, et probat *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) sententiam suam ex *Lege C. de Compens.* (4, 31.) *L. ult.* et per *penult. L. huius Tituli* cit. loco x).

§. 247.

C. Eod. Tit. (4, 34.) *Auth. Sed iam cautum est* (11.).

Quis depositi restitutionem depositario interdicere possit?

Item differunt in *C. eod.* (4, 34.) *Auth. Sed iam cautum erit, ne quis extrinsecus.* *M.* (*Martinus*) praeter depositorem xx) dicit. *Bul.* (*Bulgarus*) et *Al.* (*Albericus*) dicunt, praeter dominum, cui hoc ex aequitate permittitur, ut *D. Depositi* (16, 3.) *L. Bona fides* (31.). *Cy.* (*Cyprianus*) dicit, praeter depositorem et eius successorem, nisi qui interdicit, dicat, depositorem suum servum esse, in quo casu differenda est

§. 246. *Azo* in Lect. ad L. penult. C. Depositi l. c. p. 327. et ad L. ult. C. de Compens. l. c. p. 321. Gloss. v. *Exceptionem* L. penult. C. Depos. Gloss. v. *Depositi* §. 30. Inst. de Act. *Glück* l. c. T. XV. p. 75. sq. p. 199. sqq.

§. 247. *Azo* in Lect. ad Auth. Si iam caut. l. c. p. 328. Gloss. v. *Extrinsecus* Auth. cit. Gloss. v. *Extrinsecus* Nov. 88, c. 1. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. C. cit. l. c. fol. 255[a]. *Glück* l. c. T. XV. p. 191. sqq.

v) Add. *P.* (Placentinus) *dicit.* Cf. gloss. v. *Exceptionem* cit. et *Azo* l. c.

x) Ita Cod. Cantabr.; Cod. Par. et Stuttg.: *c. l.* Cod. Bamb.: *ȝ. l.*

Cf. §. 22, not. *c.* §. 23, not. *f.* §. 35, not. *q.*

xx) De *Ioanne* cf. gloss. v. *Extrinsecus cit.* et Azo. l. c.

restitutio depositi, arg. *C. de Ordine cognit.* (7, 19.) *L. Si status* (4.) et *L. Quum status* (5.).

§. 248.

C. Mandati (4, 35.) *L. A procuratore* (13.).

§. 249.

Eodem Titulo (C. 4, 35.) *L. Per diversas* (22.).

§. 250.

C. Si servus se emisse mandaverit (4, 36, L. un.).

Quae actio nascatur ex L. un. C. Si servus se extero?

Differunt in illo *Tit. Si servus se emisse* y) *mandaverit* (C. 4, 36.), ubi dicit: „*quod si servus extraneo se mandavit emendum, quod actio non consistit, tamen optima ratione, quia non id agitur, ut ex ipso mandato, sed propter mandatum ex alio contractu nascatur actio etc.*“, scilicet ut actio adquiratur. *Quidam* ita intelligunt, scilicet ex utroque contractu. Sed *M.* (*Martinus*) contra. Item *Placentinus*. *Idem* et dicit, non confirmari mandatum. *Bul.* (*Bulgarus*) dicit, quod confirmatur. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) vero, secundum quod *Bul.* (*Bulgarus*) dixit, utilem mandari ab imperatore actionem.

§. 251.

Eodem Titulo et Eadem Lege (C. 4, 36, L. un.).

Utrum ex L. un. C. Si servus se extero actione mandati ad tradendam, an ad manumittendam an ad consequendam ancillam agatur?

Item differunt in ead. *L.* (C. 4, 36.), ubi dicit: „*quod si* (nec) *tradita es, nec es manumissa, quod non potes agere*

---

§. 248. *Vet. Coll.* §. 9. *Rog.* §. 58., *Supra* §. 29.

§. 249. *Vet. Coll.* §. 45. *Rog.* §. 14.

§. 250. *Placentinus* in Summa Tit. C. Si servus se extero l. c. p. 171. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 115a. et in Lect. eod. l. c. Gloss. v. *Ex ipso mandato* L. un. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. Tit. l. c. fol. 257. sqq. *Christinaeus* l. c. Vol. III. dec. 50. p. 352.

§. 251. *Placentinus* l. c. *Azo* in Summa l. c. et in Lect. l. c. p. 334. *Hug.* Dist. XC. in Adc. II. §. 21. Gloss. v. *Mandati agetur* L. 54. D. Mandati. Gloss. v. *Contrarias actiones* L. un. C. Si servus se extero.

y) Edd.: *Si servus extero se emi mand.*

mandati de ancilla et ex emto de pretio consequendo". Illud verbum, quod dicit: „*non potes agere de ancilla*", *Quidam* ita intelligunt, ut *Placent(inus)* de manumittenda; *Nos* de tradenda. Qualiter autem eius confirmetur opinio, alias scripsimus yy). *Quidam* autem volunt intelligere de consequenda, non de manumittenda recte agit et recepto pretio et hoc, si ratio adfectionis interveniat, ut *D. Mandati* (17, 1.) *L. Quum servus* (54.).

§. 252.

§. *Eodem Titulo* z) (C. 4, 36, L. un.).

An ex L. un. C. Si servus se extero pretio non soluto rei vindicatio competat?

Item differunt in *f. eiusd. L.* (C. 4, 36.), ubi dicitur, „*quod est in electione eiusdem, utrum velit consequi pretium vel mancipium. Bul. (Bulgarus), Mar. (Martinus)* intelligunt, quod potest repetere mancipium per rei vindicationem, quoniam, nisi pretium fuit solutum vel alias satisfactum, dominium a venditore non videtur discessisse, ut in *Inst. de Rer. divis.* (2, 1.) §. *Venditae vero* (41.). Sed *Bul. (Bulgarus)* intelligit, hic fidem habitam emtori de pretio; unde dominium est translatum, ut *D. de Tribut. act.* (14, 4.) *L. Procuratoris* (5.) §. *Si plures* (15.) et in (*D.*) *de Contrah. emt.* (18, 1, L.) *Quod vendidi* (19.) et in *Inst. de Rer. div.* (2, 1.) §. *Venditae* (41.). *Iob. (Ioannes Bassianus)* idem dicit, quod *Bul. (Bulgarus)*, et dicit, numquam dari rei vindicationem, quia, si erat solutum pretium emtionis, esse non potest. Item si non emtionis, sed peculiare a) vel nullum solutum fuit, non est in arbitrio venditoris, quum agit rei vindicatione, quae magis consequitur, quia emtor habet electionem. Offerendo enim pretium retinebit rem, ut *D. Mandati* (17, 1.) *L.* 5. (§. 2.). Secundum *Iob. (Ioannem Bassianum)* aa).

§. 253.

C. de Rescindenda venditione (C. 4, 44.) *L.* 2.

Quando emtor enormiter laesus dicatur?

Dissentiunt in *C. de Rescind. vend.* (C. 4, 44.) *L.* 1. et

---

§. 252. *Azo* l. c. *Hug.* Dist. XC. cit. Gloss. v. *Contrarias actiones* L. un. C. Si servus extero.
§. 253. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Rescind. vend. l. c.

yy) Sc. in Dist. XC. Cum *Hugolino* consentit *Ioannes* in gloss. cit.

z) Inscriptio §. deest in codicibus praeter Parisiensem.

L. 2., ubi dicitur, quod potest rescindere venditionem, si deceptus sit, etsi minus pretium habeat. „*Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars veri pretii soluta sit*". Unde dominus *Azo* dicit, quod idem sit in emtore, ut si quis rem, quae X valebat, emeret pro XVI, quod emtor, si voluerit, potest rescindere venditionem, quia deceptus est ultra dimidiam iusti pretii; et hoc ita probat: verum et iustum pretium erat in X et deceptus est in VI, ergo ultra dimidiam iusti pretii, id est, ultra dimidiam X; nec *Lex* dicit, quod debeat esse deceptus in duplum, sed tantum in dimidiam iusti pretii, ut *C. de Rescind. vend.* (4, 44.) *L.* 2. et *L. Si voluntate tua* (8.). Sed *Pla.* (*Placentinus*), *Al.* (*Albericus*) et *M.* (*Martinus*) et *Alii Sapientes* dicunt contrarium et dicunt, quod non potest agere, nisi sit deceptus in duplum, et hoc ita probatur. *Lex* dicit, quod tunc potest rescindere venditionem, si non habet dimidiam iusti pretii. Hoc ita intelligi, si sit deceptus in duplum b). Nam deceptus est in duplum, quia ipse venditor debuisset accepisse X et non accepit nisi quattuor. Unde deceptus est ultra duplum, quod debuisset accepisse. Per similitudinem et iste emtor, qui emit rem, quae valebat X, pro XVI, non est deceptus in duplum, nisi XX c) dedisset; unde non ei subvenitur et ita per consuetudinem adprobatur et ita probo sententiam *Alb.* (*Alberici*) et *Aliorum*.

§. 254.

Eodem Titulo (C. 4, 44.) *L. Dolus* (10.).

De in integrum restitutione venditoris adversus dolum emtoris d).

Differunt in *eod. Tit.* (C. 4, 44.) *L.* illa *Dolus* (10.), ubi dicitur, „quod si dolus intervenit in venditione, quod restitutio

p. 176. *Azo* in Summa Tit. C. cit. n. 4. l. c. fol. 121 a. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 341. Gloss. v. *Iudicis* L. 2. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. cit. l. c. fol. 263 a. *A. Pinellus* comm. ad Rubr. et ad L. 2. C. de Rescind. vend. c. adn. *Em. Soarez* Rint. 1667. P. 1. c. 2. n. 7. *Glück* l. c. T. XVII. p. 35. sqq.

§. 254. *Azo* in Lect. ad L. 10. C. de Rescind. vend. l. c. p. 342. *Hug.* Dist. XLI. Gloss. *Si in hoc ipso* et gloss. v. *In integrum restitutio* L. 7. pr. D. de Dolo. *Burchardi* l. c. p. 381, 343. sqq. 369. sq. 417.

a) Cod. Cantabr.: *pupillare.*

aa) Gloss. cit. nominat *Py.* (Pilium).

b) vv. *et hoc ita — in duplum* desunt in Cod. Cantabr.

c) Glossa, Azo et Odofredus: *XXI.*

d) Ita Cod. Cantabr.

datur". *Quidam* dicunt, dari restitutionem non contra eum, qui rem tenet, sed contra eum, qui rem vendidit. *Alii* alio modo intelligunt, quod dicitur, „*restitutio competit*", ut contractus rescindatur, si minor fuit, alioquin nón; sed purgatur dolus, veluti agendo ex vendito. Sed sunt *Quidam*, qui dicant: hic non agitur de restitutione praetoria, quae quadriennio post maiorem aetatem clauditur, sed de civili, quae perpetuo competit, et sic glossulant: „*in integrum restitutio competit*", id est agere poterit, ut dolus purgetur, et hoc dicunt de omni dolo, sive contractui caussam dedit sive incidit, quod *Mihi* non placet; imo intelligo de dolo, qui incidit in contractum, non de eo, qui caussam dedit, secundum *M.* (*Martinum*), ut *D. de Dolo* (4, 3, L.) *Eleganter* (7, pr.) et *C. Quod met. cau.* (2, 20.) *L.* 3.

§. 255.

C. Si quis alteri vel sibi (4, 50.) *L. Multum* (6.).

§. 256.

Eadem Lege i. f. (C. 4, 50, 6.).

Quomodo emtio alterius nomine fiat et an eodem modo per nuntium quam per procuratorem celebretur [dd].

Item differunt in fine *eiusd. L.* (C. 4, 50, 6.) ibi: „*Si vero ab initio etc.*", ubi dicitur: „*quod non quaesivisti actionem nec tibi, quia nolueris, nec illi, quia non potueris*", quod verbum intellexit dominus *M.* (*Martinus*) in negotiorum gestore tantum, ut et litera videtur sonare. Quid autem dicebat in procuratore? Nam in illo dicebat, quod, etiamsi dixisset: „vendis mihi istam"? quaeretur utilis actio domino, ut arg. *D. de Act. emt.* (19, 1.) *L. Iulianus* (13.) §. *Si procurator* (25.). Sed *Quidam*, inter quos est dominus *Azo*, dicunt contrarium. Dicunt enim, quod, sive sit ille procurator sive negotiorum gestor, qui dicit, „vendis illi"? nihil agit,

---

§. 255. *Cod. Chis.* §. 121.

§. 256. *Azo* in Summa Tit. C. Si quis alteri fol. 225 b. et in Lect. eod. l. c. p. 350. Gloss. v. *Potes* L. 6. C. eod. Gloss. v. *Utilis* L. penult. C. ad Exhib. Gloss. v. *Admiserint* L. 3. C. de Donat. quae sub modo. *Odofredus* ad L. 6. C. cit. l. c. fol. 269 a. *Mühlenbruch* l. c. p. 75. sqq.

dd) Ita Cod. Cantabr.

arg. *D. de Constit. pec.* (13, 5.) *L. Eum, qui* (5.) §. *Item si mihi* (5.) et §. *Iulianus* (6.) et *D. de Contrah. emt.* (18, 1.) *L. Fundus* (64.). Ergo ad hoc, ut valeat et teneat contractus, necessarium est, ut ita dicat: „vendis mihi nomine illius"? Idem est, si tacite in corde retineat. Secus autem est in nuntio, quia dominus voluit contractum in personam nuntii celebrari, sicut et vides in epistola; nam ista paria sunt, ut arg. *D. de Contrah. emt.* (18, 1.) *L.* 2. in *fine*. Ergo nuntius, quaecumque verba dicat, valet contractus utroque consentiente; non enim nuntius contrahit, sed dominus per eum, ut per epistolam, eiusque rei manifestissima differentia est inter nuntium et procuratorem, quod dominus procuratori in sui persona voluit contractum celebrare, in nuntio contra, ut *Supra* dictum est. Secundum *Azo* (*nem*) e).

An ex alieno pacto utilis actio ei detur, in cuius persona conceptum est?

Item dicit *M.* (*Martinus*), quod ex alieno pacto utilis actio datur ei, in cuius persona conceptum est, et hoc exemplo *C. ad Exhib.* (3, 42.) *L. penult. C. de Donat., quae sub modo* (8, 55.) *L. Quotiens* (3.). *Bul.* (*Bulgarus*) vero et *V.* (*Hugo*) et *Iac.* (*Iacobus*) ee) dicunt, non dari, nisi expressim dixit, quum iuris regula sit, ex alieno pacto actionem non dari.

§. 257.

C. de Rebus alienis non alienandis (C. 4, 51.) *L. ult.*

§. 258.

C. de Pact. int. emt. et vendit. (4, 54.) *L.* 2.

§. 259.

C. de Emphyteutico iure (4, 66.).

---

§. 257. *Cod. Chis.* §. 18.
§. 258. *Cod. Chis.* §. 133.
§. 259. *Vet. Coll.* §. 77. *Rog.* §. 80.

e) Cod. Bamb. addit: *In alieno pacto.* In Cod. Cantabr. desunt XVII literae.

ee) Gloss. v. *Utilis: Io.* (Ioannes) loco *Iacobi.*

§. 260.

Praedicto Titulo (C. 4, 66, 3.).

Emphyteuta emphyteutae si vult vendere, cuius consensus requiratur f)?

Item differunt in *f. eiusd. L. ff*). Pone, quod ego concessi tibi in emphyteusin aliquam rem: deinde tu rem alii mea voluntate das in emphyteusin g). Ille secundus emphyteuta vult alienare; quaeritur, an prioris domini, scilicet mei, et non secundi, scilicet tui, debeat requiri voluntas. Et *Quidam* dicunt de secundo, *Alii* de primo, quia secundus habet caussam ab eo. Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* dicunt, quod primi domini tantum exploretur voluntas, quia, quum *Lex* hoc dicat, „domini tantum voluntatem inquirendam", et primus emphyteuta desiit dominus esse alienando emphyteutae suo, nec civiliter nec naturaliter possideat, non est eius inquirenda voluntas. Item a domino, qui induxit eum in possessionem, videtur habere caussam, arg. *D. de Religio.* (11, 7,) L. 1, §. 1. h) et *ad* (Sc.) *Silan.* (29, 5.) *L.* 1, §. 1. et *C. Depositi* (4, 34.) *Auth. Sed iam cautum est* (11.), et ut plene omnia *Infra* percipies in *quaestione scholastica.*

§. 261.

C. de Sponsalibus (5, 1, L.) *Mulier* (5.).

Pactum de sponsalibus an actionem pariat?

Differunt in *C. Tit.* illo *de Sponsalibus* (5, 1.) in *L.* illa *Mulier* (5.), scilicet an pactum sponsalium pariat actionem. Quod non credo, sicut nec stipulatio poenae, si manumittatur vel non, ut *C. Si mancip.* (4, 57.) *L. Ea* (5.), sicut nec pactum in mutuo, etsi in continenti opponatur pro usuris, ut *D. Si certum* (12, 1, L.) *Lecta est* (40.). Similia etiam licet

---

§. 260. *Azo* in Summa Tit. C. de Iure emphyt. l. c. fol. 134 a. et in Lect. ad L. 3. C. eod. p. 367. Gloss. v. *Aliis vendere* L. 3. C. cit.
§. 261. *Glück* l. c. T. XXII. p. 409. T. XXIII. p. 73. sqq.

f) Vid. gloss. v. *Aliis vendere.* Cf. *Azo* l. c. Desumta enim est haec Quaestio ex Azonis Summa; is tamen habet: *exquiratur* pro *exploretur*, *requirendam* pro *inquirendam*, *alienando emponemata sua* pro *alienando emphyteutae suo.*

ff) vv. *i. f. eiusd. L.* recepi e Cod. Stuttg.

g) vv. *aliquam rem — emphyteusin* desunt in Cod. Stuttg.

h) Ita etiam Glossa. Leg. *L.* 2, §. 1.

invenire, ut *C. Locati et cond.* (4, 65.) [i], arg. *Supra de Episcop. aud.* (C. 1, 4, L.) *Si leg.* (16.) et *Supra de Pact. int. emt. et vend.* (4, 54.) *L. ult.* [k]) et *D. Si certum pet.* (12, 1, L.) *Rogasti* (11.) §. *Si tibi* (1.) et *C. de Iur. dot.* (5, 12, L.) *Avia* (6.) et *C. de Pact. conv.* (5, 14, L.) *Quamvis* (3.) et (D.) *de Relig.* (11, 7.) *L. Quodsi* (28.) [l]) et *Supra de Pact.* (D. 2, 14.) *L. Nemo* (61.) et *Soluto matrim.* (D. 24, 3, L.) *Quotiens* (29.). *Cy.* (*Cyprianus*) autem dicit, quod hoc pactum parit actionis auxilium, non quantum ad hoc, ut persona personae coniungi compellatur, sed quoad ius pecuniarium.

§. 262.

C. de Donat. ante nupt. (5, 3.) *L. Ea, quae* (5.).

An is, qui constante priore matrimonio sponsalia celebravit, donationem propter nuptias a sponsa repetere possit?

Differunt in illo *Tit. C. de Donat. ante nupt.* (5, 3.) *L. Ea, quae* (5.), ubi dicitur, quod si quis habeat uxorem et postea aliam duxit sponsam et ei donationem propter nuptias promisit, quod ipsa petere non potest. Sed quid, si dedit, an repetere possit, quaeritur. *Mar.* (*Martinus*) dicit, quod sic, ut *D. de Donat. int. vir. et ux.* (24, 1.) *L. Quia* (6.) et *L. Si sponsus* (5.) §. *ult.* *Alii* dicunt, quod non repetit, ut *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo*, et hoc, quia utrimque versatur turpitudo, arg. *Supra de Condict. ob turp. causs.* (C. 4, 7.) per totum *Titulum* et *D. de Cond. ob turp. causs.* (12, 5.) *L.* 1. et 2. Sunt et *Quidam Alii*, qui voluerunt dicere, quod ab ea auferatur et fisco adplicetur, tamquam ab indigna ablatum [m]), ut *D. de Donat. int. vir. et ux.* (24, 1.) *L. Quum hic status* (32.) in *f.* Sed quod dicit *M.* (*Martinus*) cum distinctione comprobat, quia refert, utrum scit, se habere uxorem, an non; ut, si credat, se non habere uxorem, forsan, quia falso rumore prolato audivit, eam mortuam esse, tunc posset repetere, alioquin contra; et pro sententia *Mar.* (*Martini*) adlegatur, quod aliud est dare, ut aliquid turpe fa-

---

§. 262. Quaestio fuse et mendose scripta. *Azo* in Lect. ad L. 5. C. de Don. a. n. l. c. p. 369.

i) Lex ipsa om. in Codd.

k) vv. *lecta est* — *ult.* des. in Cod. Cantabr.

l) Cod. Stuttg. et Bamb.: *qui si.*

m) *ablatum* deest in Cod. Stuttg.

ciat, hoc adiecto expressim, et tunc remanet n) apud accipientem propter crimen; aliud, quum datur nulla o) caussa adiecta, et ita aliquam non provocat ad turpitudinem propter tale donum, et sic non remanet apud accipientem tacita caussa non sequuta, sicut et in caussa ista dicitur, *Ea*, *quae etc.* (C. 5, 3, 5.), quia hic non provocavit eam propter talem donationem ad sponsalia, quae iam erant contracta p), caussa tacita non sequuta, scilicet non sequuto matrimonio, quod caussa tacita est, ut in *ead. Lege* (C. 5, 3, 5.), quum veterum repetitio datorum dabitur, et sic distinguas inter caussam tacitam et expressam, ut in expressa non repetatur, et sic intelligantur omnes *Leges*, quae contra eum adlegantur, scilicet ut caussa tacita non sequuta detur repetitio, ut hic et in *Legibus*, quae pro eo adlegantur. Item non potest dici, quod fisco deferatur, quia ista nesciebat, ipsum uxorem habere. Sed ibi puella sciebat, tutorem suum esse, et hoc est, quod dicitur in *Lege* ista: „*ficto coelibatu etc.*“; vel, etiamsi poneretur, istam modo de facto desponsatam scivisse, istum uxorem habuisse, tamen, quia contingit, mulieres et homines mori, propter adfirmationem credidit ei, quia adfirmabat, mortuam esse, non debet auferri, tamquam ab indigna, nec obstat, quod ibi (D. 24, 1, 32, i. f.) dicitur, scilicet „*si senator libertam vel tutor pupillam duxerit vel quivis alius, qui tali matrimonio iungi prohibetur etc.*“ Intelligas similiter istis „*Quivis*“, non intelligas de coniugato q), ut dixi. Sed contra *M.* (*Martinum*) aliter potest intelligi litera illa, ut loquatur de omnibus, quae prohibentur; et multo magis deberet esse in coniugato, scilicet ut auferatur, quam in pupilla, quia magis petat, et aut dices secundum sententiam tuam, apud ipsam remanere, quum ex parte dantis tantum turpitudo versatur, aut aufertur r) ab ea, tamquam ab indigna. Sed tamen cum distinctione posset salvari tua opinio, ut continetur in *glossula*, quae incipit: „*sed si dederit etc.*“, et ita respondetur *Legi* tuae, in qua ita dicitur: „*quia, quod ex non concessa donatione etc.*“ (D. 24, 1, 6.), quod istud non sit propter hoc, quia donatio non sit concessa, sed fit ideo, quia

n) Cod. Stuttg.: *retinet.*

o) *nulla* abest a Cod. Cantabr.

p) Cod. Par. et Stuttg.: *contracta unde caussa.*

q) Locus corruptus. Cod. Par.: *simul i. convidius.* Cod. Cantabr.: *sim. i. quidvis non int. et de c.*

r) Cod. Stuttg.: *offeretur.* Cod. Cantabr.: *auferetur.*

non sunt concessa sponsalia; sed ibi loquitur de donatione, quae non est concessa, ut puta, quae fit inter virum et uxorem, ut *D. de Donat. int. vir. et ux.* (24, 1.) *L.* 1. et 2. et 4. s) §. *pen.* et *L. Si res exstincta* t).

§. 263.

Eodem Titulo (C. 5, 3.) *In Auth. Dos data* (20.).

Utrum uxori dote data de donatione propter nuptias constituenda agendum sit an de tradenda?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 5, 3.) in illa *Auth. Dos data* (20.). Dominus enim *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) ita intelligit „*meretur etc.*", id est, potest agere contra maritum, ut constituat eam, condictione ex hac *Auth.* sive condictione ex Lege. Sed *M.* (*Martinus*) dicit, quod agit mulier, ut sibi tradatur u). Nam ipso iure constituta est in tanta quantitate, quanta dos est in bonis viri, quia dos non potest esse sine donatione.

§. 264.

C. de Secundis nuptiis (5, 9.) *L.* 1.

An poena mulieris, intra annum luctus nubentis, hodie cesset?

Dissentiunt in *C. de Secundis nuptiis* (5, 9.) *L.* 1., ubi poena inponitur mulieri nubenti intra tempus luctus. Dicit enim *Cy.* (*Cyprianus*), quod hodie mulier non patitur poenam, quae nubit tempore luctus, et argumentatur auctoritate illa, qua *Christus* per *Paulum* dixit: „mulier mortuo marito nubat, cuicumque velit, inpune, dum tamen in domino uu), ut in

---

§. 263. *Azo* in Summa Tit. C. de Donat. pr. nupt. l. c. fol. 136 b. et in Lect. ad Auth. Dos data eod. l. c. p. 372. Gloss. v. *Meretur* Auth. cit. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 20. C. eod. l. c. fol. 283 b. *Walch* l. c. p. 63. (ed. IV. p. 86.).

§. 264. *Azo* in Lect. ad L. 1. C. de Secundis nupt. l. c. p. 380. Casus et gloss. v. *Honorarias* L. 1. C. eod. Gloss. v. *Collocare* L. 11, §. 2. D. de His qui not. inf. Gloss. v. *Legalis infamiae* c. 5. X. de Sec. nupt. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. h. t. l. c. fol. 288 a. *Brunnemann* ad L. 1. C. de Sec. nupt. l. c. p. 553. n. 14. 15. 16. *Gonza-*

s) Potius L. 5, *pr. sq.*

t) An *L. Si res* (donatae) *exstant* (36.)?

u) Gloss. v. *Meretur cit.* commemorat *Azonem.*

uu) Rom. c. 7., v. 2. sq. et 1. Cor. c. 7. v. 39. Totus locus desumtus est ex *Cypriano*, Testimon. Lib. III, c. 62. Itaque non est *Cypriani* glossatoris.

Decretalibus dicitur IX, c. 1. et 3. et 4. et 5. et 6. et 7. et 8. et 9. et 10. *v*) et *Ca. VII. qu. I. c. Si*(cut) *alterius* (39. §.) *Unde vv*). Dominus autem *Azo* dicit contra, et dicit, auctoritatem *Apostoli* loqui quoad matrimonii substantiam. Nam bene valet matrimonium, et ideo dixit *Apostolus*: „nubat, cuicumque velit". Tenet enim matrimonium, etiamsi luctus tempore fiat, ut in *Auth. de Restitut. et ea, quae parit Coll. IV.* (Nov. 39.) §. *Unum* „*Si quis ad legitimas etc.*" *x*) (c. 1. i. f. et c. 2.), et sine poena nubit, quantum ad *Deum*, nimia autem festinatio bene punitur, ut in *Lege* illa (C. 5, 9, 1.) dicitur; vel forsan dictum *Apostoli*, scilicet „nubat mortuo marito, cui velit", intelligas post annum. Sed prima responsio verior videtur. Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 265.

C. de Iure dotium (5, 12, 1.).

Quae actio marito ob evictam dotem aestimatam competat xx)?

Differunt in *C. de Iure dotium* (5, 12, 1.). Dicunt enim *Quidam*, quod, ubi dos datur aestimata, quia venditio contrahitur, matrimonio tamen dissoluto per actionem ex vendito repetetur aestimatio, sicut a patre viri ex emto agitur, ut *C. de Iure dot.* (5, 12.) *L.* 1. et *D. eod.* (23, 3.) *L. Plerumque* (10.) et *L. Quoties* (16.). Sed hoc non placet *V.* (*Hugoni*) et quibusdam *Aliis*, et de novo utuntur tali argumento: Ven-

---

lez *Tellez* l. c. T. IV. p. 314. n. 5. 6. p. 316. sq. *Walch* l. c. p. 65. sq. (ed. IV. p. 88. sq. p. 90.) *Glück* l. c. T. V. p. 184.

§. 265. *Placentinus* in Summa Tit. de Iure dot. p. 205. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 142[b]. et in Lect. ad L. 1. C. eod. l. c. p. 387. Gloss. v. *Marito* et gloss. v. *In factum* L. 1. C. de Iure dot. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. l. c. fol. 293. *Giphanius*, explan. L. 1. C. cit. l. c. p. 398. sq. *Glück* l. c. T. XX. p. 197. sqq. Tit. XXV. p. 80.

v) C. 8. et 10. exc. in Cod. Bamb. Unde ducta sint haec capita, me nescire fateor. Etenim Tituli de Secundis nuptiis tot capita, quot h. l. enumerantur, neque in Veterum collectionum ulla neque apud Gregorium IX. reperiuntur. Suspicor rubricam excidisse. Ceterum huc spectant ex Coll. I. antiqua c. 2. de Sec. nupt. (4, 22.) et ex III. Coll. antiqua cap. un. eod. (4, 16.), quae capita leguntur apud Gregorium IX. *eod.* (4, 21.) c. 4, 5., quorum ultimum editum est a. 1206.

vv) Cf. Decretum Gratiani ed. *Iust. Henr. Boehmeri*, Hal. Magdeb. 1747. 4. T. I. p. 488. Cod. Par.: *alterius iudi.* Cod. Bamb. et Stuttg.: *alterius indi.*

x) Leg. §. *Secundum* (c. 2.). *Super eis, quae ad legitimas* (c. f. pr.).

xx) Ita Cod. Cantabr.

ditio et emtio contracta fuit ab utraque parte, ut *eod. Tit.* (23, 3.) *L. Quoties* (16.); ergo nascitur actio emti et venditi, ut probatur per *Legem* praedictam *Plerumque* (10.) §. *ult.* et *C. eod.* (5, 12.) *L. Quoties* (5.) et *D. de Act. emt. et vend.* (19, 1.) y) *L. Ex emto* (11.) et in *Inst. de Contrah.* yy) *emt. et vend.* (3, 23, §.) *Sed nostra decisio* (1.). Praeterea pactum adpositum fuit in venditione, quo agitur actione ex emto, ut *D. de Contrah. emt.* (18, 1, L.) *Pacta* (72.). Nec obstat, quod venditio sit finita; nam et ea finita agitur istis actionibus, ut *D. de Contrah. emt.* (18, 1, L.) *Sed et Celsus* (6.) et *D. de In diem addict.* (18, 2.) *L. Imperator* (16.) et *D. de Lege commiss.* (18, 3.) *L. Si fundus* (4.) in *pr.* Sed *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) cum *V.* (*Hugone*) sentit. Idem et *Azo*, et dicunt, quod nulla *Lex* invenitur, quae dicat, quod actio ex vendito competat, imo dicunt, quod actio ex stipulatu competit, ut *D. de Iure dot.* (23, 3, L.) *Plerumque* (10.) §. *Si mulier post divortium* (L. 13.). Praeterea dicunt, quod non est simplex venditio, sed est venditio z) dotis caussa, ut *D. de Iure dot.* (23, 3.) *L. Plerumque* (10.) §. *Si ante matrimonium* (4.) et *L. Quoties* (16.). Imo dixit etiam *Plac.* (*Placentinus*), quod non est venditio, sed quasi venditio etc. Constituitur enim debitor summae, velut pretii, ut *C. eod.* (5, 12.) *L. Quoties* (5.) et *D. de Iure dotium* (23, 3, L.) *Quum post* (69.) §. *Patrona* (6.). Secundum *P.* (*Placentinum*) et omnes *Leges* praedictae, quae loquuntur de danda actione ex emto, loquuntur in aliis venditionibus, scilicet puris. Sed quando fit venditio caussa dotis, non est pura, sed conditionalis, scilicet si nuptiae fuerint, ut *D. de Iure dot.* (23, 3.) *L. Stipulationem, quae* (21.), et nec mireris, quod ex una parte competit actio ex emto et ex alia non, quia idem est et in mandato, ut *D. Mandati* (17, 1.) *L. Potest* (41.). Item nec te moveat, quod agitur actione ex stipulatu, quum hic certum petatur, quia istud est speciale favore dotis, sicut *Infra* legitur *de Rei uxor. act. et ex stip. act.* (C. 5, 13, c. un. §. 9.).

---

y) Cod. Cantabr.: *praedictam Plerumque §. ult. et L. Quot. Ergo nascitur actio empti et vend.*

yy) In edd. deest v. *Contrah.*

z) In Cod. Cantabr. om. vv. *sed est venditio.*

§. 266.

Eodem Titulo (5, 12.) *L. In rebus* (30.).

Dotis dominium utrius sit, mariti an uxoris?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 5, 12.) *L. In rebus* (30.). Dicunt *Quidam*, maritum dominum esse de iure civili et naturali et pleno iure dotalis rei; nam maritus actionem tantum habet in rem dotalem, ut *C. de Iure dotium* (5, 12.) *L. Etsi dotis* (3.) et *L. de His* (11.), et de his maritus solus habet vindicationem rei dotalis; tamen nihilominus poterit uxor rem dotalem vindicare, sed tantum in eo casu, quum maritus abest, ut *D. de Rei iudic.* (42, 1, L.) *Saepe* (63.); aliter vero minime poterit uxor rem suam *a*) vindicare. Quod scilicet dicitur, respondent ad viri praeiudicium *Al.* (*Albericus*), *Mar.* (*Martinus*) *aa*). *Alii* dicunt, uxorem dominam fore de iure naturali, quod patet ex eo, quod dicitur, mulierem in rebus dotalibus praerogativam habere, et hoc dicunt, sive dos sit aestimata sive non. Quum enim rei vindicatio ei competere dicatur, ut in praedicta *L. In rebus* (5, 12, 30.), licet loquatur post solutum matrimonium, constat, dominam esse de iure naturali, quum in rem actio ei competat. Quod autem de iure gentium vel de iure *b*) naturali vel civili dominium habeat, probatur *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. In rem actio* (23, pr.). Item ex eo, quod dicitur, maritum post dissolutum matrimonium restituere debere cum fructibus omnibus et adcessionibus, quidquid eo nomine fuerit consequutus, ut *C. de Rei ux. act.* (5, 13.) §. *Quum autem in exactione* (7.) in *f.* et *D. de Iure dotium* (23, 3.) *L. Quoties* (16.) et *L. Res in dotem* (42.) et *L. Plerumque* (10.) §. 1. et 2. Licet ergo in bonis mariti

---

§. 266. *Cod. Chis.* §. 75. *Azo* in Summa Tit. C. de Iure dot. in f. l. c. fol. 142 a. et ad L. 30. C. eod. p. 393. *Hug.* Dist. XCVII. in Adc. II. §. 22. *Roffredus*, Quaest. sabb. qu. 26. l. c. p. 718. Gloss. v. *Rei veritas*, v. *In rem actionem* et v. *Iure naturali* L. 30. C. de Iure dot. Gloss. v. *Non debuit* L. 3. C. eod. Gloss. v. *In rem actio* L. 23, pr. D. de Rei Vind. Gloss. v. *Quamvis* L. 75. D. de Iure dot. Gloss. v. *Nequisse* L. 9. C. de Rei vind. Gloss. v. *Non inveniretur* L. 14, pr. D. ad L. Falc. Gloss. v. *Patrimonium* L. 3, §. 5. D. de Minor. Gloss. v. *Dotale praedium* et v. *Ipsius sit* pr. Inst. Quib. alien. lic. v. non. *Odofredus* in Lect. sup. L. 12. C. cit. l. c. fol. 297 a. sq. *Glück* l. c. T. XXV. p. 127. sqq. *v. Tigerström* l. c. T. I. p. 230. sqq. p. 400. sqq.

a) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices *tuam*.

aa) *et Pi.* (Pillius) in gloss. v. *Non debuit cit.*

b) *iure* deest in Cod. Bamb.

res sit, tamen mulieris est, ut *D. de Iure dot.* (23, 3.) *L. Quamvis* (75.) *pr.* Nec obstat, quod ipsa habeat hypothecam in rebus dotalibus, quasi rei propriae nullum sit pignus, unde nec domina iure naturali dici posset, ut *D. de Except. rei iudic.* (44, 2.) *L. penult.* in *f.*, quia nec speciale est in isto casu, nec mireris, quum et alias in rebus propriis constat pignus, ut *C. de Secundis nupt.* (5, 9.) *L. Hac edict.* (6.) §. *penult.* Item nec obstat, quod dicitur, maritum esse consequutum dominium rei aestimatae in dotem datae et summae, veluti pretii, debitorem obstrictum esse. Ideo enim dicitur c) „veluti debitorem", quia nec vere debitor est, nec proprie emtor, sed quasi dotis caussa, scilicet futura, debitor dici potest, ut *C. de Rei uxor. act.* (5, 13, L. un. §.) *Sed et novissimi* (9.) in *f.* Item nec obstat, quod dicitur, quod sit vera venditio; nam illud intelligas, quantum ad periculum, ut *D. eod.* (23, 3.) *L. Plerumque* (10.) §. *Si ante* (4.). Si enim stetur in finibus aestimatis, non venditio contrahitur, sed summa declaratur, ut *D. eod.* (23, 3.) *L. Quum post* (69.) §. *Quum res* (7.). Item, quod sit domina, et alia probatur ratione. Nam dicitur d), quod si maritus inveniat thesaurum in fundo dotali, quasi sit in alieno inventus, ut *D. Soluto matrim.* (24, 3.). *L. Divortio* (7, §. 1.) §. *Si fundum* (12.). Sed ad illam responderi potest ex eo verbo, quod ibi dicitur: „*quasi*". Item ex alio verbo *D. Soluto matrim.* (24, 3.) *L. Si constante* (24.) §. *Si maritus* (5.) in *f.*, ubi dicitur: „*saevitia, quae in propriis culpanda est, in alienis coërcenda est*", hoc est, „in dotalibus"; verumtamen ibi potest intelligi in alienis, scilicet spe e), ut ibi dominus *Azo* notavit, et hoc *Quidam* dixerunt. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) vero et dominus *Azo* contra, tam in re aestimata quam in re non aestimata. Nec enim civili seu naturali iure mulier est domina. Quum enim per traditionem iure civili et naturali res nobis adquiratur, ut in *Inst. de Rer. divis.* (2, 1, §.) *Per traditionem* (40.) et *C. de Pact.* (2, 3, L.) *Traditionibus* (20.), constat manifeste, uxorem etiam naturaliter non fore dominam. Si quidem ex caussa dotis aut qualibet ex caussa res nobis tradantur, sine dubio iure naturali transferuntur, ut *Inst. eod.* (2, 1.) §. *Sed si qui-*

c) *dicitur* deest in Cod. Bamb. Cantabr.; *Nam si dicitur* Cod. Cantabr.

d) Cod. Bamb. et Par. *cum sit.*; vv. *probatur ratione* desunt in Cod.

e) Cf. gloss. v. *In alienis* L. 24, §. 5. D. Sol. matr.

dem (40, i. f.); quum ergo mariti dominium factum sit, ut *C. de Dotis promiss.* (5, 11.) *L.* 2. et *C. de Iure dotium* (5, 12, L.) *de His* (11.) et *L. Etsi* (3.) et *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Doce* (9.), constat, quod vindicatio non mulieri dari debeat, utpote nec dominae; quod verum est, ut *C. de Rei vind.* (3, 32, L.) *Doce* (9.) et arg. *Le. Quintus* §. *Argent.* *ee*), secundum verbum ibi positum, scilicet „*verum solvit eam*“. Quod enim dicitur, mulierem non habere in rem actionem, verum est adversus mariti debitores; nam adversus maritum non in rem, sed ex stipulatu actionem habet, ut *C. de Rei uxor. act.* (5, 13.) §. *Quum* (§. 7, med.). Vel dicas: domina est ratione spei, quam habet, futurae scilicet successionis, alias succedendi *f*), ut *D. de Liberis et post.* (28, 2.) *L. In suis* (11.). Aestimatur enim domina aliter vivente, aliter moriente marito, sicut filius aestimatur dominus, etiam vivente patre, ratione spei successionis, ut in *L.* praedicta *In suis* (D. 28, 2, 11.) et in *Inst. de Her. qual. et diff.* (2, 19.) §. *Sed sui* (§. 2, med.) et in *Inst. de Heredit. quae ab int. def.* (3, 1.) §. *Sui autem* (2.). Vel dicas, quod *g*) domina dicatur ratione promiscui usus, quem habet cum marito, et quia una et eadem est caro. Item quia inde alitur et sustentatur, et sic ratione emolumenti, quod uxor habet ex dote, potest dici domina, ut *D. de Iure dot.* (23, 3.) *L. Quamvis* (75.), in *f. Legis*; unde etiam non videtur in rebus mariti propter usum promiscuum furtum facere, ut *C. de Furtis* (6, 2.) *L. Quamvis* (17.) et *C. de Crimine expil. hered.* (9, 32.) *L. Adversus* (4.) et *D. Rerum amot.* (25, 2.) *L.* 1. Vel dicas, quod datur in rem, ratione prioris dominii, ut alias. Vel dicas, quod inproprie dicitur, in rem actionem mulieri dari, sicut inproprie dicitur *h*), hypothecam possidere et dotem. Quomodo enim dotem possidere potest, quae forte iamdiu consumta est, ut *C. eod.* (5, 12.) *In rebus* (30.) et *C. Qui pot. in pign.* (8, 18.) *L. Adsiduis* (12.)? Vel non mireris, si rem vindicet, quamvis domina non sit; nam et qui dominus non est, ut fur, habet vindicationem, ut *C. de Praescr. XXX ann.* (7, 39.) *L. Si quis emtionis* (8.) §. *Sed haec* (2.). Item si dicas eam dominam, per consequentiam oportebit te dicere, duos in solidum habere

ee) Sc. *L.* 27, §. 2. *D. de Auro et arg. leg.* (34, 2.).

f) Cod. Cantabr. et Bamb.: *scilicet alias successionis succedendi.*

g) *quod* deest in Cod. Par. et Cantabr.

h) vv. *in rem — dicitur* bis exstant in Cod. Cantabr.

dominium eiusdem rei. Pone enim, uxorem accepisse rem et sic iure civili dominam esse eamque in dotem dedisse. Hic ex necessitate duo in solidum et civiliter erunt domini, quo nihil falsius, ut *D. Commodati* (13, 6.) *L. Si, ut* (5.) §. *Si duobus* (15.). Item constat, maritum dominum esse omnino, quum ipse in testamento suo servis dotalibus libertatem directam vel fideicommissam dare possit, ut *C. de Iure dot.* (5, 12.) *L. Etsi* (3.). Item est arg., quod sit dominus, ut *D. de Fundo dotali* (23, 5.) *L. Si maritus fundum* (7.). Constat enim, quod dominus sit ea ratione, quia alienum servum directo quis manumittere non potest, ut *C. de His, qui a non domin. manum.* (7, 10.) et *C. de Manumiss. testam.* (7, 2.) *L. Servo tuo* (9.). Nec obstat, quod restituitur soluto matrimonio res dotalis et fructus eius omnes; nam quod meum est, tibi restituere possum; nam et emtor, qui vere dominus est, si redhibitoria agat, non solum ei [i]) servum restituere debet, sed quidquid extra emtoris rem adquisitum est per servum, ut *D. de Aedil. ed.* (21, 1.) *L. Quum autem* (23.) §. *ult.* et *L. Generaliter* (24.). Nec obstat, quod dicitur, „*quod saevitia est in alienis coërcenda, quae in propriis est culpanda*"; „*in alienis*", id est in dotalibus, quia dotales sunt [k]) alieni, ergo non proprii, ut *D. Soluto matrim.* (24, 3.) *L. Si constante* (24.) §. *Si maritus* (5.). Respondent: ideo dicitur alienus, etsi proprius sit, quia abire ab eo dominium speratur, ut *C. Quod met. ca.* (2, 20.) *L.* 3. Nec obstat, quod dicitur de thesauro invento in fundo. Dominus autem *Azo* idem dicit, quod *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), et quod dicitur in *L.* illa *In rebus* (C. 5, 12, 30.), scilicet quod domina est, exponit ipse „naturaliter", ut ibi notavit. Item quod maritus dicatur dominus, probatur *D. Soluto matrim.* (24, 3.) *L. Servus dotalis* (58.), ubi dicitur, quoad hoc, ut iussu uxoris adeat, quod marito reddatur, ex quo patet, quod uxor non est domina, quia, si domina esset, posset etiam a principio servo iubere. Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 267.

In Eod. Tit. et in Ead. Lege [kk]) (C. 5, 12, 30.).

---

§. 267. *Vet. Coll.* §. 17. *Rag.* §. 65.

i) Sc. *venditori.*
k) Cod. Par.: *fiunt.*
kk) Inscriptio §. deest in Cod. Cantabr.

§. 268.

C. de Rei uxoriae actione (5, 13.) §. *Videamus* l) (11.).

Possitne filia heres in dotem institui?

Dissentiunt in *C.* (5, 12.) illa §. *Videamus* (11.), ubi dicitur, quod *filia debet habere dotem praecipuam, etiamsi exheredata sit*, in eo scilicet, utrum filia possit institui in dotem. *M.* (*Martinus*) dicit, non posse, et hoc sic probat. Filia debet institui de eo, quod est in hereditate patris, sed dos non est in hereditate patris, ut *D. ad Falcid.* (35, 2, L.) *Si pater* (14, pr.) et arg. *D. de Minoribus* (4, 4, L.) *Denique* (3.) §. *Proinde* (4.); ergo non potest institui ex dote. Item dos sequitur filiam exheredatam, ut dictum est et *D. de Collat. dot.* (37, 7.) *L. Si pater* (4.); ergo non est in hereditate vel bonis patris; quod si esset, eam non sequeretur. Item potest se abstinere ab hereditate patris, si in hereditate patris m) non est, ergo in ea institui non potest, quum de bonis patris, ut dictum est, institui debeat, ut *D. Quib. mod. pign. v. hypoth. solv.* (20, 6.) *L. Lucius* (11.). Sed, sicut dictum est, fieri potest, ut sit contenta mm) dote, dicendo sic: filia heres esto et sit contenta dote, et sic habeat eam iure n) institutionis, et utitur hoc argumento: Quum enim pater possit eam exheredare, dote contenta, ut *D. de Collat. bo.* o) (37, 7.) *L. Si pater* (4.) et arg. *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Emtor praedium* (65.) §. *ult.*, multo magis potest heredem eam instituere, ut sit dote contenta. Si obiiciatur sic: quamvis dos in hereditate patris non sit, quantum ad possessionem, est tamen quantum ad dominium, contrarium hoc modo probatur p): datione dotis mutatur dominium, ut *D. de Pecul.* (15, 1.) *L. Quoties* (47.) §. *ult.* et in *Inst. de Rer. div.* (2, 1.) §. *Per traditionem* (40.) in *f.*, maxime secundum sententiam illorum, qui dicunt, maritum dominum esse et de iure civili et de iure naturali; rei dotalis ergo dominium non rema-

---

§. 268. *Vet. Coll.* §. 80. *Rog.* §. 83.

l) §. *Videamus* et mox vv. *L. Si pater* desunt in Cod. Cantabr.

m) vv. *Si in h. patris* desunt in Cod. Cantabr. Vet. Coll.: *patris tamen dotem habebit, non ergo dos est in hereditate patris; si in her. patris.*

mm) Codd.: *contempta.*

n) *Vet. Coll. l. c. eam loco institutionis et non iure.*

o) Leg. *do.* i. e. *dotis.*

p) vv. *contr. h. m. pr.* desunt in Cod. Par. et Cantabr.

net penes patrem. *Bul.* (*Bulgarus*) dicit, patrem posse instituere filiam dote, et utitur his argumentis, ut *C.* ******* q) *L.* 3. et *L. ult.*; sed id, quod confertur, videtur esse in bonis patris. Unde videtur, quod pater possit eam instituere ex dote. Quod vero dicitur, non esse in bonis patris, verum est, quantum ad possessionem, sed dominium remanet penes patrem. Nec est inconveniens, si dicatur, filiam esse dominam, quia plures possunt in simul, alias in solidum, habere dominium eiusdem rei, sicut video in uxore et in marito, quod uterque habet dominium, sed alio et alio modo. Item filii intelliguntur domini esse vivente patre, et nihilominus habet pater r) administrationem, ut in *Inst. de Hered. qual. et diff.* (2, 19.) §. *Sed* (2.), et sui, qui post mortem percipere hereditatem non videntur, sed magis liberam administrationem, ut *D. de Lib. et post.* (28, 2, L.) *In suis* (11.) rr).

§. 269.

C. Soluto matrim. (5, 18, L.) *Dos* (4.).

An dos profectitia ad patrem redeat, filia in matrimonio sine liberis defuncta?

Differunt in *C. Sol. matrim.* (5, 18.) *L. Dos a patre profecta etc.* (4.); nam solus *M.* (*Martinus*) dicit, eam ad patrem redire debere, filiis non exstantibus, et hoc probat ex *L. de Collat.* (C. 6, 20.) *Illam* (19.), quae dicit, nepotes debere conferre suis patruis et avunculis, volentes venire ad successionem. Colligitur ergo ex *Lege* illa, quod filia defuncta s) in matrimonio liberis exstantibus, si patri competeret actio, non omnino coarctarentur nepotes ex filia ad collationem. Unde constat, quia possunt conferre et debent, si voluerint habere successionem avitam, possunt et dotem praecipuam habere, hoc est, si eam successionem t) spreverint, et quia dos pro-

---

§. 269. *Vet. Coll.* §. 55. *Rog.* §. 25. *Roffredus*, Ord. iud. Part. IV. Rubr. de Act. ex stip. l. c. p. 272.

q) H. l. in Codd. est lacuna VII literarum. Add.: *dos confertur, ut C. de Coll.* (6, 20.).

r) v. *pater* deest in Cod. Par.

rr) De *Ioannis* et *Placentini* sententia vid. Azonem in Lect. ad L. 29. C. de Inoff. test.

s) Codd.: *Defuncti* mendose.

t) vv. *avitam — successionem* desunt in Cod. Par.

prium patrimonium vel matrimonium est filiae, ut *D. de Minor.* (4, 4,) *L.* 3, §. *Sed utrum* (4.). *Alb'.* (*Albericus*) *u*) idem dicit, quamvis olim contradicebat, ideo, quia sententia *Mar.* (*Martini*) faciebat pro eo in propria caussa. *Plac.* (*Placentinus*) dicit idem et in quibusdam ita respondet: quod dicitur in *C. de Rei ux. act.* (5, 13.) §. *Sileat ob liberos retentio* (5.), tunc obtinet, quum matrimonium est solutum divortio, et quod dicitur in *D. de Iure dot.* (23, 3.) *L.* 1. et *L. Iure suc.* (6.), ibi scilicet: „*patrem damnum pecuniae et filiae amissae non debere sentire*", tunc locum habet, quum defuncta est filia sine liberis; nec sine liberis *v*) decedit, qui nepotem relinquunt, ut *D. de Verb. sign.* (50, 16, L.) *Liberorum* (220.). Praeterea hanc sententiam confirmat ex *L.* illa *D. de Pact. dot.* (23, 4, L.) *Inter soc.* (26.) §. *Quum inter* (3.) et *D. Sol. matrim.* (24, 3, L.) *Post dotem* (40.). Confirmat etiam sententiam hanc per *L. C. Fam. herc.* (3, 36.) *L. Uxor* (2.) *x*) et non aliter arg. *D. de Pact. dotal.* (23, 4, L.) *Si pater dotem* (12.) et *L. Si inter virum et uxor.* (24.) et *L. Si inter socerum* (26.) §. *Quum inter patrem* (2.). Ergo dos non potest retineri nisi ex pacto, etiam filiis exstantibus. *Alii y*) contra; dicunt enim, profectitiam dotem patri omnino esse restituendam, non habita distinctione exstantium liberorum, ut *C. Sol. matrim.* (5, 18.) *L. Dos a patre* (4.) et *C. de Rei uxor. act.* (5, 13.) §. *Sileat* (5.), et quia succursum est patri filia amissa, loco solatii succedendo ei, et reddatur ei dos a patre profecta, ne et filiae et pecuniae damnum sentiat, ut *D. de Iure dot.* (23, 3.) *L.* 6., et quia per pactum videtur remanere apud virum, pro numero exsistentium liberorum, ut *D. de Pact. dot.* (23, 4.) *L. Inter* (26.) et *L. Si pater* (12.), ex qua utraque pars argumentatur. Nec obloquitur, quod dos sit proprium filiae matrimonium, et etiam peculium dicitur vel pusillum proprium patrimonium servi, ut *D. de Peculio* (15, 1.) *L. Quoties* (47.) in *f.* *Mar.* (*Martinus*) argumentatur ex quadam *Lege D. ad*

---

u) Cod. Cantabr. *Albertus.* Ita etiam *Azo* in Lect. l. c. p. 409. Vid. *Supra* §. 69, not. *f.* *Infra* §. 314, not. *qq.* Scribendum tamen *Albericus*; nam *Odofredus* in Lect. ad L. 4. C. Sol. matr. et ad L. 6. D. de Iure dot. tribuit hanc sententiam, quam fuse exponit, Alberico. Cf. *Vet. Coll.* l. c. et *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 195.

v) In Cod. Cantabr. om. vv. *nec s. liberis.*

x) Codices add.: *L. Donationis. Si vero.* Sed talis lex non reperitur in *Tit. C. fam. herc.*

y) *Bulgari* non fit mentio. Cf. Vet. Coll. l. c. not. *e.*

gem Falc. (35, 2.) *Si tacitum pactum* z) et *D. de Coll. dot.* ', 7.) *L. ult.*, ubi dicit a), dotem in rationem Falcidiae non duci, etiamsi pater hoc petierit, quia dos in hereditate pas non reperitur. Dos, inquam, in solidum in rationem ılcidiae non deducitur, scilicet iure institutionis, sed in quarm iure naturae inputatur, ut *C. de Rei ux. act.* (5, 13.) §. *ıumque iuris* b) (§. 11, med.).

§. 270.

C. Ne fideiussores dotium dentur (5, 20.) *L.* 2.

Fideiussores dotium an teneantur?

Dissentiunt in illo *Tit. Ne fideiuss. dot. dent.* (5, 20.) '. 2., ubi dicit, „*quod nulla est fideiussio vel mandatum pro ote exigenda a marito vel a patre eius*", ex qua *Lege* dicunt *)uidam*, quod, si maritus praestitit, fideiussores non teentur, etsi sponte fideiusserint, secundum *Azo.* (*Azonem*), t hoc ideo, quia propter publicam utilitatem prohibitum est, ıe fideiussores vel mandatores dotium dentur. *P.* (*Placentiıus*) contra, et alia ratione, quia hoc prohibitum est, poena ıon adiecta, si qua fiat; unde sufficit prohibitio, ut *C. de Leribus et const.* (1, 14, L.) *Non dubium* (5.). Si autem poena uisset adiecta, valeret prohibitum, ut in muliere contrahente matrimonium intra annum luctus, secundum *R.* c) (*Rogerium*). *Alii* contra, sciente d) tali argumento. Nam testamentarius tutor satisdare non debet; si tamen fideiussores dedit, tenentur fideiussores, ut in *Inst. de Satisd. tut.* (1, 24.) et *C. de Tutor. et cur. qui satis non ded.* (5, 42, L.) *Non omnium* (4.). Sed illud intelligitur ideo esse, quia non prohibetur, ne sa-

---

§. 270. *Placentinus* in Summa Tit. C. Ne fideiuss. dot. l. c. p. 216. *Azo* in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 148a. et in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 411. Gloss. v. *Vir uxori fideiussorem* L. 1. C. Ne fideiuss. dot. dent. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. Ne fideiuss. dot. l. c. fol. 307b. sq. *Brunnemann* in Tit. C. cit. l. c. p. 591. *Christinaeus* l. c. Vol. III. dec. 141. p. 488. *Glück* l. c. T. XXVII. p. 231. *Tigerström* l. c. T. I. p. 347. sqq.

z) Leg. *L. Si tacitum* (13.) *et L. Pater* (14.) Cf. Vet. Coll. l. c.

a) Sc. *L.* 14. *D. ad L. Falc.*

b) Cod. Bamb.: *Eum qui.* In glossis L. 4. C. Sol. matr. et L. un. C. de Rei uxor. act. commemorantur *Ioannes* et *Azo*. De *Ioanne* cf. Azo in Lect. ad L. 4. C. Sol. matr. et ad L. un. C. de Rei ux. act.

c) Cod. Bamb. *Az.* (Azonem).

d) Locus corruptus. Cod. Par. et Cantabr.: *fieri;* Cod. Bamb.: *scente* i. e. *sciente*. Cf. gloss. v. *Vir uxori cit.*

tisdet, sed dicitur, non cogitur satisdare. Sed hic aliud est, quia hic nulla est fideiussio, ut dicit *Lex* ista.

§. 271.

C. de Naturalibus liberis (5, 27.) *Auth. Si quis* (*L.* 11.).

§. 272.

C. de Curatore furiosi (5, 70.) *L. ult.* (§. 3. i. f.).

Quatenus petitio bonorum possessionis Lege Constantiniana sublata sit?

Differunt in *C. de Curat. fur.* (C. 5, 70.) *L. ult.* (§. 3. i. f.), ubi dicit, quod petitio bonorum sublata est *Constantiniana Lege*. *Quidam* intelligunt, quod petitio sublata sit, id est, ius petendae bonorum possessionis, id est, sollemnitas illa e) petendae bonorum possessionis dicitur sublata.

§. 273.

De Furtis (C. 6, 2, L.) *Si abducta f)* (10.).

De usucapione rei furtivae.

Dicunt *Quidam:* interdum furtum fit et adficitur res et persona vitio, ut puta, quum aliquis subripiat rem alienam, et tunc effecta est res ipsa vitiosa g) et usucapi non poterit, antequam in domini perveniat potestatem, ut *D. de Usucap.* (41, 3, L.) *Sequitur* (4.) §. *Quod ait h)*, et persona adficietur vitio, quia furti actione obligata ad duplum tenetur, ut *C. de*

---

§. 271. *Rog.* §. 34.

§. 272. *Azo* in Lect. ad L. ult. C. de Cur. fur. l. c. p. 444. et ad L. ult. C. Qui admitti ad bon. poss. l. c. p. 464. Gloss. v. *Antiqua* L. ult., §. 3. C. de Cur. fur. Gloss. v. *Testatio* L. ult. C. Qui admitti ad bon. poss. Gloss. v. *Possessionis* L. 20. D. de Except. praescr. *Brunnemann* ad L. ult., §. 3. cit. l. c. p. 647.

§. 273. *Cod. Chis.* §. 93. *Azo* in Summa Tit. C. de Usucap. pro emt. §. 8. l. c. fol. 211 b. et in Lect. ad L. 1. C. de Servis fug. l. c. p. 451. Gloss. v. *Usucapi* L. 6. C. de Usuc. pro emt. Gloss. v. *Posse* L. 4, §. 21. D. de Usucap. Gloss. v. *Subripuero* L. 5. D. Pro emt. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. de Furtis l. c. fol. 337 b. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 238. sqq.

e) vv. *ius* — *illa* desunt in Cod. Cantabr. Glossatorum dissentientium opiniones non commemorantur.

f) Cod. Cantabr.: *L. Manifestum* (ult.).

g) Cod. Chis.: *adfecta est res ipsa vitio.*

h) Leg. Quod *autem* (6.).

urt. (6, 2, L.) *Manifestissimi* (22.) et *D. de Furt.* (47, 2, L.) *rvi et filii* (17.). Interdum fit furtum et tantum persona adicietur vitio [i]) et non res, puta creditori dominus rei obligatae rem obligatam subripuit. Nam tunc poterit res usucapi, et creditori furti [k]) actione teneatur, ut *D. de Usucap.* 1, 3, L.) *Sequitur* (4.) et §. *Si rem* (21.) §. *Quod* (6.). Est men alius casus, puta quando quis non dominus voluntate omini rem obligavit et postmodum idem debitor rem pignori bligatam surripuit et eamdem inscio domino [l]) vendidit. unc furtum factum est [m]) et res vitio adfecta est; unde usuapi a bonae fidei emtore minime potest, ut *C. de Usucap.* ro *emt.* (7, 26.) *L. Quum sit* (6.). *Al.* (*Albericus*).

§. 274.

. de Iure aureorum annulorum et de natalibus restituendis (6, 8.).

§. 275.

C. de Bonorum possessione secundum tabulas [n]) (6, 11, 2.).

Quot testibus testamentum privatum probandum sit?

Differunt in probatione testamenti; nam *M.* (*Martinus*) et *V.* [o]) (*Hugo*) differentiam faciunt, utrum sit quaestio voluntatis, quo casu dicunt, testamentum posse probari septem testibus, an sollemnitatis, quo casu dicit, posse probari duobus vel tribus. Nam ubi numerus testium non adiicitur, duo sufficiunt, ut *D. de Testibus* (22, 5.) *L. Ubi* [p]) (12.) et hoc est arg., quod dicitur in *C. de Bon. poss. sec. tab.* (6, 11.) *L.* 2., ubi cavetur, bonorum possessionem peti posse ex testamento sine scriptura facto, si numerum septem testium adfuisse potest probari, quod duobus vel tribus testibus probari dicit. *Alii* contra, et dicunt, testamentum posse probari tantum se-

§. 274. *Cod. Chis.* §. 34.
§. 275. *Vet. Coll.* §. 68. *Rog.* §. 39.

i) vv. *Quia — vitio* absunt in Cod. Cantabr.; Cod. Chis.: *quia furti delicto est obligata et ad dupli vel quadrupli tenetur.*

k) v. *res* post *poterit* et v. *furti* excid. in Cod. Cantabr.

l) v. *domino* deest in Cod. Bamb.; Cod. Chis.: *Quod Etiam in aliis casibus, puta quando* (deest *quis*) *non vendidit.*

m) *est* abest a Cod. Par.

n) Cod. Bamb.: de B. P. L. 1.

o) Leg. *W.* (Wilhelmus de Cabriano), nam Hugonis opinio infra exponitur.

p) Cod. Cantabr. et Par.: *L.* 2.

ptem testibus, ut prae oculis veritas reveletur, ut *C. de Fideicomm.* (6, 42.), *L. ult.*, cum quibus et *Azo* est et q) dicit, quod, si de tabulis r) testium quaestio fiat, debet probari cuiusque intentio per septem testes, non per duos, ut *Superiores* dixerunt, moti ex eo, quod dicitur in *eod. Tit. L. ult.* (C. 6, 11, 2.), quod non obstat, quia ibi non definitur numerus testium. Quare enim lex exigeret numerum septem testium, nisi opus esset eos inducere? Illam vero differentiam, utrum sit quaestio voluntatis an sollemnitatis, pro nihilo habendam esse dicunt, quum, si heres confiteatur, sed ad sollemnitatem s) iuris decurrat, omnino cogendus est solvere, ut in *Inst. de Fideicomm. her.* (2, 23.) in *f. Tit.* Quod *Ugo* (*Hugo*) verum esse dicit, quum testator sollemniter testari voluit. Nam semper agitur de voluntate testatoris, etiamsi de sollemnitate agatur, quoniam dubitatio est de iure, utrum sic testari voluerit. *Bul.* (*Bulgarus*) vero dicit, duobus testibus posse probari, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.

Quot testes in m. c. donationibus requirantur?

Item *Ugo.* (*Hugo*) dicit, sicut in testamento septem testes desiderantur, ita et in donatione mortis caussa, ut *C. de Codicillis* (6, 36.) *L. 1.* et *L. ult.* *Quidam* vero contra.

§. 276.

C. de Bonorum possessione Unde liberi (6, 14, 3.).

An patri in bonis filii intestati Bonorum possessio Unde liberi detur?

Differunt in *Bonorum possessione Unde liberi* (C. 6, 14, 3.), nam dicit *Plac.* (*Placentinus*), eam dari patri, mortuo filio intestato, et quod detur *Unde liberi*, inducit pro se *Legem D. Si tabulae test. nullae* (38, 6.) ex *L. Scripto* (7.) §. *ult.* Sed

§. 276. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Bon. poss. Unde liberi l. c. p. 250. *Azo* in Summa Tit. C. l. c. fol. 170 a. et in Lect. ad L. 3. C. eod. l. c. p. 469. *Hug.* Dist. CV. in Adc. II. §. 23. Gloss. v. *Facultates* L. 3. C. cit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. cit. l. c. 260 a.

q) Cod. Cantabr.: *quibus* §. *adiectio a. f. L.* 1. *et Azone et.* De vv. *adiectio a. f. L.* 1. cf. §. 274, 276, not. x, 277, 278.; quid significent, nescio. Certe inepte addita sunt et a librario quodam inperito e margine Codicis quem descripsit, textui intrusa.

r) Cod. Cantabr. et Stuttg.: *de bullis.*

s) vv. *pro nihilo — sollemnitatem* desunt in Cod. Par.

lominus *Azo* contra, et hoc ita probat et a partibus t) remotis. Nam iste filius aut erat suus aut erat emancipatus; si suus, aut habebat castrense vel quasi castrense, aut non. Si habebat, aut fecit testamentum u), et tunc excluditur pater etiam exheredatus et etiam praeteritus, ut *C. de Inoff. test.* (3, 28.) *L. ult.*, aut non v) fecit, et tunc pater iure peculii occupat, ut *D. de Castrensi pec.* (49, 17.) *L.* 2. Si autem nec castrense, nec quasi castrense habeat, nec testari olim poterat nec hodie potest, quum omnia sint patris. Si vero erat emancipatus, aut est emancipatus non contracta fiducia, et tunc nihil habere poterat pater, ut in *Inst. de Legit. agn. succ.* (3, 2.) §. *ult.*, aut contracta fiducia, et tunc aut fecit testamentum, aut non fecit. Si testamentum fecit, si quidem exheredavit patrem, pater habebit querelam; si praeteriit, habebit Bonorum possessionem contra tabulas, ut *D. de Inoff. test.* (5, 2.) *L. Pater filium* (14.) et *L. Nam etsi* (15.) *L. Filio* (16.) §. *Contra tabulas* (1.). Si autem non fecerit testamentum, quum alius non praecedat patrem, habebit pater Bonorum possessionem Unde legitimi, quum x) ius agnationis hodie inter patrem et filium non tollatur emancipatione interveniente. Sed olim tollebatur, nisi emanciparet eum pater contracta fiducia, ut in *Inst. de Legit. agn. succ.* (3, 2.) §. *ult.* Potest et illud dici, ut pater filio y) emancipato succedat per *Unde liberi*, utiliter tamen, etsi non directo, et ita poterit defendi opinio *Plac.* (*Placentini*); vel adpellatur Bonorum possessio Unde parentes. Licet enim liberos naturae simul et commune z) votum parentum invitet ad successionem eorumdem parentum, quia omnia nostra ex voto liberis nostris paramus, tamen parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, ut *D. eod.* (38, 6.) *L. Scripto* (7.) §. *ult.* et *de Bonis libertorum* (D. 38, 2.) *L. penult.* et *de Inoffic. test.* (D. 5, 2, L.) *Nam etsi* (L. 15.), *de Bonis damnatorum* (D. 48, 20.) *L. Quum ratio* (7.) et *D. de Verb. signif.* (50, 16.) *L. Liberorum* (220.). Secundum *Azo.* (*Azonem*).

---

t) v. *ita* et v. *et* excid. in Cod. Cantabr., ubi etiam *patribus* pro *partibus*.

u) v. *testamentum* deest in Cod. Cantabr.

v) vv. *et tunc — aut non* repetuntur in Cod. Cantabr. et Par.

x) Codd. add. vv. §. *adiectio a. f.* Cf. §. 274, 275, not. *q.*, 277, 278.

y) vv. *agn. — filio* desunt in Cod. Cantabr.

z) Cod. Par.: *omne votum.*

§. 277.

(C.) *de Collationibus* (6, 20, L. penult.).

An simplex donatio conferenda sit?

Differunt, an simplex donatio sit conferenda? *Mar.* (*Martinus*) dicit, omnia data esse conferenda, sive dos sit sive propter nuptias donatio sive donatio simplex, quae morte confirmatur, et hoc dicit ex *Auth. de Triente et sem.* (Nov. 18.) §. *Illud quoque* (6.). Hoc etiam dicit *Plac.* (*Placentinus*), et ita dicunt, *Legem* veterem *C. eod. Tit.* (6, 20, L. penult.) corrigi vel inmutari [a], quae dicit, simplicem donationem non conferri, nisi donator id dixerit, vel nisi in unum donatio propter nuptias vel in filiam dos vel in alium vel in aliam collata sit donatio simplex, ut in *eod. Tit.* (C. 6, 20.) *L. penult.* *Bul.* (*Bulgarus*) vero et *V.* (*Hugo*) et *Iac.* (*Iacobus*), ut in *glossa Cy.* (*Cyprianus*) *de Triente et semisse* (Nov. 18.), dicunt, quod simplex donatio non conferatur, nisi nominatim dicatur, vel quum alius frater conferat donationem propter nuptias, ut *C. eod. Tit.* (6, 20.) *L. penult.* et *D. de Inoff. testam.* (5, 2.) *L. Si non* (25.), et dicunt, quod *Lex* illa non mutatur per *Authenticam*, nisi quod ex testamento conferatur dos et donatio propter nuptias, et si non nominatim dictum sit, ut conferatur, nisi expressim dictum sit [b], ut non conferatur, et hoc probant ex illo verbo *Auth.*: „*omnibus, quae de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus*“ [bb]. Item alio modo probant: simplex donatio morte confirmatur et habet vim relicti, et ex ea Falcidia detrahitur, sicut de relictis [c]; ergo sicut relicta non conferuntur, ita nec simplex donatio [cc]. *Mar.* (*Martinus*) huic argumentationi respondet et dicit: si expressim confirmatur, obtinet vim legati, si tacite, obtinet vim donationis simplicis et sic in uno non confertur, in alio confertur [d]. *Azo* vero cum *Bulgaro*

---

§. 277. *Vet. Coll.* §. 78. *Rog.* §. 81. *Cod. Chis.* §. 58. *Supra* §. 153.

a) Cod. Cantabr. add.: §. *adiectio a. f.*; cf. §. 274, 275, not. *q.*, 276, not. *x.*, 278.

b) vv. *ut c. n. e. d. sit* desunt in Cod. Par. et Stuttg.

bb) Edd.: *omnibus, quae prius de collationibus a nobis sancita sunt, in sua virtute manentibus.*

c) vv. *et ex ea — relictis* bis exstant in Cod. Par.

cc) In v. *donatio* desinit Vet. Coll. §. 78.

d) Cod. Cantabr. add.: *adiectio a. f.* Cf. not. *a.*

et *Iob.* (*Ioanne Bassiano*) sentit et dicit, quod nomine datorum non intelligitur donationem simplicem contineri, sed tantum data ob caussam, ideoque ita erunt conferenda et non simplex donatio, nec obstat praeadlegatum *Auth. de Triente et sem.* (Nov. 18, c. 6.); nam illud loquitur indistincte, et ideo *Legis* veteris (C. 6, 20, L. penult.) distinctio sublata non est, ut *Infra de Appellat.* (7, 62.) *L. Praecipimus* (32.) in *f.* et in *Auth. de Administrantibus officia* (Nov. 20.) §. (cap.) *ult.* Secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 278.

C. de Testamentis (6, 23.) *L. Hac consultissima* (21.).

§. 279.

Eodem Titulo (C. 6, 23.) *L. Sancimus* (27.).

Decennium, quod ad revocationem testamenti adcedere debet, a quo tempore computandum sit?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 6, 23.) *L. Sancimus* (27.), ubi dicitur, quod si testator fecerit testamentum et postea manifestaverit, et dixerit coram testibus non minus tribus, se priorem voluntatem nolle valere, et decennium fiat emensum, quod non valet testamentum, ex hoc verbo scilicet, „*decennium fiat emensum*" e). Dicunt *Quidam*, quod decennium debet transcurrere tantum post talem manifestationem et contrariam voluntatem. Sed dominus *Azo* f) contra, et dicit, quod sufficit, si transeat a tempore conditi testamenti decennium, et ita g), si postea testator dicat, se nolle id valere, coram testibus tribus id exprimendo vel inter acta, irritum fiet testamentum tam ex contraria voluntate quam ex cursu temporali. Quod ergo dicitur: „*et decennium fiat emensum*", subaudiebat ipse ante mortem testatoris h), post factum tamen

§. 278. *Cod. Chis.* §. 83.

§. 279. *Azo* in f. Summae Tit. C. de Test. l. c. fol. 176 a. et in Lect. ad L. 27. C. eod. l. c. p. 483. Gloss. v. *Fuerit* L. 27. C. cit. *Brunnemann* ad L. 27. cit. §. 10. p. 706. *Walch* l. c. p. 353. sq. *Höpfner*, Comm. über die Heinecc. Institt. 7. Aufl. Frankf. a. M. 1803. 4. p. 588. sq.

e) vv. *quod non — emensum* desunt in Cod. Cantabr.

f) Cod. Cantabr. add.: *adiectio*; cf. §. 277, not. *q.* *Ioannis* sententia declaratur in Lect. Azonis l. c.

g) v. *ita* om. in Cod. Bamb. et Stuttg.

h) vv. *Dicunt Quidam — ante mortem testatoris* desunt in Cod. Par.

testamentum, ut dictum est. Sed *Alii* dicunt, ante morten et post ostensam contrariam voluntatem. *Azonis* tamen melius placet opinio, refutata opinione superiorum et ultimorum.

§. 280.

Eodem Titulo (C. 6, 23, L.) *Quum antiquitas* (28, pr.).

De surrogatione testium in actu testandi.

Item differunt in *L.* illa *Quum antiquitas* (28, pr.), ubi dicitur, quod, quandoque testis captus a morbo non potest interesse, quod alius convocatur, et dicitur ibi, „*quod subrogatus debet interrogare, si ea, quae eius praesentiam antecessissent, omnia coram eo* i) *processissent*". Nam dominus *Azo* illud intelligit, scilicet quia ille subrogatus est, debeat interrogare testatorem et testes, si omnia essent repetita coram eo, quae ante erant dicta coram illis, et si repetita esse dixerunt, sit testis. *Alii* dicunt, quod subrogati debent interrogare de absentibus, scilicet an ea, quae praecesserunt istos subrogatos, fuerint facta in praesentia nunc absentium, id est illorum, qui fuerunt dimissi, et dicunt, quod non oportet, quod subrogati sciant, quod k) praecesserint. Quibus contradicendum videtur ea ratione, quia sic testes venire possent ad notarium et dicere, talis et talis ita testamentum fecit scribere, et sic erit contra regulam, quia non debet credi testimoniis, sed testibus. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), et hoc etiam secundum *Azo.* (*Azonem*).

§. 281.

Eadem Lege l) (C. 6, 23, 28.) *in f. primi Rubri* (pr.).

Exponitur locus L. 28. C. de Test. de subscriptione testium in testamentis.

Item differunt in *ead. L.* (C. 6, 23, 28.) *in f. primi Rubri* (pr.), ubi dicitur: „*etsi in medio subscriptiones testium iam*

---

§. 280. Gloss. v. *Sciscitari* L. 28. C. de Test. *Glück* l. c. T. XXXIV. p. 380. sq.

§. 281. *Azo* in Lect. ad L. 21. C. de Test. l. c. p. 482. Gloss. v. *In medio* L. 28, pr. C. de Test. Gloss. v. *Subscriptiones* L. 21, pr. C. eod. *Glück* l. c. T. XXXIV. p. 463. sqq.

i) Edd.: *coram his aut iis.*
k) Leg. *quae.*
l) Cod. Cantabr.: *Eod. Tit.*

fuerint subsequutae etc.“, per quod dicunt *Quidam*, quod subscriptio testium debet fieri m) in medio testamento, ita scilicet, ut medietas testamenti praecedat et medietas subsequatur. Sed dominus *Azo* contra, et dicit „*in medio*“, scilicet postquam quidam testes recesserunt et antequam alii testes subrogarentur, nec dicit, quod in medio testamenti fiat talis subscriptio, id est in medio cartulae, ut arg. *C. eod. Tit.* (6, 23.) *L. Iubemus* (29.) et arg. *Inst. de Pupill. substit.* (2, 16.) §. *Sin autem ita* (3.).

§. 282.

Eodem Titulo (C. 6, 23.) *L. Iubemus* (29.) *Auth. Et non observato.*

Heredis institutio nutu ad interrogationem facta an valeat?

Item differunt in *eod. Tit.* (C. 6, 23.) *L. Iubemus* (29.) *Auth. Et non observato*, ex quo *Auth.* dicit *dominus Azo*, quod institutio heredis potest fieri per nutum n), dummodo alius scribat, ut puta, quia aliquis interrogat testatorem, utrum velit instituere Titium, et utrum velit, quod ipse vel notarius scribat Titium heredem, et ipse nutu ostendat, quod sic, vel etiam capite adnuat, et dicit *Azo*, quod recte facta est institutio, et ideo, quia *Lex* vetus, scilicet illa *Iubemus* (C. 6, 23, 29.), volebat, quod testator propria voce nuncuparet et testes subscriberent o) et in subscriptionibus suis manifestarent praedicta. Unde *Lex* nova lata est, quae voluit, quod testator esset adstrictus ad nominandum. *Alii* contra, et dicunt, quod etiam hodie bene nominare tenetur, sed illam observantiam bene remittit p), scilicet quod possit scribere nomen per unum hominem vel per unum ex testibus, et sufficiat, quod *Lex* antiqua volebat, et in hoc dicunt eam emendatam per *Authenticam;* quae sententia magis rationabilis

§. 282. *Azo* in Lect. ad Auth. Et non observato l. c. p. 484. Gloss. v. *Ex voce* et v. *Quemadmodum* L. 29. C. de Test. Gloss. v. *Conscriptam* L. 21, pr. C. eod. Gloss. v. *Inscripserit* Nov. 119, c. 9. *Brunnemann* ad L. 29. C. cit. n. 11. l. c. p. 709. sq. *Fachineus* l. c. Lib. V. c. 69. p. 405. *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 11. n. 8. sq. p. 22. sq. *Walch* l. c. p. 310. sq. *Glück* l. c. T. XXXIV. p. 24. sq.

m) Cod. Cantabr.: *debet etc.* Cod. Par.: *debet esse fieri.*
n) Cod. Cantabr.: *vitium.*
o) Cod. Bamb.: *testes quantum subscriberent.*
p) Add.: *lex nova.*

videtur. Sed *Azo* dicit, quod ipse nominare videtur q), quum interrogatus respondet, arg. *D.* r) *de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Quotiens* (80.). *Io. le.* (*Ioannis Lectura*).

§. 283.

C. de Institutionibus et substitutionibus (6, 25.) *L. Si pater* (4.).

De filiofamilias sub conditione, quae in eius potestate non est, instituto.

Differunt in *C. de Instit. et subst.* (6, 25.) *L. Si pater* (4.), ubi dicitur: „*quod si pater instituit filium in potestate constitutum heredem sub conditione, quae non erat in eius potestate, nec in defectum conditionis eum exheredavit, quod iure testatus non videtur*". Sed si testatus iure non videatur, quaeritur, num potest adire hereditatem filius? Et non aperit, utrum ex testamento, an ab intestato adire debeat. Et dominus *Y.* s) dicit: ex testamento, interpretatus in ambiguo benigne defuncti voluntatem, quasi voluerit eum t) esse heredem, si modo per eum non u) stetisset, quominus conditio adinpleretur. Sed dominus *Azo* dicit: ab intestato, quum testamentum ipso iure sit nullum. Sed contra eum est, quod dicitur *de Bonor. poss. sec. tab.* (D. 37, 11.) *L.* v) (§.) *Si sub* (1.). Sed illud intelligit dominus *Azo* in emancipato. Item ex testamento adire potest, si velit, quia suo favore dicitur nullum testamentum, arg. *D. de Iur. dot.* (23, 3, L.) *Si res* (12.) §. 1. et simile notavit in *C. de Contra* (tab. bon. poss. 6, 12.) *L.* 2. Secundum *Az.* (*Azonem*).

---

§. 283. *Azo* in Summa Tit. C. de Instit. et subst. l. c. fol. 177 b. et in Lect. ad L. 4. C. eod. l. c. p. 487. sq. Gloss. v. *Et ideo* L. 4. C. de Inst. et condit. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. cit. l. c. fol. 376 b. *Giphanii* explan. L. 4. C. cit. l. c. p. 42. *Brunnemann* ad L. 4. C. cit. l. c. p. 715. *Fachineus* l. c. Lib. V. c. 71. p. 406. *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 13. n. 3. l. c. p. 26. sq. *Walch* l. c. p. 202. sq. *Francke*, das Recht der Notherben p. 51.

§. 284. *Cod. Chis.* §. 156.

q) vv. *Sed — videtur* desunt in Cod. Par.

r) Cod. Par.: *arg. contra D.*

s) Cod. Cantabr. et Par., Azo l. c. et gloss. v. *Et ideo* cit.: *Yr.* De *Bulgari* et *Ioannis* sententia cf. Azo in Lect. l. c. Ceterum haec quaestio, Azo et glossa fere concinunt.

t) Sc. *filium.*

u) Cod. Par.: *et non.*

v) Leg. *L.* 2.

§. 284.

Eadem Lege (C. 6, 25, 4.).

§. 285.

C. de Inpuberum et aliis substitutionibus (6, 26.) *L. Precibus* (8.).

An substitutio compendiosa et a milite et a privato fieri possit?

Differunt in *C. de Inpuberum et aliis substitut.* (6, 26.) *L. Precibus* (8.). Dicit *M.* (*Martinus*), quod substitutio compendiosa tam a milite quam a privato potest fieri. Sed *Alii* contra, et praecipue dominus *Al.* (*Albericus*), ut in praedicta *Lege C.* notare consuevit *x*).

§. 286.

Eadem Lege in fine (C. 6, 26, 8.).

De detractione quartae Falcidiae in substitutione tacita pupillari a milite facta.

Item differunt in *fine praedictae L.* (C. 6, 26, 8.). Dicit *Bul.* (*Bulgarus*) et *Plac.* (*Placentinus*), quod tacita pupillaris, ubi ut compendiosa trahitur ad fideicommissum, restitutio hereditatis debet fieri nulla detracta Falcidia, quum in testamento militis cessat Falcidia, ut *C. de Milit. test.* (6, 21, 12.). Sed *Ro.* (*Rogerius*) contra *y*).

§. 287.

Eadem Lege (C. 6, 26, 8.).

An tacita pupillaris substitutio contra matrem admittatur?

Item differunt in *ead. L.* (C. 26, 8.). Dicit enim *V.*

---

§. 285. *Placentinus* in Summa C. de Inp. et al. subst. l. c. p. 265. *Azo* in Lect. ad L. 8. C. eod. l. c. p. 491. Gloss. v. *Senserit* L. 6. C. de Test. mil. Gloss. v. *Fideicommissi* L. 8. C. de Inp. et al. subst. Gloss. v. *Dumtaxat* L. 15. D. de Vulg. et pup. subst. *Odofredus* in Lect. ad L. 8. C. cit. l. c. fol. 378[b]. sq. *Fachineus* l. c. Lib. IV. c. 44. sqq. p. 286. sqq.

§. 286. *Placentinus* et *Azo* l. c. Gloss. v. *Peti possunt* L. 8. C. de Inpub. et al. subst. *Haepfner* l. c. §. 501, not. 1. p. 566.

§. 287. *Placentinus* l. c. et *Azo* l. c. et in Lect. ad L. ult. C. de Inst. et subst. l. c. p. 489. *Hug.* Dist. CXII. in Adc. II. §. 25.

x) Cum Alberico sentit *Py.* (Pillius) in gloss. citt.

y) In gloss. commemoratur *Ir.* (Irnerius), ap. Azonem *Y.*

(*Hugo*), quod tacita pupillaris non admittitur contra matrem, nisi in eo casu, ubi duo inpuberes instituuntur et invicem substituuntur. *Iac.* (*Iacobus*) et *Plac.* (*Placentinus*) dicunt, tacitam pupillarem admittendam contra matrem semper, nisi in casu, ubi ipsa mater una cum inpubere filio est instituta, ut *C. de Inst. et subst.* (6, 25.) *L. ult.* *Azo* vero distinguit, an extraneus vulgariter substituatur inpuberi, et tunc tacita pupillaris non admittitur contra matrem, an substituatur inpuberi: „fiant eius", ut tunc repellatur mater, quia non est verisimile, quod testator uxorem suam, hoc est, matrem inpuberis, voluerit praeferre alii filio suo, ut *Infra eod. Tit.* (C. 6, 26.) *Quum quidam* (10.). Secundum *Az.* (*Azonem*) *yy*).

§. 288.

C. de Liberis praeteritis vel exheredatis (6, 28.) *Auth. Ex caussa* (*L.* 4.).

De testamento nullo et de querela inofficiosi testamenti iur. nov.

Differunt in *C. de Liberis praeteritis vel exhered.* (6, 28.) *Auth. Ex caussa praeteritionis* (*L.* 4.) super illo verbo: „*irritum est testamentum*". *Mar.* (*Martinus*) enim et *V.* (*Hugo*) et *Al.* (*Albericus*) dicunt irritum ipso iure, et sic secundum eos non habet hodie locum querela inofficiosi testamenti nisi inter fratres, turpibus personis heredibus institutis. Item hoc dicunt, moti arg. *C. In quib. cau. in int. rest. non est nec.* (2, 41.) *L. Si tutor* (4.). Item hoc tali ratione dicunt: nam et olim, si pater filium in potestate constitutum praeteriret vel exheredaret, caussam exheredationis necesse habebat exprimere, alias ipso iure nullum erat testamentum, ut in *Inst. de Exhered. liber.* (2, 13.) in *pr.* et *Supra eod. Tit.* (C. 6, 28.)

Gloss. v. *Omnimodo* L. 8. C. de Inpub. et al. subst. Gloss. v. *Peti possunt* eod. Gloss. v. *Senserit* L. 6. C. de Testam. mil. Gloss. v. *Dumtaxat.* L. 15. D. de Vulg. et pup. subst. Gloss. v. *Duplex* et *Non ad matrem* L. 45. D. eod. Gloss. v. *Prior* L. ult. C. de Instit. et subst. *Odofredus* in Lect. sup. L. ult. C. de Inst. et subst. l. c. fol. 377 b. *Giphanius*, explan. L. 8. C. cit. l. c. p. 47. sqq. *Brunnemann* ad L. fin. C. de Instit. et substit. l. c. p. 718. et ad L. 8. C. de Inpub. et al. subst. l. c. p. 720. *Fachineus* l. c. Lib. IV. c. 40. sq. p. 282. sq. Lib. XIII. c. 76. p. 1053. sq. *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 16. n. 7. p. 33 sq. *de Cocceji* l. c. Lib. V. T. 2. qu. 21. T. I. p. 429. sq. (ed. *Emm.* T. I. p. 463.) *Walch* l. c. p. 229 — 231.

§. 288. *Cod. Chis.* §. 53. *Hug.* §. 148.

yy) Gloss. v. *Peti possunt* commemorat *Ir.* (Irnerium).

L. Maximum (4.). Hodie autem, quum per *Auth.* positum in *Coll.* VIIII. [z]) *de Hered. quae ab int. defer.* (Nov. 118.) §. *Relictis* [a]), sublata est omnis differentia sexus, emancipationis, patriae potestatis, non est ergo mirum, si ipso iure et non per querelam irritetur. *Bul.* [b]) (*Bulgarus*), *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contra. Nec enim hoc admittunt ita generaliter, ut *M.* (*Martinus*), sed cum quadam distinctione [c]). Dicunt enim [d]), aut adiecta est caussa exheredationis in testamento, aut non. In primo casu, scilicet quum adiecta est caussa, quis umquam sani capitis diceret, testamentum tale fore irritum ipso iure, quum sollemnitas iuris sit in eo servata? Certe nullum erit, igitur irritandum per querelam. Nam in *Corpore Auth. Ut quum de appellationibus cognoscitur* (Nov. 115.) §. *Aliud* (c. 3.) non est in textu „*irritum*", sed dixit: „*evacuato testamento*". Unde datur intelligi, ut secundum quod fiebat irritum iure antiquo, ita et hodie fiet, scilicet per querelam. Igitur quantum ad querelam corrigitur ius antiquum per *Auth.* [e]), sed tantummodo quantum ad legata et fideicommissa; olim enim nec quantum ad ista tenebat testamentum. Item nec obstat, quod dicitur in *Auth. de Hered. quae ab int. def.* (Nov. 118.), quia illud loquitur, quantum ab intestato agitur et tunc solum locum habet, non quantum ex testamento, ut hic, et ita dicunt, quod, sicut locum habebat bonorum possessio contra tabulas et inofficiosi querela, ita contra testamentum habet locum querela, ut *D. de Bon. poss. c. tab.* (37, 4.) *L. Non putavit* (8.) §. 2. In secundo casu, scilicet quum non sit caussa adiecta, et *Iob.* et eius opinionem *Sequentes* bene dicunt irritum ipso iure. Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 289.

C. de Iure deliberandi (6, 30.) *L. Si curatoris* (9.).

An extraneus heres post annum hereditatem adire possit?

Differunt in *C. de Iure deliberandi* (6, 30.) *L. Si curato-*

---

§. 289. *Placentinus* in Summa Tit. de Iure delib. l. c. p. 271.

z) Cod. Cantabr.: *VIII.*

a) Gloss. v. *Irritum cit.*: *Nullam vero* (c. 4.).

b) Cod. Cantabr.: *querelam inoff. test. Bul.*

c) vv. *sed c. q. d.* desunt in Cod. Stuttg.

d) Cod. Cantabr. et Par. add.: *hac.*

e) Cod. Bamb. add.: *istam.*

ris (9.) et *L. Quum* (in) *antiquioribus* (19.). Dicit enim **Plac.** (*Placentinus*), quod heres extraneus non potest adire hereditatem post annum, prout dicitur in *Lege* illa *Quum antiquioribus* (19.), et hoc est, quod dicitur in fine illius *Legis*, ibi: „*heres cum successione sua*", et omnes *Leges*, quae dicunt, admitti post annum, intelligit loqui in suis heredibus. Dominus autem *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo f*) dicunt, quod, sive suus sive extraneus, perpetuo poterit adire et hoc probant ita: aditio est de iure civili, ergo non finitur anno, ut *Inst. de Perpet. et tempor. act.* (4, 12.) *pr.* Nam de iure praetorio non vocatur, ergo a lege et a iure civili, vel si vocatur de iure praetorio, per bonorum possessionem secundum tabulas vocatur et iure civili; nam petitio hereditatis de iure civili est, ut *Supra de Petit. her.* (C. 3, 31.) *L. Hereditatis* (7.) et *Infra de Suis et legit. hered.* (C. 6, 55.) *L.* 1. Unde, licet exclusus sit de iure praetorio, non *g*) tamen excluditur a iure civili. Item contra *Plac.* (*Placentinum*) facit aperte, quod dicitur *Supra de Inoff. test.* (C. 3, 28.) *L. Si unus h*) §. *ult.*, ubi dicitur, quod speciale est, ut cogatur adire intra annum. Verumtamen illud potest intelligi in suo herede. Item contra *Plac.* (*Placentinum*) facit regula, quae dicit, quod ei, qui non repudiat hereditatem, licet adire, ut *Supra eod. Tit.* (C. 6, 30.) *Si curatoris i*) (9.). Sed et illud *k*) intelligi potest in suo herede et bene dicunt *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et dominus *Azo*, quod heredi instituto licet adire, si non repudiavit vel si certum tempus a iudice non est statutum, ut

---

Azo in Summa eiusd. Tit. §. 12. sq. l. c. fol. 183 b. et in Lect. ad L. 9. C. eod. l. c. p. 497., ad L. 19. C. eod. l. c. p. 498., ad L. ult. C. eod. l. c. p. 501. et ad L. un. C. de Cod. toll. l. c. p. 536. Gloss. v. *Licet adire* L. 9. C. de Iure delib. Gloss. v. *Beneficio* L. 19. C. eod. Gloss. v. *Hoc facere* L. 36, §. ult. C. de Inoff. test. Gloss. v. *Substituto* L. 69. D. de Adq. her. *Odofredus* in Lect. sup. L. 9. et 19. C. de Iure delib. l. c. fol. 385 a. et fol. 387 a. De L. 19. C. cit. cf. *Christinaeus* l. c. Vol. IV. dec. 22. n. 3. p. 41. sq. *Thibaut*, Versuche über einz. Th. d. Theorie d. Rechts. Jen. 1817. 8. T. II. p. 157. sqq. *Glück* Erört. der Lehre von der Intestaterbf. Erl. 1822. 8. p. 92. sq. *Unterholzner*, ausf. Entw. der Verj. T. II. p. 52. sq.

f) Cod. Cantabr.: *Iob. et Iac.* (Iacobus). Rectius *Azo*, cf. eiusd. Lect. ad L. 9. C. cit. *De domino Ioanne* cf. *v. Savigny* l. c. T. V. p. 60. n. 44.

g) Cod. Par.: *excl. si tamen* (om. vv. *de — non*); In Cod. Stuttg. deest v. *non*.

h) Leg. *Scimus* (36.); Cod. Bamb.: *L. Si unus* §. *Si unus*. §. *ult.* Cf. gloss. v. *Beneficio* cit.

i) Cod. Cantabr.: *Si procurator.*

k) In Cod. Cantabr. deest v. *illud* et in Cod. Par. v. *et*.

D. de Adquir. hered. (29, 2.) *L. Quamdiu institutus* (69.); nec obstat, quod dicitur in *Lege* praedicta *Quum antiquioribus* (6, 30, 19.) §. *fin.* in eo, quod dicit: „*heres cum sua successione ab huiusmodi beneficio etc.*"; nam verbum illud: „*ab huiusmodi beneficio etc.*" intelligunt *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo*, scilicet „deliberandi"; *Plac.* (*Placentinus*) et intelligit „a iure hereditatis". Sed si quaeras, quando heredibus transmittitur hereditas, dic, ut ibi in *glossula* dicitur. Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 290.

C. de Codicillis (6, 36.) *L.* 1.

§. 291.

Praedicto Titulo (6, 36.) *L. ult.* l).

§. 292.

C. de Fideicomm. (6, 42.) *L. ult.*

§. 293.

Praedicto Titulo (C. 6, 42.) *L. ult.* ll).

An heredi, qui non paruit testatoris voluntati, poena inponatur ex L. ult. C. de Fideic.?

Item differunt in *ead. L.* (C. 6, 42, 32.). Dicunt enim *Quidam*, quod heres, qui non paruit voluntati testatoris, punitur in tertiam partem hereditatis, quae relicta est puta. *Alii* dicunt, quod punitur secundum quod dicitur *Supra de Inoff. test.* (3, 28.) *L. Si quis* (33.). *Azo* vero intelligit illud, quando heres tarde paruit, scilicet post definitivam sententiam. Illud vero, quod dicitur in *L. ista* (C. 6, 42, 32.), intelligit, quando nullo modo paruit, et tunc amittat omne lucrum; vel melius, prout audivi *Azonem* super *Lege* ista dicentem m), quod imperator in *Lege* ista nullam poenam inponit, sed recitat, quid sit *Legibus* antiquis, et sic, quod dicitur in textu *Legis*, ubi „*quum in Leges respeximus etc.*",

---

§. 290. *Cod. Chis.* §. 5.
§. 291. *Cod. Chis.* §. 6.
§. 292. *Cod. Chis.* §. 163. et *Infra* §. 455, 456.

l) Cod. Par.: *E. T. l. f.* Cod. Stuttg.: *E. L.* Cod. Cantabr.: *Praed. T. L. penult.*

ll) Cod. Par.: *E. T. L. F.* Cod. Bamb.: *In e. L.*

m) Cf. §. 15. p. 260, not. *b.*

subaudit „veteres", et quod sequitur in textu: „*sic strictius etc.*", subaudit n) ipse, „quam nos dixerimus" o). Nos enim dicimus, dicit imperator, quod heres vel iurat, quod nihil tale a testatore audiverit, vel solvere compellatur, si iurare non vult. Item quod sequitur in textu: „*sanciant eos etc.*" subaudit „veteres *Leges*" p). Nam per *Legem* istam, ut dictum est, nulla poena inponitur heredi non parenti voluntati testatoris. Hodie tamen per *Auth.* (Nov. 1.) certum est, qualiter puniatur, qui non paruit voluntati testatoris, scilicet in restitutione hereditatis facienda, ut *C. de Fideicomm.* (6, 42.) *L. ult. Auth. Hoc amplius.* Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 294.

Tit. Communia de Legatis (C. 6, 43.) *L.* 1.

§. 295.

Eodem Titulo (C. 6, 43.) *L.* (ult.) §. *Emtor* (4.) pp).

§. 296.

C. de Conditionibus insertis (6, 46.) *L. Legatum* (4.).

De legato dotis sub conditione futurarum nuptiarum relicto.

Differunt in *C. de Conditionibus ins.* (6, 46.) in illa *L. Legatum* (4.), ubi dicitur, quod si quis reliquit legatum sub tali conditione, *si filio eius nupsisses*, et filius eius mortuus sit, antequam sit contractum matrimonium, quod non potest petere legatum. *B.* (*Bulgarus*) intelligit, si mortuus sit filius post mortem testatoris, arg. *D. de Leg. I.* (L.) *Plane* (§.) *Si*

---

§. 293. *Hug.* §. 150.

§. 294. *Vet. Coll.* §. 88. *Rog.* §. 91.

§. 295. *Cod. Chis.* §. 84, 13. *Infra* §. 406.

§. 296. Gloss. v. *Mortuo* L. 4. C. de Condit. ins. *Odofredus* in Lect. sup. L. 4. C. cit. l. c. fol. 411 b. *Brunnemann* ad L. 1. C. de Instit. l. c. p. 714. et ad L. 4. C. cit. p. 778. *Westphal*, Darst. d. Lehre von Vermächtnissen T. I. p. 360, 378. *v. Wening-Ingenheim*, Lehrbuch d. gem. Civilrechts (ed. IV.) T. III. §. 533. p. 386.

n) vv. *veteres — subaudit* desunt in Cod. Cantabr.

o) Cod. Cantabr.: *ipse, et sit strictius caussam exigere, quam nos dixerimus, quam etc.*

p) Cod. Cantabr.: *sentiat s. leges antiq. eos etc. eos etc. subaudit eos vet. leges.*

pp) Inscriptio §. om. in Cod. Bamb. et Cantabr.; Cod. Par. et Stuttg.: *E. T. et C. L.* §. *Emtor.*

ppp) Leg. *D. de Leg. I. L. Turpia* (54.) §. *Si Titiae* (1.), nam *L. Plane* non exstat in Tit. D. de Leg. I. Cf. gloss. v. *Mortuo* cit.

Titiae cui ppp). Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit, quod idem est, etsi post mortem testatoris, arg. *D. de Condit. et demonstr.* (35, 1.) *L. Quum tale* (72.) §. *Si arbitratu* (4.), et pro se est arg. *C. de Caducis toll.* (6, 51.) §. *Et cum triplici* (2.), ibi: „*vel vivo testatore etc.*“, cui respondet, quod hic mortuo filio ante mortem patris facta est conditio inpossibilis, ideoque pro non scripta habetur, ibi autem, licet non dicitur inpossibilis, quia adhuc exsistere possit.

§. 297.

C. de His, qui ante apertas tabulas (6, 52.) *L. Un.*

De legato conditionali filio relicto et de eius transmissione ad suos heredes filii q).

Differunt circa legata transmittenda. *M.* (*Martinus*) dicit, conditionalia legata filiis transmitti ad suos heredes, quamvis filius moriatur ante conditionis eventum, ut *C. de His, qui ante ap. tab.* (6, 52.); nam si loqueretur inprimis *qq*), quod privilegium esset filiis, quum unusquisque transmittere possit, ut *C. de Caducis toll.* (6, 51.) circa *princ.* et *D. Quando dies leg. ced.* (36, 2, L.) *Si post* (5.)? Et ideo dicit dominus *M.* (*Martinus*), etiam conditionalia transmitti et transire. Unde in tali specie ita dixit: pone, quis fecit testamentum et instituit duos filios heredes, invicem eos fideicommisso honoravit, scilicet ut, qui prius sine liberis decederet, alteri sua restitueretur hereditas; deinde decessit unus liberis relictis, tempore praecedente decessit alius, nullis sibi filiis exsistentibus. Dicunt *Isti qqq*), quod nepos, filius fratris praemortui, poterit petere fideicommissum, quia pater spem fideicommissi transtulit. Sed *Iob. r*) (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contra, arg. *D. de Leg. II.* (L.) *Quum pater* (77.) §. *Hereditatem* (4.) et *L. Unum* (67.) §. *Rogo* (7.), *Supra de Fideicomm.* (C. 6, 42, L.) *Si in personam* (21.). Secundum *Az.* (*Azonem*) *de Iure fisci* (49, 14.) §. *ult.* (L.) *Statius* (48.); et videtur *s*), quod

---

§. 297. *Vet. Coll.* §. 87. *Rog.* §. 90.

q) Ita Vet. Coll.

qq) Leg.: *nam si loqueretur in puris.*

qqq) *Isti* omnes codices, sed quinam sint, me nescire fateor, quum in praecedentibus unius *Martini* tantum sententia exponatur.

r) Cod. Bamb.: *Io. le.* (Ioannis Lectura).

s) Cod. Cantabr.: *Sed Az.* (Azoni) — *Statius videtur* (om. v. *et*).

expressim hoc dicat *C. Quando dies legati ced.* (6, 53.) *L.* 2. Sed posset dici, quod non loquitur in filiis, sed in aliis. *Io b.* t) (*Ioannes Bassianus*) et *Alii* non. *Iac.* (*Iacobus*) et *Al.* (*Albericus*) et *B.* (*Bulgarus*) contra dicunt, quod, sive fuerint relicta filiis sive aliis, si legatarii moriantur ante eventum conditionis, non transmittitur (legatum) ad suos heredes, ut *C. de Caducis toll.* (6, 51.) §. *Sin autem* (7.), et dicunt *Legem* illam *C. de His, qui ante ap. tab.* (6, 52.) loqui de legatis sub certa conditione vel die, vel pure, ad quod *M.* (*Martinus*) respondet, dicens sic: nam non ostendit, speciale esse in filiis. Quod falsum est. Nam *Lex* illa *de Caducis tollendis* (C. 6, 51, §. 7.) loquitur generaliter, illa vero *de His, qui ante ap. tab.* (6, 52.) specialiter, vel aliter bene erat speciale in adscendentibus et descendentibus, quia illi soli transmittebant, et hoc secundum *Legem* illam *de His, qui ante ap. tab.* (6, 52.), quae est vetus; verum hodie contrarium est et exaequatum in omnibus per *Legem Inst.* u) *de Caducis tollendis* (C. 6, 51, §. 7.).

§. 298.

C. de Suis et legit. hered. (6, 55.) *Auth. Defuncto* v).

Frater defuncti intestati an avum excludat ab hereditate fratris?

Differunt in eo, qui decedens reliquit fratrem et avum, quis eorum praeferendus sit. *M.* (*Martinus*) dicit, quod si aliquis, qui habeat fratrem et avum, moritur, quod ambo veniunt ad successionem illius, et utitur tali argumento: si avus morietur, haberet necesse instituere x) nepotem, et si avus eum non instituisset, succederet ei ab intestato et ita etiam succedet nepoti, turbato ordine mortalitatis, ratione miserationis, ut *D. de Inoff. test.* (5, 2, L.) *Nam etsi* (15.), et alio utitur argumento, scilicet si nepos faciat testamentum, cogitur relinquere avo, multo magis y) succedet avus ei ab intestato, quia, si ipse nepos viveret, facere non posset testamen-

---

§. 298. *Cod. Chis.* §. 37.

t) Cod. Bamb.: *Io. le.* (Ioannis Lectura).

u) Leg. *istam.*

v) Cod. Par. *E. T.* In Cod. Bamb. deest omnis inscriptio. In editis haec Auth. legitur post L. 7. C. ad SC. Tertull. (6, 56.). Cod. Chis.: *Differunt in Auth. de Trebelliano Defuncto.*

x) Cod. Par.: *necesse etiam instituere.*

y) Cod. Par.: *multo fortius fratri magis.*

tum, nisi aliquid relinqueret avo. Multo fortius fratri quidam alius frater, scilicet defuncti, non faciet, an avus succedat nepoti, ut in *Auth. Ut quum de appellat.* (Nov. 115.) §. *Et haec quidem* (c. 4. i. f. §. ult.) *Coll. VIII. B.* (*Bulgarus*) et *Alii* contra, et dicunt, si frater moriatur, qui habeat avum et fratrem, quod frater excludit avum, et tali utitur argumento, scilicet si frater moriatur, quod alter insimul cum patre ad eius successionem veniet; sed pater excludit avum, ergo frater excludit avum [z]), ut *C. de Legit. her.* (6, 58.) *L. In success.* (1.), ad quod *M.* (*Martinus*) respondet: fallit hoc argumentum in descendentibus, et dicit, si pater moriatur, quod pariter ad successionem veniant. Sed frater excludit filium suum, ergo frater alius excludit filium fratris sui, scilicet nepotem suum. Quod falsum est, quia insimul veniunt, ut alias *Auth. Inst. de Hered. quae ab int. def.* (3, 1, §.) *Quum filius* [a]) (6.). Item hoc fallitur arg. tali: naturales excludunt cognatos, et uxor excludit naturales, ergo uxor excludit cognatos [b]). Quod falsum est secundum *Al.* (*Albericum*), ut *C. de Natur. lib.* (5, 27.) *Auth. Licet* (L. 8.) et *D. de Divers. temp. praescr.* (44, 3.) *L. de Adcess.* (14.), et sententia *M.* (*Martini*) alio comprobatur argumento, quia, quum dicitur, in gradu proximior, intelligunt ipsos proximos esse, quos nulli praecedunt, ut *D. Unde cognati* (38, 8.) *L.* 1, §. *Proximus* (5.) et *D. de Vulg. et pup. substit.* (28, 6.) *L. Qui duos* (42.) et *D. de Verb. signif.* (50, 16.) *L. Proximus* [c]) (92.). *B.* (*Bulgarus*) exponit „in gradu proximis", id est in primis [cc]).

§. 299.

Praedicto Titulo (6, 56.) *Auth. In testamento* [d]) (ad L. 7.).

Mater ad secundas nuptias transiens quatenus filio prioris matrimonii succedat?

Differunt in *eod. Tit.* (C. 6, 56. Auth.) *Ex testamento* [dd]).

---

§. 299. *Cod. Chis.* §. 36. *Azo* in Summa Tit. C. de Secundis nupt. l. c. fol. 140 b. et in Summa Tit. C. ad Sc. Tertull. l. c. fol. 201 b.,

z) vv. *et tali — avum* desunt in Cod. Cantabr.

a) Memorabilis locus de Auth. Institutionum. Intelligitur pars Auth. *Omnis successio* ad §. 1. Tit. Inst. cit., quam Auth. exhibet *Ed.* *Schrader* l. c. p. 787. Cf. *Supra* §. 211.

b) Cod. Cantabr.: *excludunt legitimos et* (om. v. *uxor*) *excludit legitimos* et des. vv. *ergo — cognatos*.

Dicunt *Quidam*, quod testamentum, in quo filius in potestate constitutus praeteritus vel minus recte exheredatus est, ipso iure ruptum est. *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, quod illud *Auth. Ex testamento* non *e*) corrigitur, et intelligunt ita, ut, quia in *Corpore Auth.*, ex quo hoc distractum *f*) est, ibi dicitur: „*propria, nisi servaverint in parte*", alias: „*si propria servaverint in parte*", nec ibi fuit coniunctio secundarum nuptiarum, intelligitur *Auth.* illud, sicut dicit, *Ex testamento* seu per superius. Nam verba tua talia etc. numquam sunt de textu literae. *Alii* idem, quod *B.* (*Bulgarus*), et illud ita intelligunt: „*nisi etc.*" scilicet in contrahendo, quando nullo modo contraxerit secundas nuptias et tunc ita succedit *ff*). *Alii* dicunt, matrem succedere quantum ad usumfructum, in rebus paternis filio obvenientibus, non quantum ad effectum succedendi, quia semper mater succedit filio. Quantum ad modum in qualitate durat differentia. Unde si non transit *g*), succedit in proprietatem, si transit, tantum in usumfructum, ut *C. de Secund. nupt.* (5, 9.) *Auth. Ex testamento* (ad L. 3.).

§. 300.

C. de Suis et legitimis (6, 55.) *L. Apud* (8.).

§. 301.

C. de Bonis, quae liberis (6, 61.) *L. Quum oportet* (6, Auth. Item).

An patri, qui cum filiofamilias ad hereditatem extranei vocatur, ususfructus in portione filii competat?

Differunt in *C. de Bonis, quae liberis* (6, 61.) *L. Quum oportet* (6.) *Auth. Item hereditas*, super hoc verbo: „*et forsan*

Lect. ad Auth. In testamento l. c. p. 542. ad Auth. Ex testamento l. c. p. 382. Gloss. v. *Ubi nulla* Auth. Defuncto L. 7. C. ad Sc. Tertull. Gloss. v. *Ex testamento* Auth. Ex testamento L. 3. C. de Sec. nupt. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Defuncto l. c. fol. 423 [a]. et ad Auth. Ex testamento L. c. fol. 289 [a].

§. 300. *Cod. Chis.* §. 33.

§. 301. *Cod. Chis.* §. 56. *Placentinus* in Summa C. de Bo-

c) Cod. Cantabr.: *Proximi* (L. 155.).

cc) In gloss. v. *Proximis cit.* et in Cod. Chis. commemorantur praeter *Bulgarum Ioannes* et *Hugo*.

d) Paragraphus mendose scripta et in pr. mutila, quum duae proponantur quaestiones, quarum prior ad finem non perducta est. Cod. Cantabr.: *Eod. Tit.; vv. Auth. In test.* des. in Cod. Stuttg. Par. et Bamb.; Cod. Chis.: *Differunt in Auth. posito in C. ad Tertullianum In testamento.*

dd) Leg. *In testamento.*

si aliunde etc." Dicunt *Quidam*, quod haec pars non reperitur in *Auth.*, sc. *Y.* (*Irnerii*) gg). De duobus *Authenticis* unum „*Excipitur*" (C. 6, 61, 6.) intelligunt: „quod donatum est filio *Lege* praedicta". Lege, sicut alias, „id quod dictum est", scilicet in priori *Auth.*, scilicet *Excipitur*. *B.* (*Bulgarus*). *Alii* idem et addunt „*aliud*": *P.* (*Placentinus*). Nam si pater ggg) non habet usumfructum in portione filii viventis, quando simul cum eo vocatur ad successionem filii praemortui, idem erit. Et „*aliud*" de *) praedicto modo accipiunt; puta, pater et filii instituti sunt ab extraneo, modo isti duo vocantur ad successionem, et tunc pater non habet usumfructum in portione filii h).

§. 302.

Praedicto Titulo (C. 6, 61, 8, §. 1. et 2.).

§. 303.

C. de Vindicta libertate (7, 1.) *L.* 3.

§. 304.

C. de Fideicommissariis libertatibus (7, 4.) *L.* 2.

§. 305.

Praedicto Titulo (C. 7, 4, L.) *Quum inter veteres* (14.).

An manumissus in utero per fideicommissum liber nascatur?

Item differunt *Tit. eod.* (C. 7, 4.) *L. Quum inter veteres* (14.), ubi dicitur „quod manumissus in utero solem respicit

---

nis, quae lib. l. c. p. 302. *Azo* in Lect. ad Auth. Excipitur l. c. p. 547. Gloss. *Forsan* Auth. Item L. 6. C. de Bonis, quae lib. *Odofredus* in Lect. sup. Auth. Item hereditas l. c. fol. 427 a. *Fr. Aug. Biener* hist. auth. p. 38. sqq.

§. 302. *Cod. Chis.* §. 61.

§. 303. *Vet. Coll.* §. 14. *Rog.* §. 63. *Cod. Chis.* §. 66.

§. 304. *Cod. Chis.* §. 77.

§. 305. *Placentinus* in Summa Tit. C. de Fideic. libert. l. c. p. 309. *Azo* in Lect. ad L. 14. C. eod. l. c. p. 552. et in Summa Tit.

e) Cod. Cantabr.: *ideo c.*

f) Cod. Bamb.: *distinctum.* Cod. Chis.: *exceptum.*

ff) In Cod. Chis. add.: *Ib.* (Ioannes Bassianus), quem etiam gloss. v. *Ubi nulla* commemorat. De Y. aut *Ir.* (Irnerio) cf. *Azo* in Lect. ad Auth. In test. et gloss. cit.

g) Sc. *ad secundas nuptias.*

gg) Gloss. v. *Forsan* cit.: *Yr.* Sequentia manifesto corrupta sunt. Cod. Chis. sic: *in Auth. Sed hi* (add. *de*) *duobus Auth. unum hoc excep̄. et* (Leg. „*Excipitur*") *intelligunt, quod*

cum libertate, ex quo, dicit *Azo*, nascitur ingenuus, arg.[hh]) *Inst. de Ingenuis* (1, 4.) in *pr.*, et hoc totum intelligit in directo manumissis[hhh]). Nam si manumissus esset per fideicommissum, non nasceretur liber, imo oporteret, ut manumitteretur ab herede, ut in *eod. Tit.* (C. 7, 4, L.) *Si servus fuisti* (11.). Sed *M.* (*Martinus*) et *P.* (*Placentinus*) contra, et dicunt, ipsum liberum nasci, et hoc ita probant: iste, qui est in utero, debet haberi pro iam nato, quando tractatur de eius commodo; sed de libertate danda hic tractatur, sic ergo de commodo, ergo debet haberi pro iam nato, ut *D. de Statu hominum* (1, 5, L.) *Qui in utero* (7.). Sed si natus esset orcinus, esset libertus; sic ergo debet esse et hic. Non obstat eis, quod dicitur *Inst. de Ingenuis* (1, 4.) *pr.*, ubi ingenuus est, qui statim ut nascitur, liber est, quia illud intelligitur, si libertatem habet a sola nativitate, non si domini praecedens voluntas libertatem det, arg. *Legis* praedictae *Qui in utero est* (D. 1, 5, 7.). Dominus[i]) *Azo* respondet et dicit, quod bene vult, quod habeatur pro iam nato, quando de eius commodo tractatur, de manumittendo arg.[ii]). Quando tractatur, quod sit libertus, non tractatur[k]) de eius commodo; unde quantum ad hoc non debet haberi pro iam nato. Sed certe non video, qualiter potest haberi pro[l]) iam nato quoad inpositionem libertatis, et pro non[m]) nato quoad patronum, quum datur libertas et liber efficitur et libertus, nisi remissum sit ius patronatus, et non possit ex uno actu fieri liber et ex alio fieri libertus, ex praecedenti inpositione libertatis. Secundum *Az.* (*Azonem*).

Inst. de Ingen. l. c. fol. 270[b]. Gloss. v. *Solem respiciat* L. 14. C. de Fideic. lib. *Zimmern*, Gesch. etc. T. I. p. 752.

datum est L. pr., id est, sicut dictum est in etc.

ggg) Cod. Chis.: *Alii dicunt et idem et alium. P. Nam hic pater etc.*

*) An *aliunde*, ut etiam supra pro *aliud* videtur legendum esse?

h) In Cod. Chis. add.: *Al.* (Albericus).

hh) Cod. Par.: *arg. nam si manumissus in Inst.*

hhh) Cod. Cantabr. et Bamb.: *manumissus.*

i) Cod. Cantabr. et Par. addunt *et ut alias remanet, cui legi, sc. qui in utero est. Dominus.*

ii) *Leg. ergo quando.*

k) vv. *non tractatur* des. in Cod. Par.

l) vv. *iam — pro* desunt in Cod. Cantabr. et mox v. *quoad* in Cod. Par.

m) Cod. Cantabr. et Stuttg.: *pro iam nato.*

§. 306.

Praedicto Titulo mm).

§. 307.

C. de Liberali caussa (7, 16.).

§. 308.

Praedicto Titulo n) (C. 7, 16.).

§. 309.

C. de Praescr. longi temp. quae pro lib.' (7, 22.) *L.* 2.

§. 310. nn)

§. 311.

C. de Usucapione pro emtore vel transactione o) (7, 26.).

An transactio titulum usucapionis efficiat et quem?

Dicunt *Quidam*, quod, si ego petebam a te fundum, ut tu eumdem fundum totum vel partem tradideris et vendideris, ego non usucapio pro transacto. Sed si ego a te peto fundum Cornelianum et tu mihi transactionis caussa adleges, velut Sempronianum tradideris, forte si alium titulum adlegem, nec istum: „mihi ex caussa transactionis", vel oo) condici a te peterem fundi tui partem, quia tradideris instrumentum; etsi, quum a te peterem fundum, quia et tu non velles restituere, nisi aliquid similiter reciperes, tradidit tibi Sempronianum; nam istum

---

§. 306. *Cod. Chis.* §. 71.
§. 307. *Cod. Chis.* §. 85.
§. 308. *Cod. Chis.* §. 82.
§. 309. *Vet. Coll.* §. 73. *Rog.* §. 76.
§. 310. *Cod. Chis.* §. 86.
§. 311. *Cod. Chis.* §. 94. Casus et gloss. c. add. L. 8. C. de Usucap. pro emt. *Brunnemann* ad L. 8. C. cit. p. 843. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 386. sq. Cf. praeterea L. 33. C. de Transact. et de h. L. *Azo* in Lect. l. c. p. 86. sq. *Glück* l. c. T. XX. p. 186. sqq. p. 447. sq.

mm) Leg. *L. un.*, §. 1, 2. *C. de Lat. libert. toll.* (7, 6.).

n) Leg. *L.* 1, *pr. C. de Adsert. toll.* (7, 17.).

nn) Inscriptio deest in Codd. *Leg. L. un. C. de Pec. eius, qui libert. mer.* (7, 23.).

o) Legis non fit mentio. Intelligenda est *L. 8. C. de Usuc. pro emt. v. p. transact.*

oo) Cod. Cantabr.: *vel te cond.* Sequentia corrupte scripta sunt et ap. Hug. et in Cod. Chis. Leg. *vel quum decem a te peterem, mihi fundum partemve tradideris istum etc.* Vid. Cod. Chis., not. *x*.

semper usucapere poterit per traditionem. *Alii* p) dicunt, quod non usucapiet iste pp) pro transactione, sed pro emtore; nam quum peteres a me fundum ppp) et ego aliam petam tibi dedi, ut mihi alius vel litisaestimationem. Unde rem taliter, quam tecum pro usucapione capiendum, et si non per omnia, sed alienam rem petam, puta fundum dedi, ut alius mihi fundus dimitteretur, quasi venditio. Nam si aestimationem dedi, usucapio, licet pro evictione agere non possim, ut *D. de Rei vindic.* (6, 1, L.) *Ex diverso* (35.) §. *Praetor* (2.).

§. 312, 313.

C. de Usucapione pro herede (7, 29, 2.).

§. 314.

Praedicto Titulo (C. 7, 29, 4.).

An suus heres usucapere possit rem, quam defunctus usucapere non potuit?

Bul. (*Bulgarus*) dicit, quod suus heres potest usucapere, quae defunctus non potuit, sumto a se initio, non a defuncto, non tamen pro herede, sed pro suo, quum vitiorum sit successor, ut *D. de Divers. et temp. praescr.* (44, 3.) *L. Quum heres* (11.) et *C. Pro herede* (7, 29, 4.) et *D. Pro suo* (41, 10.) *L. Si ancillam* (4.) §. *penult. M.* (*Martinus*) vero dicit, quod suus he-

---

§. 312, 313. *Cod. Chis.* §. 124., quam §phum Hugolinus in duas discerpsit, 312. et 313.

§. 314. *Vet. Coll.* §. 19. *Reg.* §. 67. *Infra* §. 316.

p) Cod. Chis.: *Si p. a. t. fundum Cornel.* (des. vv. *et tu — alium*), *titulum ad legem, is istud „mihi traditur ex caussa transactionis, vel quum X a te peterem, mihi fundum partemve tradideris, istum usucapiam per transactionem, quia vere et proprie ex caussa transactionis mihi traditus est. Item si, quum a te peterem fundum Cornelianum et quum tu nolles restituere — poterit per transactionem. Al. Alii.* Leg. *tradidi tibi — poteris p. transactionem.*

pp) Cod. Cantabr.: *usucaperet iste.* Cod. Par.: *usucaperet* §. *iste.*

ppp) Sequentia mendis laborant. Cod. Chis.: *et ego aliam partem tibi d., ut m. a. fundus* (an *f. traderetur*, haec?) *hoc litisaestimatio facit veram aestimationem vel vindicationem. Unde r. t., q. t.* (transegi?) *pro emto usucapio. Item est et sive personam, sed aliam* (an *non per omnia hanc, sed aliam?*) *rem peto, puta — dimitteretur, ut sit quasi v. Nam etsi — non possumus* — §. *Petitor* (2.). In gloss. L. 8. C. cit. commemorantur *P.* (Placentinus), *H.* (Hugolinus), *M.* (Martinus), *Azo* et *Io.* (Ioannes Bassianus).

es non potest usucapere, quod defunctus non potuit usucapere, neque pro herede, neque pro suo, quum vitiorum sit successor, ut *D. de Divers. et temp. praescr.* (44, 3.) *L. Quum heres* (11.) et *C. de Adquir. et retin. poss.* (7, 32.) *L. Vitia* (11.) et *Tit. Pro herede* (C. 7, 29.) *L.* 1. et 3. Dominus *Y.* (*Irnerius*) et *R.* (*Rogerius*) dicunt *q*), quod successor iuris, sive suus sive extraneus fuerit, etiam sumto a se initio non potest usucapere, quod defunctus non potuit vitio rei vel personae. *Al'.* *qq*) contra; dicit enim, quod vitium personae non inpedit per *qqq*) usucapionem in herede extraneo, si sumat initium ex sua persona, ut *D. de Divers. et tempor. praescr.* (44, 3.) *L. An vitium* (5.) et *D. Pro herede* (41, 5.) *L. Plerique* (3.). In suo vero consentit, quia vitiorum successor est, ut *D. de Public.* (6, 2.) *L. Si ego* (11.) §. *Partus* (2.) et *Inst. de Usucap.* (2, 6.) §. *Diutina* (12.) et *C. Pro herede* (7, 29.) *L. fin.* *Ego Py.* (*Pillio*) consentio. *R.* (*Rogerius*) et *V.* (*Hugo*) et *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) non distinguunt et suum et extraneum, sed tantum inter vitium rei et personae. Dicunt *r*) enim, solum vitium rei non inpedire.

§. 315.

Praedicto Titulo (C. 7, 29, 4.).

An res a defuncto personaliter debita ab extraneo herede usucapi possit? Quaeritur praeterea, quo modo b. f. possessor inpensas voluptuarias ab herede repetere possit?

Item differunt in re personaliter debita *s*). Dicit enim dominus *O.* *t*), *R.* (*Rogerius*) et *Y.* (*Irnerius*), avia *u*) etiam ab extraneo herede usucapi non poterit. Sed *Alii* contra, ut *D. Pro herede* (41, 5.) *L. Plerique* (3.). Dicit *B.* (*Bulgarus*), quod extranei non possunt usucapere rem defuncto commoda-

---

§. 315. *Vet. Coll.* §. 19. *Supra* §. 314. De posteriore huius §. quaestione cf. *Supra* §. 166. et *Infra* §. 387.

q) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *al' nondum Y. R. et dicunt.*

qq) Cod. Cantabr.: *Alb't.* (Albertus); cf. *Supra* §. 69, not. *f.*, §. 269, not. *u.*

qqq) Ita codices; del. *per.*

r) Codices: *dicit.*

s) Cod. Par.: *delicta.*

t) Codices: *O.*, quae litera utrum *Odericum* an *Ottonem Papiensem* significet, nescio. Cf. §. 357, not. *u.*

u) Codices: *avia;* leg. *aliena res ab extr. h. etc.*

tam. *R.* (*Rogerius*) dicit tam de suo, quam alieno, et dicit: bonae fidei possessor petit *v*) ab herede voluntarias *x*) inpensas. Contradicunt *Jac.* et *U.* *y*) (*Hugo*), et dicunt, quod habet exceptionem, ut *D. de Petit. her.* (5, 3.) *L. Utiles* (39.) in *f.*

§. 316.

(Communia) *de Usucapionibus* (C. 7, 30, 3.).

Extraneus heres bona fide an usucapere possit rem, a defuncto mala fide possessam?

Contra antiquos *z*) errores eorum, qui dixerunt, heredem usucapere posse, quod defunctus mala fide possedit, quum ipse heres *a*) putavit, rem fuisse defuncti, respondent ita primo argumento, quo utuntur, in hunc modum: res quum usucapibilis sit, heres extraneus possidet bonae fidei possessione et iusto titulo, scilicet pro herede; ergo poterit usucapere. Respondent: non est verum, quia sua ignorantia non excludit scientiam *b*) defuncti seu malam fidem, ut *D. de Public.* (6, 2.) *L. Eum* (7.) §. *In hac* (12.) *c*) et *D. de Divers. et tempor. praescr.* (44, 3.) *L. Quum heres* (11.). Est enim vitiorum successor et culpae defuncti, ut *C. de Fruct. et lit. expens.* (7, 51.) *L.* 2. et *D. de Public.* (6, 2, L.) *Si ego* (11.) §. *Partus* (2.). Sed ipsi respondent: haec sic vera sunt, si velit computare tempus, quod defunctus possedit, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Pomponius* (13.) §. *Quum quis* (1.); si vero a se velit inchoare et suum tantum tempus computare, non prohibetur aliqua lege. Vel etiam responderi potest, quod ibi erat vitium rei. Secus,

---

§. 316. Quaestio verbosa et mendose scripta, quae repetitur ap. *Hug.* Dist. CXXXI. *Azo* in Lect. ad L. ult. C. de Usuc. pro her. l. c. p. 566. et in Summa eiusd. Tit. l. c. fol. 213[a]. *Supra* §. 314. Gloss. v. *Possidet* L. 3. C. Comm. de usuc. Gloss. v. *Suis heredibus* L. 2. C. de Usucap. pro her. Gloss. v. *Vitia* L. 11. C. de Adq. poss. Gloss. v. *Nec proderit* L. 7, §. 12. de Publ. in rem act. Gloss. v. *Caussis* L. 11, §. 4. D. eod. Gloss. v. *Quum quis adminiculo* L. 13, §. 1. D. de Adq. poss. Gloss. v. *Ex persona* L. 24. D. de Usucap. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. de Usuc. pro her. l. c. fol. 438[b]. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 66. p. 52. Lib. VIII. c. 27. p. 650. sq. *Walch* l. c. p. 139. (ed. IV. p. 183.). *Unterholzner* l. c. T. I. p. 335. sqq. p. 340. sq. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 423.

v) Cod. Cantabr. et Bamb.: *B. f. p. pe. petit.*

x) Leg. *voluptuarias.*

y) Cod. Par.: *B.* (Bulgarus).

z) Cod. Cantabr.: *aliquos.* Hanc sententiam prob. *M.* (Martinus) in gloss. *v. Caussis* cit., ubi etiam *Azo* commemoratur.

a) v. *heres* deest in Cod. Cantabr. et Par.; Cod. Par.: *putat;* Dist. cit.: *putet.*

b) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *ignorantiam.* Dist. cit.: *Dico: non est verum, quod possideat bona fide, quia.*

c) Cod. Par.: *Quum qui in hac.*

si non erat, ut ibidem dicere videtur, ut *D. de Usucap.* (41, 3.) *L. Ubi lex* (24.). *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) hanc rationem dicit stare non posse. In unum usucapi est tempus illud, quod defunctus coepit possidere, quia illud non [d] poterat separare heres a suo tempore, quia, nisi ut heres usucaperet, nec esset eadem persona cum defuncto, quia nec titulum defuncti potest habere a se. Hinc est, quod heres est sciens alienam complere [e] usucapionem, quam defunctus inchoavit, ut *C.* [f] *de Usucap.* (41, 3, L.) *Heres* (43.). Si initio defunctus ergo malam fidem habuit, heres non usucapiet, quum initio bonae fidei esse debeat, ut *D. de Usucap.* (41, 3.) *L. Sequitur* (4.) §. *De illo* (16.) in *f.* Sicut enim, qui ab initio malam fidem habuit [g], postea ignorans non usucapiet, ita nec heres, quum eadem persona cum eo intelligatur, ut *D. de Usucap.* (41, 3.) *L. Heres et hereditas* (22.) et *C. Commun. de Usuc.* (7, 30.) *L. Si mala* (3.) et *D. de Public.* (6, 2, L.) *Si ego etc.* (11, 2.). Item hoc probo inrefragabili [h]. Nam dicitur in hoc *Tit.* (41, 3.) *L. Non solum* (33.), quod, si ex aliqua caussa possum usucapere ancillam, si furtiva non erat, ex eadem partum eius usucapiam apud me conceptum; ergo nec [i] matrem, si furtiva est. Si ergo heres furis non usucapio partum, ut *D. de Public.* (6, 2.) *L. Si ego* (11.) §. *Partus* (5.), ergo nec ex eadem caussa, sed successionis pro herede possum usucapere matrem, etsi non est furtiva, dummodo aliud supersit et personale. Sed tunc non obstaret vitium rei, sed vitium personae, scilicet mala fides defuncti. Ergo mala fides defuncti facit, ut heres non usucaperet, quasi penes [ii] vitium remansit. Nam omne vitium committitur in heredem successorem, ut *C. de Adquir. poss.* (7, 32.) *L. Vitia* (11.). Item a contrario sensu *Tit. D. de Usucap.* (41, 3, L.) *Ubi lex* (24.) §. *Interdum* (1.). Sed illa potest exponi, ut ibi dixit *Iob.* (*Ioannes Bassianus*),

---

d) Leg. c. gloss. v. *Caussis* cit.: *posse, quia initium usucapionis est tempus, quo defunctus c. p., quod illud etc.*

e) vv. *quia illud — habere a se* exstant in solo Cod. Cantabr.; Dist. cit. sic: *aliqua Lege. Hoc responsum dico stare non posse, et hoc ita probo: initium usucapionis est tempus, quo defunctus coepit usucapere* (deest *nec esset — a se*). *Hinc est, q. heres sc. al. inplet.*

f) Leg. *D.*

g) vv. *heres non — habuit* desunt in Cod. Cantabr.

h) Ita codices; Dist. cit. add.: *argumento.*

i) Cod. Bamb.: *ne dum.* Sequentia usque ad vv. *Sed tunc* restituenda sunt ex gloss. v. *Caussis cit.*

ii) Add.: *eum.*

B. (*Bulgarus*). Nec obstat *D. de Diversis et temp. praescr.* (44, 3, L.) *Vitium* (5.), quia de singulari successione loquitur ibi, et haec, quae diximus, in universali tantum obtinent successione. Sed illa potest exponi, ut ibi dixi k).

§. 317.

C. de Adquir. possess. l) (7, 32.).

An colonus possideat?

Item differunt, utrum colonus habeat aliquam possessionem. Et *Quidam* m) dicunt, quod sic, scilicet naturalem, ut *D. Communi dividundo* (10, 3.) *L. Communi divid.* (7.) §. *Neque colonis* (11.). Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *Azo* contradicunt, quod colonus nullam habet possessionem omnino, neque civilem neque naturalem. Dominus enim civilem habet. Hoc constat et retinet suo animo, non per colonum habet, quum constet *Lex*, ubi dicitur, „quod dominus possessionem per colonum habet naturalem et per se civilem". Si n) ergo per se civilem et per colonum habet naturalem, constat, quod colonus nullam habet. Item non sibi videtur possidere, qui alii possidet, ut *D. Loc. et cond.* (19, 2.) *L. Quum in plures* (60.) §. *Heredem* (1.) et in *Inst. de Interd.* (4, 15.) §. *Possidere* (5.) et *C. de Praescr. XXX ann.* (7, 39.) *L. Male agitur* (2.), et quod colonus nullam habet possessionem, probatur

---

§. 317. *Azo* in Summa Tit. C. Comm. de Usucap. l. c. fol. 213 b. et in Lect. eod. l. c. p. 566. *Roffredus*, Ord. iud. Part. VIII. de Const. Si quis in tantam l. c. p. 481. et Rubr. de Const. ex libris l. c. p. 510. Gloss. v. *Domino* L. 1. C. Comm. de us. Gloss. v. *Ullam possessionem* L. 33, §. 1. D. de Usucap. Gloss. v. *Colonum* L. 2, §. 1. D. de Usucap. pro her. Gloss. v. *Possideant* L. 7, §. 4. D. Comm. divid. Gloss. v. *Non possident* L. 6, §. 2. D. de Precario. Gloss. v. *Possidemus* et v. *Intelligimus* L. 25, §. 1. D. de Adq. v. om. poss. Gloss. v. *In possessione* §. 5. Inst. de Interd. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. cit. l. c. fol. 439 a. v. *Savigny*, d. Recht d. Besitzes §. 7. p. 64. sqq. §. 23. p. 280. sqq.

k) Sc. ad *L. 5. de Div. temp. praescr.* Dist. cit.: *conceptum et editum; ergo a consequenti de stricto, si non usucapiam partum, nec matrem eius ex illa caussa usucaperem, etsi non esset furtiva — quasi vitium penes eum remansit. Nam vitium committatur in hunc successorem, id est vitia. Item a contrario sensu L. D. de Usucap.* (41, 3, L.) *Ubi lex* (24.) §. 1. *Secundum Io.* (Ioannem). Reliqua desunt. Gloss. v. *Caussis* cit. fere concinit cum hac §pho et cum Dist. cit.

l) Leg. *C. Comm. de Usucap.* (7, 30.) *L.* 1. Cf. Azo l. c. et gloss. v. *Domino cit.*

m) Velut *Martinus* in gloss. v. *In possessione cit.*

n) Cod. Bamb.: *sic.*

D. ad Exhib. (10, 4.) *L. Celsus* (5.) circa *pr.* et videtur aperte dici in *C. Commun. de usucap.* (7, 30.) *L.* 1. et ad *L. de Comm. div.* (D. 10, 3, 7, 11.). Respondent *Quidam*, quod ibi dicitur: „*quamvis naturaliter possideant*", id est „corporaliter detinebant", et quod ita exponatur, probatur *o*) per duas *Leges* proxime dictas.

§. 318.

Praedicto Titulo oo).

An colonus sibi possideat, postquam se possidere velle coram testibus declaravit?

Dicunt *Quidam*, tunc colonum possidere sibi, quum testatus *p*) est coram vicinis, se velle possidere. *Alii pp*) contra, huiusmodi arg. *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L.* 3, §. *Si rem apud* (18.) *q*). Item alia ratione: quia si servus meus dicat sibi possidere, non tamen sibi possidet, quia et ipsum possideo, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Possideri* (3.) §. *Si servus* (10.). Ergo idem in colono, quum colonus a servo non distet, per quem possessionem retinemus, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2, L.) *Si id, quod* (25.) §. 1. *r*).

§. 319.

Praedicto Titulo (C. 7, 30.).

An dominus, cuius colonus animo deserendae possessionis a fundo discedit, possessionem amittat?

Item differunt in eo, si colonus discedat a possessione animo deserendae possessionis, quod dominus possessionem

---

§. 318. *Cod. Chis.* §. 24. Gloss. v. *Domino* L. 1. C. Commun. de Usuc. Gloss. v. *Quidquam* L. 25, §. 1. D. de Adquir. poss. Gloss. v. *Usurpet* L. 2. C. de Praesc. XXX v. XL ann.

§. 319. Cf. §. 321, 322. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. VII. cap. XVII. n. 317. p. 283. sq. *Azo* in Summa Tit. C. de Adq. poss. l. c. fol. 215 b. *Azo* in Lect. eiusd. Tit. l. c. p. 566. et ad L. 5. C. de Adq. poss. l. c. p. 568. *Roffredus*, Ord. iud. Part. II. Rubr. de Interd. unde vi l. c. p. 96. Gloss. v. *Domino* L. 1. C. Comm. de Usucap. Gloss. v. *Placet* L. 31. D. de Adquir. poss. Gloss. v. *Aliud existimandum* et v. *Haec ita vera* L. 40, §. 1. D. eod. Gloss. v. *Neque enim*

o) Cod. Par.: *exponatur et colonus p. per etc.*

oo) l. e. *Comm. de Usucap.* (C. 7, 30.). Cf. §. 317, not. *l.*

p) Cod. Par.: *si contestatus.*

pp) ut *Py.* (Pillius) in gloss. v. *Quidquam cit.*

q) In Cod. Chis. add.: *Al.* (Albericus).

r) Cod. Cantabr.: §. *Si.*

amittit, arg. a contrario sensu *Legis D. de Adquir. poss.* (41,2.) *L. Si colonus* (31.), et admittit [rr] etiam ignorans, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Peregre* (44.) §. *Quaesitum* (1.). *Alii* contra, et pro se inducunt *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Si de eo* (40.) §. *Si forte* (1.) et *L. Si id, quod* (25.) §. 1. Nam etiam colono mortuo retinet dominus possessionem, et tamen constat, quod tunc colonus animum retinendi non habet [s]. Item habet dominus. Nonne interdum tamen iustum ipse vel procurator eius non admittitur, ut *D. de Vi et vi arm.* (43, 16, L.) *Quum fundum* (18.). Patet ergo, quod ante non amisit; nam tunc non haberet iudicium, ut *D. de Vi et vi arm.* (43, 16.) *L.* 1, §. *Communem* [t]. Item contra eos est, quod dicitur *C. de Adquir. poss.* (7, 32.) *Quum nemo* (5.). Sed *Ipsi* dicunt: non mutat quantum ad hoc, ut usucapere possit.

§. 320.

Praedicto Titulo.

Possitne is, qui a colono emit, usucapere?

Item differunt de eo, qui a colono emit, an usucapere possit. *Quidam* [tt] dicunt, quod non, quia caussam possidendi non habet a colono, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2. L.) *Quum fundus* [u]. Colonus enim non potuit possessionem dare, quia non habuit, ut *D. de Usucap.* (41, 3, L.) *Non solum* (33.) §. 2., licet dominus eam amississet, tradiderit facta [uu]. Sed *Ioh.* (*Ioannes Bassianus*) contra. Nam et colonus, quum emit ab eo, quem putabat dominum, caussam ab eo possidendi non habet, et tamen usucapit, ut *D. de Usucap.* (41, 3, L.) *Non solum* (33.) §. *Quod* (§. 1.) et arg. *Pro*

L. 18. D. de Vi et vi arm. v. *Savigny*, d. Recht d. Besitzes §. 33. p. 395. sqq. §. 23. p. 281, not. 3. De L. 18. D. de Vi et vi arm. cf. *Mühlenbruch* l. c. p. 277. sqq.

§. 320. Ad hanc quaestionem spectare videtur *L.* 5. *C. de Adquir. poss.* Gloss. v. *Dominii* L. 5. cit., quae glossa desumta est ex hac §pho. *Odofredus* in Summa L. 5. C. cit. l. c. fol. 444 a.

rr) Leg. *amittit.*

s) Sequentia corrupta sunt. Leg. *Item habet dominus interdictum adversus colonum, si ipse etc.*

t) Talis §. non exstat. Leg. *L.* 1, §. *Interdictum autem hoc* (§. 23.) et *L.* 1. *Comm. de Usuc.* (C. 7, 30.). Vid. gloss. v. *Neque enim* et v. *Domino cit.*

tt) ut *Ir.* (Irnerius) in gloss. v. *Dominii cit.*

u) Talis lex non exstat in *Tit. D. de Adquir. poss.* Leg. *arg. D. de Usucap.* (41, 3.) *Quum solus* (29.). Vid. gloss. v. *Dominii cit.*

uu) Leg. *traditione facta.*

mtore (41, 4.) *L. Alii* v). Nec tamen possessionem pupillus i dedit, qui non potuit, ut *D. eod.* pos. x), sed aliunde am habebat. Hic eadem quaestio fit in procuratore, per uem mihi ignoranter est quaesita possessio y) et antequam radat mihi, alii tradidit.

§. 321.

C. de Adquir. possess. (7, 32, L.) *Ex libris* (12.).

§. 322.

Praedicto Titulo (C. 7, 32.) *L. ult.* z).

§. 323.

C. de Quadriennii praescriptione (7, 37.) *L.* 3.

§. 324.

De Praescript. a).

Praescriptione per exsecutorem interrupta an actio personalis ad XXX annos perpetuetur?

Differunt de interruptione temporis. Dicit dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), quum interrumpitur per exsecutionis conventionem, personalis actio durat usque ad XXX annos a tempore litiscontestationis, ut *C. de Praescr.* XXX *vel* XL *annorum* (7, 39, L.) *Quum notissimi* (7.) in *pr.* et *C. de Ann. praescr.* (7, 40.) *L.* 1, §. 1. in *f.* Sed argumento contrario ex litera argumentantur. Quae contra eos sonare videntur, vi b) carent, *de Praescript. XXX vel XL ann.* (7, 39, L. 7, pr.).

---

§. 321. *Vet. Coll.* §. 4. *Rog.* §. 53. *Cod. Chis.* §. 126. *Supra* 319. *Infra* §. 322.
§. 322. *Cod. Chis.* §. 126. *Supra* §. 319, 321.
§. 323. *Vet. Coll.* §. 71. *Rog.* §. 50.
§. 324. *Azo* in Lect. ad L. 7. C. de Praescr. XXX v. XL ann. l. c.

v) Leg. *L. Pro emtore* (2.) §. *Si a pupillo* (15.). Post v. *quod* complura excidisse, intelligimus ex gloss. v. *Dominii cit.*

x) Leg. *potuit transferre* (aut *quia non potuit*), *ut D. eod.* (41, 2.) *L Possessionem* (29). Cf. gloss. v. *Si a pupillo* L. 2, §. 15. D. Pro emt. et gloss. v. *Dominii cit.*

y) Cod. Cantabr. add.: *ex liberis.* Gloss. v. *Dominii* cit. post v. *fit* add.: *Secundum Ioannem.*

z) *L. ult.* om. in Cod. Par. et Cantabr.; Cod. Par.: *E. T.*

a) Lex exc. in Codd.; pon. *C. de Praescr.* XXX *v. XL ann.* (7, 39.) *L.* 3.

b) Cod. Cantabr.: *VIII.* Cod. Bamb.: *vim.*

§. 325.

C. de Praescript. XXX v. XL ann. (7, 39.) *L. Quum notissimi* (7, §. 2.).

Debitor an possideat pignus, quod creditori tradidit c)?

Dissentiunt in *Titulo* illo *de Praescript. XXX ann.* (C. 7, 39.) *L. Quum notissimi* (7.) in illo verbo: „*apud debitorem eius possessione per posteriorem creditorem constituta etc.*" (§. 2.), et huius *Legis* arg. dicunt *Quidam*, debitorem possidere, non creditorem, et arg. cc) *D. de Usucap.* (41, 3, L.) *Non solum* d) (33. i. f.) *L. Pignori* (13.) et arg. *D. Uti possidetis* (43, 17.) *L. Si duo* (3.) §. *Creditores* (8.). Sed quod hic dicitur, non obstat e), quia, sicut ideo dicitur, quia quandoque debitor vult offerre debitum et ita rem habere et dicitur videri apud, secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*). Sed male; nullam enim omnino habet f), ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2, L.) *Qui pignoris* (36.) in *f.* Nec obstat, quod usucapit g), quia quandoque procedit usucapio sine possessione, ut *D. de Usucap.* (41, 3.) *L. Rerum* (30.) et *L. Numquam* (31.) §. *Vacuum* (5.). Item si possidet servum pignori datum, per servum quaerit h) possessionem, sicut ille, cui in eius servum ususfructus constitutus est i), ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L.* 1, §. *Per servum* (15.) et *L. Possessio quoque* (49.). Praeterea si apud debitorem esset possessio, et creditor subriperet k), ergo dominum posses-

---

p. 577. et ad L. ult. C. eod. l. c. p. 280. Gloss. v. *Per executorem* L. 3. C. de Praesr. XXX v. XL ann. Gloss. v. *Solam conventionem* L. 7, pr. C. eod. *Odofredus* in Lect. ad L. ult. C. eod. l. c. fol. 452 b. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 440. sqq.

§. 325. *Placentinus* in Summa C. de Adq. v. ret. poss. l. c. p. 333. *Azo* in Lect. ad L. 7. C. de Praescr. XXX v. XL ann. l. c. p. 577. Gloss. v. *Constituta* L. 7, §. 2. C. eod. Gloss. v. *Non posse* L. 3, §. 8. D. Uti possidetis. Gloss. v. *Possessor* L. 15, §. 2. D. Qui satisd. cog. *Odofredus* in Lect. sup. L. 7. C. cit. l. c. fol. 450 b. v. *Savigny*, d. Recht des Besitzes p. 294 — 303. *Unterholzner* l. c. T. I. p. 460. *Warnkönig* üb. d. richtige Begriffsbestimm. d. animus possidendi (Arch. f. d. civ. Pr. T. XIII. p. 174 — 176.).

c) Ita gloss. v. *Constituta* cit.

cc) vv. *Dicunt — arg.* desunt in Cod. Stuttg.

d) vv. *Non solum* desunt in Cod. Bamb.

e) Sequentia ita leguntur in gloss. v. *Constituta* cit.: *quia ideo dicit, quia debitor quandoque vult, potest offerre debitum et ita rem habere et sic erit apud eum* etc.

f) Sc. *possessionem.*

g) Sc. *debitor.*

h) i. e. *adquirit.*

i) Cod. Bamb.: *qui — usufructuarius c. est.*

k) Leg. *creditoris servus subriperet.* Cf. gloss. v. *Constituta* cit. i. f.

sione privaret, id est debitorem, quod verum est *l*), ut probatur *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Rem, quae* (15.) et *de Usucap.* (41, 3, L.) *Non solum* (33.) §. *ult.*

§. 326.

Praedicto Titulo (C. 7, 39.) *Eadem Lege* (7.) §. *In his* (ult.).

§. 327.

Praedicto Titulo (C. 7, 39, L.) *Si quis emtionis* (8.) §. 1.

§. 328.

Praedicto Titulo et Eadem Lege (C. 7, 39, 8, §. 1.).

An praescribenti longo tempore rei vindicatio contra dominum detur?

Item dissentiunt *ead. L.* (C. 7, 39, 8, §. 1.), scilicet an praescribenti longo tempore detur rei vindicatio contra dominum. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit: utique, et sic praeiudicat directo domino *m*), et est ratio, quia *Lex* dicit, praescriptione mutari dominium, ut *D. de Usucap.* (41, 3.) *L. Eum, qui* (23, §. 1.). Secundum *B.* (*Bulgarum*) et *Iob.* (*Ioannem Bassianum*). *Alii* contra, et dicunt: sed si ita est, nihil dedit ei, quia prius publicianam habebat; sed tamen nunc habet rei vindicationem de iure civili, ut *D. de Leg. I.* (30, L.) *Si creditori* (28.) §. *Idem quod* (pr.), quod dicunt dominium in tempore adquiri, *Supra Praescriptione XXX ann.* (7, 39, L.) *Si quis n*) (8, §. 1.) et *D. de Eo, per quem fact. er.* (2, 10.) *o*).

§. 329.

Praedicto Titulo (C. 7, 39.) *Eadem Lege* (8, §. 1.).

An mala fide, sed longissimo tempore praescribenti rei vindicatio competat?

Item differunt, an praescribenti mala *oo*) fide longissimo

---

§. 326. *Vet. Coll.* §. 10. *Rog.* §. 59.
§. 227. *Vet. Coll.* §. 27. *Rog.* §. 27. *Cod. Chis.* §. 55. *Infra* §. 328. *Azo* in Summa Tit. C. de Rei vind. §. 2. l. c. fol. 50[b].
§. 328. Cf. §. 327. *Vet. Coll.* §. 27. *Rog.* §. 27. *Cod. Chis.* §. 55.
§. 329. *Azo* in Lect. ad L. 8. C. de Praescr. XXX v. XL ann.

l) Gloss. v. *Constituta*: *quod non facit. Placentinus* nominatur in gloss. v. *Non posse.*

m) Cod. Par.: *dominio.*

n) Cod. Bamb. et Stuttg.: *in tempus, scil. praescr. XXX ann. Si quis.*

tempore p) detur rei vindicatio. Et *Plac.* (*Placentinus*) dicit, quod sic. *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, ut haec *Lex* aperte dicit, ibi: „*ita tamen etc.*" (L. 8, §. 1.), ut *C. de Praescr. XXX v. XL ann.* (7, 39, L.) *Si quis emtionis* (8.) §. 2.; nam aliter non adversaretur literae superiori, nisi a bonae et a malae fidei possessore referatur pp). Nam si ad male praescriptorum q) refertur, nullo modo adversatur, quia ille contra nullum vindicat, nisi res qq) sibi ablata r) vel misso adversario in possessionem.

§. 330.

Praedicto Titulo (C. 7, 39.) *et Eadem Lege* (8, §. 3.).

Missus in possessionem actione personali an statim possideat?

Item dissentiunt in *ead. L.* (C. 7, 39, 8, §. 3.), ubi in fine dicit: „quod si quis vocatus fuerit ad litem et minime responderit et adversarius responderit, et adversarius missus statim possidet; secus in personali. Sed *V.* (*Hugo*) et *Alii* contra, et dicunt, idem esse in actione personali, quod in realibus in possessione fuerit, quod poterit intra annum ve-

---

l. c. p. 579. Casus L. 8. C. de Praescr. XXX v. XL ann. Gloss. v. *Uti*, v. *Ita tamen* et v. *Tempore* L. 8, §. 1. C. cit. Gloss. v. *Distinctione* L. 8, §. 2. C. eod. *Odofredus* l. c. *Unterholzner* l. c. T. II. p. 80. sq. p. 107, 161.

§. 330. *Vet. Coll.* §. 22, 49, 12, 39. *Rog.* §. 18, 61, 10. *Cod. Chis.* §. 41, 68. *Supra* §. 142, 125, 56, 324. *Infra* §. 424. *Azo* in Summa Tit. C. Ubi in rem actio l. c. fol. 54 b. et Tit. C. Pro socio l. c. fol. 116 b. in Lect. ad L. 8. C. Quom. et quando iud. l. c. p. 584. ad L. 2. C. Ubi in rem actio l. c. p. 193. *Roffredus*, Ord. iud. Part. IV. Rubr. de Act. pro socio l. c. p. 246. Part. III. Rubr. In quib. act. l. c. p. 176. sq. Part. V. Rubr. de Bon. auct. iud. p. 379. sqq. Gloss. v. *Possessor* L. 8, §. 3. C. de Praescr. XXX v. XL ann. Gloss. v. *Communi dividundo* et v. *Pro socio* L. 1, §. 1. C. de Ann. except. Gloss. v. *Certum tempus* L. 45. D. de Damno inf. Gloss. v. *Non possessionem* L. 3, §. fin. D. de Adquir. poss. Gloss. v. *Coheredibus* L. 1. D. Fam. herc. Gloss. v. *Nata est* L. 5. C. Pro socio. Gloss. v. *Pignoratitia actio* L. 9, §. 3. D. de Pign. act. *Odofredus* in Lect. sup. L. 2. C. Ubi in rem act. l. c. fol. 163 a et ad L. un. C. de Ann. praescr. l. c. fol. 453 a. sq.

o) Add.: *L. ult.*, *pr.*

oo) Gloss. v. *Uti* habet: *an praescrib. l. t. bona fide detur contra dominum r. v.?* Sed vide gloss. v. *Ita tamen cit.*

p) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *longissimo q̄r̄.* (quaeritur), *detur.*

pp) Leg. *ad b. f. et m. f. possessorem tantum refer. etc.* Vid. gloss. v. *Uti* cit.

q) Ita codices. Leg. *fidei possessorem s. praescriptorem.* Vid. gloss. v. *Uti cit.*

qq) Leg. *re.*

r) Gloss. v. *Uti* add.: *per vim.*

nire et offerens cautionem possessionem recipere, ex qua *Lege* dicit *M.* (*Martinus*), quod missus in possessionem actione in rem statim possidet; secus in personali s). Sed *B.* (*Bulgarus*) et *Alii* contra, et dicunt, idem esse in actione personali, quod in realibus et quod in actionibus ceteris. *Io.* (*Ioannes Bussianus*) adsentit *M.* (*Martino*), ut *D. de Damno inf.* (39, 2.) *L. A quo* (45.).

An litiscontestatione actiones perpetuentur?

B. (*Bulgarus*) dicit, quod actio non perpetuatur litiscontestatione. *M.* (*Martinus*) contra. *B.* (*Bulgarus*) dicit, quod actio non ss) perpetuatur litiscontestatione t).

Actiones pro socio, pignoratitia, familiae herciscundae communi dividundo quando nascantur?

M. (*Martinus*) contra in actione pro socio, pignoratitia, familiae herciscundae, communi dividundo, si istae actiones ab initio nascantur. Dicit enim *Iac.* (*Iacobus*), quum enim sint personales actiones, omnimodo XXX annorum spatio si unde post tt) spatium nemo invito altero socio a communione discedere posse. *Alii* dicunt, quod praedictae actiones non currunt, nisi ex quo coeperunt competere et natae sunt, ut *C. de Praescr. XXX* (vel XL) *ann.* (7, 39.) *L. Sicut* (3.) et *C. de Annali except.* (7, 40.) *L.* 1, §. *Nemo* (1. med.), hoc est, postquam voluerint actionem discedere u), et hoc dicit dominus *M.* (*Martinus*), et arg. *D. Famil. hercisc.* (10, 2.) *L.* 1. in *pr.* uu) „*nam coheredibus volentibus etc.*", cui *Legi* respondet *Azo* ita: verum est, quod erat aequum dari coheredibus volentibus discedere a communione, non tamen dicit, quod actio non sit nata, vel quod antea non competit; nam non nascitur ex voluntate, quia non debet nasci actio ex voluntate, sed nascitur quasi ex contractu, ut *Inst. de Oblig. quae quasi ex contr. nasc.* v) (3, 27, §. 3. et 4.). Item dominus *M.* (*Martinus*) in pro socio vv); nam in actione pro socio certum est,

s) Cod. Bamb. add.: *quam in realibus*. Bulgari quae sequitur sententia non convenit c. gloss. v. *Possessor cit.*

ss) Cod. Bamb.: et hic et supra *accusatio non.*

t) vv. *M. — litiscontestatione* des. in Cod. Par. et Stuttg. Del. *B. — litisc.*

Dissentiunt. *Quidam* dicunt, quod duo rei promittendi intelliguntur tacite se obligare unus pro alio [m]), ut *D. ad Senatusc. Vell.* (16, 1, L.) *Vir uxori* (17.) §. *Mulier* (2.). Unde si unus solvat pro alio, mandati actione vel pro socio consequitur, quod solvit, ut *C. Si cert. pet.* (4, 2.) *L. Si in rem* (12.) et arg. in *Auth. de Duobus reis Coll. VII.* (Nov. 99, c. 1.) et arg. *D. de Duobus reis* (45, 2.) *L. Si duo* (10.). *Alii* dicunt, quod numquam socii sunt, nec fideiubere intelliguntur inter se vice mutua, nisi hoc expressim sit actum. Unde quum solidum solvitur, actione negotiorum gestorum poterit consequi, quod pro altero praestiterit, quum solvendo pro eo intelligitur gessisse eius negotium, quum eum ab obligatione liberavit. *Alii* dicunt, quod fideiubere non intelliguntur; neque socii, neque unus, quod praestiterit, ab altero consequitur, nec tamen aget, nisi mandatis actionibus sibi, et quod dicitur: „alterna fideiussione sunt obligati", respondent verum esse, quando hoc actum est inter eos [n]). *Alii* di-

---

§. 359. *Cod. Chis.* §. 59. *Vet. Coll.* §. 63. *Rog.* §. 33. *Hug.* §. 358.

§. 360. *Cod. Chis.* §. 128. *Hug.* §. 357. *Azo* in Lect. ad L. 2. C. de Duob. reis prom. l. c. p. 649. *Hug.* Dist. CXLI. in Adc. II. §. 31.

i) Cod. Bamb.: *sed haec tertia discrepat.*

k) Leg. *praestandam.*

l) Inscriptio §. deest in Cod. Cant.

m) vv. *se o. u. p. alio* des. in Cod. Chis.

n) Cod. Cantabr.: *obligata, ut* ℞., *v. e., q. hoc aut hoc actum est inter eos.* Cod. Chis.: *Alii d., q. fideiubere* (deest *non*) *intelliguntur, neque s. sunt, neque — consequitur, tamen non aget, n. m. actionibus sibi* (des. vv. *et quod — inter eos*).

sunt, quod semper agit, nisi quando nominatim dictum est, ut unusquisque eventum damni suscipiat o), alias sustineat, arg. *D. ad Leg. Falc.* (35, 2, 62.) arg. *D. de Liberatione leg.* (34, 3.) *L.* 3, §. *f.* et arg. *L. antepen.* (29.). Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) dicit, quod non agit, nec unus pro altero fideiubere intelligitur nisi ubi socii sunt, tali ratione, quia reus defendi p) non potest compensare, quod alteri reo detur, fideiussor vero compensat q); non ergo intelligimus, quod pro altero fideiubeat. Probatur etiam per *Legem de Fideiussoribus* (46, 1.) *Uranius* (71.) et *de Liberat. leg.* (34, 3.) *L. Si quis decedens* r) (3, §. 2.), et illi *L. Uxori ad Vell.* (16, 1, 17, §. 2.), quae quodammodo contra eum facere videtur, s) sic respondent: quia loquitur ibi, quando t) quaesitus fuit, et ideo dicitur pro parte fideiubere. *Al'.* (*Albericus*). Illud extra adiungitur: u) quod ipsi fideiubeant tacite, istis rationibus potest probari. Nam ideo, si unus fuit conventus et absolutus, quod aliter non liberat, nisi sint socii. Secus est in fideiussoribus, ut *D. de Arbitr.* (4, 8, L.) *Si duo* (34.), et alia ratione, quia unus compensat x), quod alteri debetur, ut arg. *D. de Duobus reis* (45, 2.) *L. Si duo* (10.), quod secus obtinet in fideiussoribus, ut *D. de Fideiussoribus* (46, 1.) *L. Uranius* (71.). Nec obstat, quod legitur *ad Vell.* (16, 1, L.) *Vir uxori* (17.) §. *Mulier* (2.); nam secundum *B.* (*Bulgarum*) color fuit quaesitus, quum mulier debebat intercedere, sed in fraudem senatus y) mutuam accepit pecuniam. Ex adverso ad aliud, quod dicitur *D. de Arbitr.* (4, 8.) *L. Si duo* (34.), potest responderi, quod ibi loquitur de expressis fideiussoribus z), et ideo non est mirum, si unus fuit absolutus, si alter liber erit. Sed non idem est in tacitis fideiussoribus. Eadem potest esse ratio in eo, quod dicitur de compensatione, et quod aliud sit in expressis fideiussoribus a) et aliud in tacitis, pot-

---

o) In v. *suscipiat* desinit Cod. Chis.

p) Leg. *debendi.*

q) Cod. Par.: *compensari pro altero r. d., f. non comp.* Cod. Stuttg.: *reddetur.* Leg. *quod alteri reo debetur.*

r) Cod. Cantabr.: *L.* 4.

s) Cod. Bamb. et Stuttg. add.: *sed.*

t) Add.: *color,* cf. gloss. v. *Intercessionem factam* L. 17, §. 2. D. ad Sc. Vell.

u) Sequentia mendis laborant. An leg. *quod non fideiubeant?*

x) Fortasse leg. *Nam dicitur, si — alter non liberatur, nisi — quia unus non compensat.*

y) Leg. *senatus cons.*

z) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices *de expensis fideiussoris.*

a) Ita Cod. Cantabr. Vid. not. z.

est probari hoc modo: iure antiquo primo-poterat conveniri fideiussor, qui expressim fideiusserat, quam principalis debitor, et hoc istis *Legibus* habetur, quod obtinet in eo, qui tacite fideiubet, ut *D. ad Municip.* (50, 1.) *L. Libertus* (17.).

§. 361.

C. de Captivis et postliminio reversis (8, 51, 1.).

§. 362.

C. Quae sit longa consuetudo (8, 53.) *L.* 2. b)

§. 363.

C. de Iniuriis c) (9, 35.).

§. 364, 365.

Praedicto Titulo (C. 9, 35, 5.).

§. 366.

Praedicto Titulo d) (C. 9, 35.).

§. 367.

D. Si quis cautionibus e) (2, 11.).

§. 368.

D. Praedicto Titulo (2, 11.) *L. Sed et si quis* (4.) §. *Quaesitum* (4.) f).

---

§. 361. *Cod. Chis.* §. 106.
§. 362. *Cod. Chis.* §. 46.
§. 363. *Vet. Coll.* §. 30. *Rog.* §. 75.
§. 364, 365. *Vet. Coll.* §. 58. *Rog.* §. 29. *Cod. Chis.* §. 170. *Roffredus*, Ordo iud. P. IV. de Civili act. inj. l. c. p. 309, lit. *h.* sq.
§. 366. *Vet. Coll.* §. 59. *Rog.* §. 29. i. f. *Cod. Chis.* §. 171.
§. 367. *Cod. Chis.* §. 39. *Supra* §. 124.
§. 368. *Cod. Chis.* §. 43. *Vet. Coll.* §. 29. *Rog.* §. 74. *Infra* §. 369.

b) In vv. huius §. „*Sed vincitur. Nec*“ desinit Fol. 227. Codicis Cantabrigiensis; proximum folium incipit in vv. „*peremtoriam exceptionem*“ §. 92.

c) Ita Cod. Bamb.; in Cod. Par. et Stuttg. om. *C.*; Cod. Cantabr.: *Praedicto Titulo.*

d) Hac §. finiuntur dissensiones dominorum de Legibus Codicis Iust. Proxime sequuntur controversiae de locis Digestorum. Itaque quattuor tantum §phis Lib. IX. Cod. absolvitur. Lib. X., XI. et XII. plane omittuntur.

e) Hac §. incipiunt *Dissensiones* de locis Digestorum et continuantur usque ad §. 445.

f) Haec quaestio inCod.Cantabr mendis depravata est.

§. 369.

Praedicto Titulo (*D.* 2, 11, 4, 4.).

ontinuatur quaestio, num quis omnem casum fortuitum in se suscipere possit?

Dissentiunt in eo, utrum g) quis possit generaliter suscipere omnes fortuitos casus. Nam dicit h), conventionem illam non valere, ut omnes casus praestentur in re deposita vel commodata et similibus, nisi specialiter exprimantur, ut *D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. Sed etsi* (4.) §. *Quaesitum* (4.). *Va.* (*Vacarius*) i). Sed *Mihi* videtur multum pro *Eis* facere, quod est in *L.* 1. k), ubi dicit: „*si quid de bonis alicuius exiisse dicetur, quum enim metu, aut sine dolo malo, aut reipublicae caussa abesset*“; ergo tantum dari debet restitutio, quum in absentia aliquis laesus esse dicatur. Sed *M.* (*Martinus*) contra dicit, quod quis generaliter potest suscipere in se fortuitos casus omnes, ut *D. de Pact.* (2, 14.) *L. Iuris gentium* (7.) §. *Si quis* l) (15.) et *C. Commodati* (4, 23.) *L.* 1. et *D. Locati cond.* (19, 2.) *L. Dominus horreorum* (55.) et *C. Quando mulier tutelae* (5, 35.) *L. ult. Legem* autem illam, quae est *D. Si quis caut.* (2, 11, 4, 4.), sic distinguit, quia speciale esset illud in stipulatione iudicio sistendi caussa facta et hoc ideo, quia iudicium redditur in invitum, ut *D. de Verb. obl.* (45, 1.) *L. Inter stipulantem* (83.) §. 1., praesumitur sic per metum pepigisse; illam vero *de Pactis* (2, 14, L.) *Iuris gentium* (7.) §. (15.). Itemque dicit, si convenerit, ut in deposito praestetur omne periculum, talem conventionem valere. Ita determinat m) *B.* (*Bulgarus*), dicens, de periculo tantum esse intelligendum, quod alicuius diligentia et custodia potest praevideri et vitari, ut *D. Depositi* (16, 3.) *L.* 1, §. *Si convenit* n) et *D. Commodati* (13, 6.) *L. Si ut* o) (5.) §. *Commodatum* (2, i. f.). Adserit vero, eos tantum casus esse praestandos,

§. 369. *Vet. Coll.* §. 29. *Rog.* §. 74. *Vet. Coll.* §. 57. *Rog.* §. 28. *Cod. Chis.* §. 43, 158. *Supra* §. 11, 12, 355, 356, 368. Gloss. v. *Hoc facere* L. 26. C. de Fideiuss.

g) *utrum* deest in Cod. Par.

h) Vet. Coll. et Rog. add.: *B.*

i) *Va.* omnes codices.

k) Sc. *D. Ex quib. cau. maior.* (4, 6.).

l) Leg. *Sed et si quis.*

m) Cod. Bon.: *illam vero legem de Pactis* (2, 14, 7, 15.), *quae dicit — ita determinat.* Cf. not. *s.* Gloss. v. *Specialiter* L. 4, §. 4. D. Si quis caut.: *B. idem dixit, quod Io.* (Ioannes).

n) Leg. *Saepe evenit* (35.).

o) Cod. Cantabr.: *sicut.*

de quibus specialiter convenit; ex generali autem permissione p) hos tantum, qui custodia et diligentia provideri possunt et evitari, suscipi posse dicit. Dominus *Al.* (*Albericus*) super generali conventione facta de omnibus fortuitis casibus praestandis dicit idem, quod *M.* (*Martinus*). Sed si conventio sit facta, ut omne periculum praestetur, talis conventio valet, ut *D. de Pactis* (2, 14.) *L. Iuris* (7.) §. *Si quis* (15.) q). Omne periculum generaliter, nisi de eo, quod custodia et diligentia evitari potest, ut *D. Depositi* (16, 3.) *L.* 1, §. *Saepe* (35.), et ad hoc inducit arg. *D. Naut. caup. stab.* (4, 9.) *L. Et ita* (3.) §. *Ex hoc* (1.). Idem dicit de eo, qui accepit equum aestimatum ex caussa commodati, quoniam *Lex* dicit, de omni periculo teneri; quod *Al.* (*Albericus*) sic exponit, scilicet quod custodia et diligentia potest evitari; de fortuitis enim r) non tenetur, ut *D. Depositi* (16, 3.) *L.* 1, §. *Saepe* s) (35.) et *D. Si quis caut.* (2, 11.) *L. Etsi post tres* (8.).

Conditione stipulationis poenalis non inpleta quomodo mora purgari possit?

Opinio t), si conditio stipulationis poenalis non fuerit inpleta suo tempore. *M.* (*Martinus*) indistincte in poenali stipulatione, et in iudicio et extra, moram purgari posse dixit, nisi lis contestata vel ius actionis deterius sit factum. *Bon.* u) (*Bononienses?*) idem in stipulatione pura, quae non est poenalis, ut *Infra de Verb. obl.* (45, 1.) *L. Si insulam* (84.) et *Si ita quis* (135.) §. *Seia* (2.). Sed secus in poenali, ut *Infra de Act. et oblig.* (44, 7, *L.*) *Traiectitiae* (23.) et *C. de Contrah. stip.* (8, 38.) *L. Magnam* (12.), nisi in his, quae sunt circa

---

p) Leg. *Promissione* et supra *provideri*.

q) Cod. Bon. (cf. not. s.) add.: *Verumtamen non tenetur, qui suscepit.*

r) Cod. Bon. add.: *casibus.*

s) In his vv. desinunt, quae recentior manus margini Cod. Bon. adscripsit (cf. *Vet. Coll.* §. 29. not. z.): *M. contra, et dicit, quod quis generaliter — quae est D., sic determinat, Si quis cavit, quod dicit speciale illud esse in stipulatione vel iudicio — invitum* (des. ut — §. 1.) *praesumitur — illam vero Legem de Pactis, quae dicit — ita determinat — Adserit tamen, eos casus — generali autem pramissione h. t., quos cust. et dil. providere possunt, suscipere* (desunt vv. *et evitari* et vv. *posse dicit*). *Dominus Al. dicit super — idem, quod M. dicit. Sed* — §. *Si quis. Verumtamen non tenetur, qui suscepit omne p. generaliter, non de eo — qui recepit equum — exponit* (deest *scil.*): *quod — evitari et provideri; de fort. enim casibus non — Saepe.* Reliqua, quae ap. Hug. sequuntur, desunt.

t) Leg. *Diversa est opinio.*

udicia arbitraria, ut *C. de Fideiuss.* (8, 41.) *L. Sancimus* (26.). Sed in arbitris est idem, si vox arbitri concepta fuit, quae maioris est auctoritatis, quam legis vel litigantium, ut *Infra de Arbitris* (D. 4, 8.) *L. Celsus* (23.) et *L. Si quum uu)*, §. *ult.* Nec mirum *v)*, si invitus alicui hic inveniatur in hoc, quasi hoc idem fere in omnibus exceptionibus, quae in *Lege secunda* continentur, arg. cui difficultas dandi ad incommodum promissoris et non stipulatoris pertinet, ut *Infra de Verb. obl.* (45, 1.) *L.* 2, §. *Quaedam partis* (1. med.) *L. Continuus* (137.) §. *Illud inspiciendum* (4.). Sic est et aliud speciale *Infra L.* 1, §. 1., aliud contra *Infra Commodati* (13, 6.) *L. Si mihi* §. *In bono* (?). Alias in conditione potestativa idem, quod in conditione pura dicit *M.* (*Martinus*). *A l.* (*Albericus*) in conditione naturali idem, quod *Nos*. Ergo in purgatione tres sunt sententiae et est sciendum, quod hae tres locum habent in ea purgatione, quae fit per oblationem. Nam si alio modo fiat, licet quandoque nulla postea esset quaestio in commissione, quandoque poenalis stipulationis vel pacti tres sunt sententiae. Nam *Quidam* dicunt, quod tantum lite contestata committitur, ut *C. de Contrah. stip.* (8, 38, L.) *Nuda* (5.). *Alii*, quum potuit facere, ut *Infra de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Ita stipulatus* (115.). *Nos* idem, quod primi, si praecessit pactio obligatoria, alioquin non. Secundum *Azo. x)* (*Azonem*) in *C. de Contrah. stip.* (8, 38.) est eadem diversitas, sed alio modo.

§. 370.

D. de Edendo (2, 13.) *L. Si quis* (6.) §. *fin.*

§. 371.

D. de His, qui notantur infam. (3, 2.) *L. Furti* (6, §. ult.).

§. 372.

D. Praedicto Titulo (3, 2.) *L. Quid ergo* (13.) §. *Crimen* (ult.).

---

§. 370. *Cod. Chis.* §. 149. *Supra* §. 7.
§. 371. *Cod. Chis.* §. 8.
§. 372. *Cod. Chis.* §. 7.

u) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *b o.*

uu) In codicibus et in nonnullis Edd. est *L.* 26., hodie *L.* 23, §. 5.

v) Sequentia mendose scripta sunt.

x) Cod. Cantabr.: *A.*

§. 373.

D. de Pactis y).

Confessus furtum coram arbitro an infamis sit?

Dissentiunt. Dicunt *Quidam*, quod, si aliquis confiteatur coram arbitro, se furtum fecisse, sit infamis, quasi diceretur, quod crimen z) extra ius confessus est infamis, quod sic probo a): Si quis paciscatur sine iussu praetoris, infamis est, quia intelligitur de crimine confiteri, ut *D. de His, qui not. inf.* (3, 2, L.) *Quoniam* (5.). Si ideo b) intelligitur confiteri, infamis est, ergo fortius, ubi confitetur, infamis c), ubi veritas est et fictio nulla. Secundum hoc, si apud arbitrum confessus est, sic dixeris, quod infamis est multo magis. Plus ergo facit confessio apud arbitrum d), quam eius sententia, quia non est verisimile, ne pro me quaerens de hoc accipiat responsionem, quod infamis sim e), et satis concedo, quod plus facit hic confessio, quam sententia; hic enim se damnat propria sententia et non exspectat, ut a quoquam damnetur, ut *D. de Confessis* (42, 2.) *L.* 1. Proponitur et illud: nullae sunt partes iudicis in confitentes, ut *D. ad L. Aquiliam* (9, 2, L.) *Proinde* (25.). Si dixeris: non videtur verisimile, respondeo: imo verum est f) concedendam et largius et omnis fur ideo, quod in furto deprehensus et infamis est, ad exemplum mulieris in adulterio deprehensae, ut *D. de Ritu nupt.* (23, 2.) *L. Palam* (43.) §. *Item* (2.) ff). Puto tamen, quod *Vgo* (*Hugo*) g), potius confitetur non infirmari, cum specialitate distinguendo in eo, quod deprehenditur, dum furat metallo Caesaris, ut *D. ad L. Iul. pecul.* (48, 13, L.) *Sacrilegii* (6.) §. *ult.* g).

---

§. 373. *Supra* §. 340. Gloss. v. *Non facit* L. 13, §. 5. D. de His, qui not. inf. Gloss. v. *Qui furti* L. 1. D. eod. Gloss. v. *Quoniam* L. 5. D. eod.

y) Ita Cod. Bamb.; in reliquis Codd. deest omnis inscriptio. Leg. *Praed.* Tit. (D. 3, 2.) *L. Quid ergo* (13.) §. *Ex compromisso* (5.). Cf. gloss. v. *Non facit cit.*

z) Codd.: *n ō. m.* Vid. gloss. *Quoniam cit.*

a) Cod. Bamb.: *proba.* In Cod. Par. deest v. *sic.*

b) Leg. *qui.*

c) Add.: *est.*

d) vv. *confessus est — arbitrum* desunt in Cod. Cantabr.

e) Cod. Bamb. et Stuttg.: *sit.*

f) Sequentia mendis depravata sunt. Fortasse scribendum est: *et concedendum larg. — deprehensus est, inf. est.*

ff) Leg. *Quae* (12.).

g) Leg. *quod is, qui c. n.*

§. 374.

D. de Pactis (2, 14, 7, 6.) h).

§. 375.

D. de Procuratoribus i) (3, 3.) *L.* 1. (pr.).

An mandatum gratuitum esse debeat?

Variant in *L.* 1. *de Procurat.* (D. 3, 3.), ubi: „*qui aliena negotia domini*". Subaudivit enim dominus *Azo* „*gratuito*". Nam numquam dicit eum procuratorem esse, nisi gratuito faciat; nam mandatum nullum est et nec mandatum dicitur, nisi sit gratuitum. Porro interveniente mercede est locatio, ut *Infra Mandati* (17, 1.) *L.* 1, §. *fin.* et *C. eod.* (2, 13.) *L. Litem* (15.); sic ergo, quum procurator dicitur, qui aliena negotia gerit domini mandato, et nullus sit alius procurator, nisi qui mandatum habeat, alioquin diceretur procurans sine mandato, et mandatum nullum sit, quum merces interveniat, nec ille, qui mercedem accepit, procurator dici poterit. Item et alia ratione. Nam quum mercede interveniente sit locatio et conductio, quis dicit, conductorem esse procuratorem? Nam sic omnis conductor esset procurator et sic omnis conductor k) et omnis locator mandati teneretur, quum procuratori contra mandatorem et mandatori contra procuratorem actio datur mandati. *Quidam* tamen subtilius distinguentes dicunt, eum procuratorem esse, qui mandato alicuius, licet non gratuito, negotia gessit. Unde tantum dicunt, non competere mandati iudicium vel actionem, et ita simpliciter videtur sonare *L.* 1. *de Procurat.* (D. 3, 3, 1.). Nam dicit:

---

§. 374. *Cod. Chis.* §. 3. *Hug.* Dist. CXLVII. in Adc. II. §. 33. Gloss. v. *Obscuram* et v. *Legem* L. 39. D. de Pact.

§. 375. *Azo* in Summa Tit. C. Mandati §. 15. l. c. fol. 114[a]. et in Lect. ad L. 15. D. de Procur. l. c. p. 103. *Odofredus* in Lect. sup. L. 15. C. cit. l. c. fol. 95[a]. *Brunnemann* ad L. 1. C. Mandati p. 467. *Glück* l. c. T. XV. p. 249. sqq. *Bucher* l. c. p. 268. sq.

infamatur, c. sp. dist. in eo, qui deprehenditur, dum furatur ex metallis Caesaris etc.

h) Priorem §. partem dedimus in *Cod. Chis.* §. 3, not. *n.* Proximè sequitur interpretatio L. 39. D. de Pact., ad quam Legem praeter Hug. Dist. cit. cf. *Glück* l. c. T. IV. §. 297. p. 141. sqq. Glossatorum nulla fit mentio, qua de caussa omnia omisimus.

i) Inscriptio exstat in solo Cod. Cantabr.

k) vv. *esset* — *conductor* desunt in Cod. Bamb.

„procurator est, qui aliena etc.“, nec dicit: „gratuito vel non“. Nec ergo distinguere debemus, arg. *Infra de Pu.* (6, 2.) *L. de Pretio* (8.). Verum *Eos* confundit ratio praedicta, scilicet quod nullum mandatum est; sic ergo nulla est procuratio vel nullus est procurator. Item *Infra C. eod.* (2, 13.) *L. Litem* (15.); nam et ibi expressim loquitur in procuratore et tamen dicitur, quod officium gratuitum esse debet. Secundum *Az.* (*Azonem*) et *Io.* l) (*Ioannem Bassianum*).

§. 376.

Praedicto Titulo (D. 3, 3, 1, pr.).

An is, qui mandatum suscipit, ante gestionem procurator proprie dicatur m)?

Differunt in illo verbo: „*administrat*“. *Azo* subaudit, id est „administranda suscepit“, vel sic: „sive mandato domini administrat, sive etiam adhuc non administrat n), sed administranda suscepit, dicitur procurator, arg. *Infra de Solutionibus* (46, 3.) *L.* 2. o) circa *pr. M.* (*Martinus*) vero videtur contra voluisse; sic enim glossavit super verbo isto: „duo necessaria sunt, id est, ut gerat negotia mea et meo mandato“. *M.* (*Martinus*). Posset fortasse dici, quod, antequam gerat, non sit procurator, sed sit p) futurus procurator vel etiam sit constitutus procurator, vel forsan inproprie ante gestionem dicatur procurator. Verum *Lex* illa loquitur, pp) non videtur velle, quod proprie q) sit procurator, imo videtur velle, quod verus sit procurator.

§. 377.

D. Quod metus caussa (4, 2.) *L. Exstat* r) (13.).

An ius sibi dicens ius suum amittat?

Dissentiunt, quum quis ius sibi dicit; nam argumentatur dominus *Iac.* (*Iacobus*) et *Y.* s) (*Irnerius*), quum quis ratio-

---

§. 377. §phus praeter modum fuse scripta, quinque quaestiones omissis inscriptionibus complectens. *Vet. Coll.* §. 38, 24, 31. *Rog.* §. 9, 70, 1. *Cod. Chis.* §. 154. *Supra* §. 120, 44.

l) vv. *et Io.* des. in Cod. Bamb.

m) Ita Cod. Cantabr.

n) vv. *sive e. a. n. admin.* desunt in Cod. Cantabr.

o) Leg. *L. ü.*, i. e. (*L.*) *vero* (L. 12.).

p) Cod. Bamb. et Stuttg.: *sic.*

pp) Del. *loquitur.*

nem habere non potest, si ius sibi dicat; non enim ius suum admittit, quum vigor iudiciorum in iuris publici tutela in medio constituta, ne quis valeat sibi sumere rationem [t]); remota ergo caussa removetur effectus, ut *C. de Iudaeis* (1, 9.) *L. Nullus* (14.) et *D. de His, quae in fraud. cred.* (42, 8.) *L. Ait praetor* (10.) §. *Si debitorem* (16.). *Va.* (*Vacarius*). Sed hoc argumentum fallit in *C. de Episc. et cler.* (1, 3.) *L. Conventicula* (15.) [u]) et in Senatusconsulto Macedoniano, quod inventum fuit, ne filii insidiarentur vitae parentum. Item est in feminis, quae postulare prohibentur, licet quiete postulent, caussa sumta a Calfurnia, inprobissima muliere [v]). Idem est in caeco, licet ipsa non adversa sella postulet, cat̃. [x]) et pro hac sententia facit *Lex C. de Decurionibus* (10, 31.) *Generali* (54.). *M. Martinus*) contra, et introducebat *Legem C. de Episc. et cler.* (1, 3.) *L. penult.* *Alii* autem idem sentiunt, ut f. [y]). *Alii*, ut *B.* (*Bulgarus*), contra, et sine ulla distinctione dicunt, illum, qui ius sibi dicit, ius crediti non habere, ut *D. ad L. Iul. de Vi publ.* (48, 6.) *L.* 1. [z]) et *C. Unde vi* (8, 4.) *L. Si quis in tantam* (7.) et *Inst. Vi bon. rapt.* (4, 2, 1.) et *D. Quod met. cau.* (4, 2.) *L. Exstat* (13.), et hoc, sive rem debitam vel suam capiat, sive etiam per caussam adversarii inhoneste capiat, sive eum per iusiurandum vel alio modo cogat, ut sibi rationem faciat, *C. de Act. et obl.* (4, 10.), contra in *Auth. Imo* (ad L. 12.) *C. de Malefic. et mathem.* (9. 18.) *L. ult.*

Quatenus creditor ius sibi dicens ius crediti amittat?

Item variatur [a]) super illo, quod est in f. illius *Legis D. Quod met. ca.* (4, 2.) *L. Exstat* (13.). *Quidam* dicunt, eum ius crediti non habere, scilicet quantum ad illam rem, in qua

---

q) An *inproprie?* Cod. Cantabr.: *quod verus sit.*

r) Inscriptionem exhibet Cod. Bambergensis.

s) Cod. Cantabr.: *I.*

t) Cod. Bamb.: *non eum etc.* Leg. *non eum ius suum amittere, q. v. i. et iuris p. t. sit in — sumere ultionem.*

u) Gloss. L. 14. de Iud. cit.: *L. Si quis curiali* (12.).

v) Cod. Cantabr.: *Cafulnia.* Cf. *L.* 1, §. 5. *D. de Postulando* et ibi *Gebauer*, not. 15. *Cuiacii* obs. Lib. XXVI. cap. 38. *Corn. van Bynkershoeck* obs. Lib. IV. obs. 12. *Heimbach* in ed. Basilic. T. I. p. 325, not. *q.*

x) Haec corrige ex *L.* 1, §. 5. *cit.*; v. *cat̃.* quid significet, alii videant.

y) An *Y.* (Irnerius)?

z) Cod. Cantabr.: *L.* 2.

a) Cod. Cantabr.: *Item variant.*

ius sibi dicit, et tali utuntur argumento: non enim ulterius debet progredi poena, quam reperiatur delictum, ut *C. de Poenis* (9, 47.) *L. Sancimus* (22.) et *D. de Poenis* (48, 19.) *§. Actor* b). Ius eum dicunt amittere tantum, quo iure illam c) habebat, puta, quia eam deposuit vel commodavit, vel etiam, quia ille iure creditor est et res sibi obligata est, vel etiam, quod habet pro re illa, puta, quia res illa sibi stipulatione debetur, et hoc dicebant *Ioh.* (*Ioannes Bassianus*), *B.* (*Bulgarus*), *al.* d) (*Albericus?*) illo, quia non debet iste creditor in plus puniri, quam in eo, in quo deliquit, ut in *Lege* praedicta et *Infra de His, quib. ut indign.* (34, 9.) *L. Rescriptum* (6.) et *L. Heredem* (17.) et *Tit. Quorum legatorum* (43, 3.) *L.* 1, *§. Si duae res* (12.). Nam iste creditor non delinquit nisi in re illa, quam accepit; ergo in iure illo tantum, quod habet in ea vel pro ea, debet puniri, nec obstat, quod dicitur in *L.* illa *Exstat* (D. 4, 2, 13.) ibi: „*rem ullam debitoris etc.*" Nam quod dicitur: „*rem ullam*", intelligunt „*debitam*" vel etiam „*sibi obligatam*", et ita exponit, quod dicitur *Infra ad Leg. Iul. de Vi priv.* (48, 7.) *L. Creditores* (7.) et *Tit. D. de Noxal. act.* (9, 4.) *L. Si servum pro delicto §.* 1. dd). Item nec obstat, quod dicitur *C. de Act. et obl.* (4, 10.) *L. Ob aes* (12.) et in *Auth.* ibi signata *Imo debito* et *Tit. Ne uxor pro mar.* (C. 4, 12.) *Auth. Omnino qui alium*, *Infra de Incendio, rui. naufr.* (47, 9.) *L. Quo naufragium* (3.) *§. Senatusc.* (ult.). Nam dicunt, quod in *Legibus* illis dicitur, esse speciale ratione delicti; nam magis delictum est, capere pro debito liberum hominem, vel aliud pro alio exigere, vel etiam aliquid de naufragio accipere, quam res sui debitoris capere pro debito, et ideo si in plus punitur, qui talia praesumit, non est mirum. Sed *Al.* (*Albericus*) contra; dicit enim, quod ius crediti non habet quoad omnia, et sic nihil habebit, et argumenta pro eo induci possunt. Et primum est verba generalia illius *Legis Exstat* (D. 4, 2, 13.) et illius *D. ad L. Iul. de Vi priv.* (48, 7.) *L. Creditores* (7.). Nam in his duabus ita dicitur: „*rem ullam debitoris etc.*" Item arg. *C. de Act. et oblig.* (4, 10.) *L. Ob aes* (12.) et in *Auth. Imo debito*

b) An *In accusatorem* (L. 5, §. 1. D. de Poenis)?

c) Sc. *rem.*

d) An *ar.* i. e. *arg.*? Sequitur enim paullo post opinio Alberici a Bulgaro dissentientis.

dd) Leg. *Si servum pro derelicto*, hodie *L.* 38, §. 1. *et* 2. *D. de Noxal. act.*

et *Auth.* [e]) *Ne uxor pro marito* (4, 12.) *Auth. Sed omnino.* Item bonum est arg. *Infra de Incendio, rui. naufr.* (D. 47, 9.) *L.* 3, §. *Senatusc.* (ult.); nec obstat, quod dicunt *Alii*, nec debet in plus vel in alio puniri, quam in quo delinquit et in quantum delinquit; nam in debito delinquit, rem debitoris accipiendo, quod volens sibi debita satisfacere accepit. Sic si in eo punitur, non est mirum. Item in toto debito deliquit, ut probatum est, nec magis potest dici in una parte, quam in alia. Sic ergo in totum deliquit et ideo nulla pars adsignari potest, in qua deliquerit, et nec obstat, quod *Alii* pro se adlegant, quod dicitur in *Lege* illa *Si servus* (D. 9, 4, 38, 2.). Nam licet ibi nummos de manu excusserit, non tamen accepit. Item plus dicit, quod si damnum dederit ob hoc, quod rationem habere non potest, ius crediti non amittit. Sed *Quidam* contra.

An is, qui rem suam a malae fidei possessore detentam deteriorem fecit, ius suum amittat f)?

Dicit g): si rem meam mala fide possides et in iudicium deductam h), si damnum i), amisi. Sed *B.* (*Bulgarus*) contra in eadem *distinctione* k), veluti si vineas cecidi, ius meum non amisi.

Transactio de re per calumniam facta an valeat?

B. (*Bulgarus*) dicit, quod de re facta transactio per calumniam non valet; sed de calumnia, licet per calumniam l), recte valet, ne lites extendantur in inmensum. *P.* (*Placentinus*) contra, et dicit, nullam esse utrobique, si per calumniam extorqueatur m).

De in integrum restitutione iusta caussa absentis.

Dicunt *Quidam* et bene, quod postea non continuatur, quod dicitur *Supra L.* 1. (D. 4, 6.) „*Si quid de bonis alicuius dicetur exiisse, quum is metu aut sine dolo malo reipubli-*

---

e) Leg. *in Tit.*
f) Ita Cod. Cantabr.
g) Leg. *Martinus dicit.*
h) Vet. Coll. §. 24.: *et iudicium detrectas.*
i) H. l. nonnulla desunt. Cf. Vet. Coll. l. c.
k) Cod. Cantabr.: *dist.*; reliqui codices: *di.*
l) vv. *licet per cal.* desunt in Cod. Cantabr.
m) In v. *extorq.* desinit §. 154. Cod. Chis.

cae caussae abesset, ei reverso datur in integrum restitutio". Sed et si postea ne quam reversus est, de bonis eius exiisse ad dicetur, de modo intra modicum tempus datur ei in integrum restitutio advocatur usucapio sit completa *n*), quia illud tempus modicum reputatur pro absentia, quasi cucurriset in absentia. Ideo dicitur eum restituendum *D. Quib.. ex caus. mai. in int. rest.* (4, 6.) *L. Abhostibus* (15.) §. *Sed quod simplieiter praetor edixit postea* (3.). In hac §. plures emergunt quaestiones. Per hoc enim dixit *M.* (*Martinus*), *Pla.* (*Placentinus*), quod numquam succurritur alicui caussa reipublicae absenti, nisi in duobus casibus, scilicet quando in absentia et quando in praesentia, tamen intra modicum tempus, fuerit laesus, puta finita usucapione, quae contra eum fuit inrogata, id est, dum conducit hospitium, componit sarcinulas, advocatum quaerit, usucapio sit completa; non enim negligentibus *o*) et cum hac sententia opinionem satis urbane comprobat et adiuvat *P.* (*Placentinus*) in *Summa de Restit. mil.* Et e contra *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) et *I. p*) (*Irnerius*) et *B.* (*Bulgarus*), ut omni tempore restituatur, sive sit captus a principio, sive medio, sive in fine, et hanc sententiam, ut opinionem verissimam corroborat *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*), ut in *Casibus Tit. de Rest. mil.*, quae huic adiungitur *Infra eod. Quum miles*, in *pr.* (D. 4, 6, 30.) et *L. Qui mittuntur* (D. 4, 6, 35.) §. *Quaesitum* (5.), in quibus dicitur, si quae usuceperint, datur in integrum restitutio; ergo dicatur restitui, quando in praesentia laesus est. Ad idem facit *Legis C. de Rest. mil.* (2, 51, L.) *Si* (2.) casus, quem ponit; ad idem *Infra eod.* (4, 6.) *Nec non* (28.) §. 2. *q*) et *L. seq. Videlicet* (29.) et *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Absentia* (140.) et *C. de Restit. mil.* (2, 51.) *L. Quod tempore* (3.) et *Supra de Minoribus XXV ann.* (4, 4.) *L. Papinianus* (20.). *Io.* (*Ioannes Bassianus*). Sed respondent, quod ipse res *r*) in absentia complevit usucapionem, sed instar si inplesset, restitueretur contra eum praesens, non tamquam heredem, sed tamquam

---

n) vv. *Sed et si—restitutio* desunt in Cod. Cantabr. Leg. *Sed et si postea* (del. *ne*) *quam — exiisse aliquid dicatur, de eo intra m. t. d. ei in i. restitutio, etsi usucapio sit compl.*

o) Add.: *etc.* Cf. *L.* 16. D. Ex quib. cau. mai.

p) Cod. Cantabr.: Y.

q) Leg. §. *Si quis* (3.) et supra *sive sit res usucapta* pro *captus.*

r) Leg. *heres. Vid. L.* 30. *D. cit.*

absentem. Vel aliter respondetur, usucapi a praesente herede, sed intra illud s), maxime secundum *Eos*, qui dicunt, sicut et *ipse* t), quod non datur modicum tempus, nisi quando u) et quibus opus est, nisi forte dixerit, quod abfuit pro advocato conducendo. Item probatur, medium subduci de medio, quia si per plures vices absens sit, in prima absentia restituitur, et tamen constat, quod medio tempore fuit negligens, ut *Infra eod.* (4, 6, L.) *Nec non* (28.) §. *Si quis saepius* (3.). Respondetur, quod evenit propterea, quia est in absentia laesus, sed hoc iam v) erit mirum. Pone enim, a principio uno mense fuisse absentem et postea fuisse x) praesentem, semper, excepta die ultima, in qua fuit absens caussa reipublicae, restituitur in integrum ad primam absentiam. Item opponitur *C. de Rest. mil.* (2, 51.) *L. Quod tempore* (3.); sed hanc determinant secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*) *etc.*, ut vellet ostendere ulterius y).

§. 378. z)

De Minoribus.

§. 379 a).

De Rescissoria actione.

Item differunt in rescissoria. Dicit enim dominus *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), quod semper competit rescissoria, sine effectu tamen, et ideo oportet adiri praetorem vivum, ut inspiret in eam spiritum vitae. Quod quum erit, possum eam postea intentare cum effectu. Nam semel concessa a praetore mortuo non est necesse eam amplius inplorare. Semel enim in perpetuum concessa est, ut *D. de Conditionibus institutionum* (28, 7, L.) *Quae sub condit.* (8.) §. *ult.*, sed effectum

---

§. 378. *Supra* §. 53.
§. 379. *Vet. Coll.* §. 33. *Rog.* §. 3. *Supra* §. 48, 49, 50

s) Sc. *modicum tempus.*
t) Quis?
u) v. *non* deest in Cod. Par.; Cod. Cantabr.: *nisi ante et.*
v) An *non?*
x) vv. *abs.* — *fuisse* desunt in Cod. Par.
y) vv. *etc. ut v. o. u.* omitt. in Cod. Cantabr.
z) §. 378, 380, 381. ad verbum fere concinentes cum quaestionibus *Supra* §. 53, 51, 52. propositis, omittuntur exemplo Parisiensi, librario Hugolini negligentiam tacite corrigente.
a) Inscriptio §phi exc. in Codd.

me petere oportet, sicut dicit in bonorum possessionibus. Nam habeo bonorum possessionem ex edicto praetoris mortui, quae dicitur decretalis, sed tamen non possum eam intentare cum effectu, nisi adeam praetorem vivum, et hanc sententiam confirmant *R.* (*Rogerius*) et *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*) in *Casibus* in *Cod. de Rest. mil.* (2, 51, L.) *Quod tempore* (3.), ubi de actione rescissoria loquitur. Cum quibus et dominus *Azo* sentit, et hoc tali modo ipse probat. *Lex* dicit, quod rescissoria tollitur anno, ut *C. Ex quib. cau. maio.* (2, 54.) *L. ult.* et *D. de Act. et obl.* (44, 7.) *L. In honorariis* (35.), ibi: *sed cum rescissa etc.*", ergo competit. Item pro eis est arg. *C. de Captivis et postlim. rev.* (8, 51.) *L. penult.* Item alio modo *Lex* dicit, ei, cuius res est usucapta, sed postea coepit possidere, quod ad similitudinem rescissoriae actionis datur exceptio. Sic ergo fit adsimilatio inter actionem rescissoriam et exceptionem quoad eas dandas. Sed patet, quod exceptio datur etiam ante rescissionem, ergo et actio rescissoria. Probatur hoc arg. *D. Quib. ex cau. maio.* (4, 6, L.) *Nec non* (28.) §. *Exemplo* (5.) et *L. Si is, cuius* (31.). E contra dominus *Pla.* (*Placentinus*) et *Ia.* (*Iacobus*) dicunt, quod nulla est, nec viva nec mortua, nisi quum fuerit a praetore concessa. Tum enim, primum non, incipiet competere, ut effectum secum habeat. Et si opponatur: rescissoria tollitur anno, ergo alicuius est, aut quoque tolletur, ut *C. Quibus ex cau. maio.* (2, 54.)* *L. ult.* et *C. de Capt. et postl. rev.* (8, 51.) *L. ult.* et *D. de Act. et obl.* (44, 7.) *L. In honorariis* (35.), ita respondent: inpetratio rescissoriae vel aliter tollitur anno, subaudi, quum iam competere coepit, postquam decreta a praetore fuit, nec dicit ibi, ante tolli, quam decreta fuerit. Nec obstat, quod dicitur *C. Ex quib. cau. maio.* (2, 54.) *L. ult.*, imo potius pro ipsis facit, quam pro me; nam ita dicitur ibi: „*exemplo utilis actionis, quae in integrum restitutis datur*", et non „restituendis". Item non obstat eis, quod dicitur *D. de Act. et obl.* (44, 7, L.) *In honorariis* (35.), imo potius pro eis facit. Nam ibi ita dicitur: „*sed cum rescissa usucapione redditur etc.*", ex quo patet, quod rescissa usucapione per restitutionem et non ante restitutionem ea competat. Item dicitur: „*intra annum experientibus*", subaudi: „post restitutionem". Item nec obstat adsimilatio, quam faciunt alii inter actionem et exceptionem. Nam illa adsimilatio non est in tantum prosequenda. Nam vides, quod actio rescisso-

ria temporalis est, exceptio autem perpetua, ut *D. de Doli except.* (44, 4, L.) *Apud* (4.), ut ostenderet, rescissoriam dari ante restitutionem, sicut datur exceptio, quia hoc falsum esset, etiam secundum *Alios*, quia exceptio datur cum effectu ante restitutionem, quod in rescissoria negatur. Sic ergo patet, quod non omnino est persequenda illa similitudo. Item patet, quod noluit facere similitudinem de exceptione ad rescissoriam actionem, imo potius de rescissoria actione ad exceptionem. Nam sicut actio rescissoria ei datur, ita et exceptio dari debet, „*quia ei, cui damus actionem etc.*", ut *D. de Superficiebus* (43, 18.) *L.* 1. (§, 4.), et hoc est, quod dixit „exemplo rescissoriae", non ad exemplum rescissoriae voluit dicere et de exceptione, quod exemplum vel quae similitudo largo modo facienda est, ut diximus. Sicut restitutis datur rescissoria, ita possidenti datur exceptio; nam stricto modo non est persequenda talis similitudo, quia una est perpetua, alia temporalis. Nec est mirum, si exceptio datur et non restitutio vel non restitutis, et non datur actio rescissoria, quia facilius datur exceptio, quam actio. Item et alia ratione, quia, quum damnificatus possessionem adeptus sit, aliquid fecisse videtur, quod et eum et exceptionem adiuvat, qualiter contestatus videtur, ut *C. de Praescr. XXX v. XL ann.* (7, 39, L.) *Quum notissimi* (7.) §. *Imo* (5.), vel si ponas, quod possessio recuperata sit per iudicem, sicut scripsit dominus *R.* in *Lege* illa *Sancimus* (C. 2, 51, 8.), et sic nullo modo faciunt *Leges* illae pro *Aliis*, scilicet *Nec non* (D. 4, 6, 28.) §. *Exemplo* (5.) et *Lex Si is*, *cuius* (31.). Quod vero ante restitutionem non competat, probatur *Legibus* fere expressim dicentibus et inprimis ea ratione, quia nullam dicitur dari rescissoriam ante rescissionem, imo *Legibus* praedictis innuitur contrarium potius, prout dixit. Item *Lex* dicit in rescissoria, quae datur minori; nam ea non competeret, antequam restitutus sit, ut *D. de Except.* (40, 4.) *L. Except.* (7.) in *f.* et *D. de Minor. XXV ann.* (4, 4.) *L. Quod si minor* (24.) §. *ult.* Nam ibi dicitur, quod nulla propria actio nascitur, ergo nec rescissoria vel utilis rei vindicatio. Cui *Legi* posset forsan responderi: verum est, quod non nascitur, quia ante nata est, sed inefficaciter, unde datur restitutio, ut sit efficax; alioquin esset casus *Maiores* (D. 4, 6.) *L. Si qua* (40.), licet arg. contra sit *C. de Contrah. emt.* (4, 38.), in *eod. Tit.* (4, 4.) *L. In caussae* (13.) in *pr.* Item

pro *Plac.* (*Placentino*) et *Iac.* (*Iacobo*) facit *D. de Iureiur.* (12, 2.) *L. Nam postea* (9.) §. *Quum minor* (4.). Ibi dicitur, quod non datur replicatio minori, antequam restitutus sit. Item et alia ratione probatur. Nam minori compensatur, quod naturaliter debet, nisi forsan restitutus esset, ut *D. de Compens.* (16, 2.) *L. Quod in* (7.) et *de Negot. gest.* (3, 5.) *L. Ait praetor* (3.) §. *Pupillus* (4.). Patet ergo, quod rescissoria actio vel exceptio non datur nisi post restitutionem, quia si daretur, non posset compensari. Sic ex his concluditur, rescissoriam non competere neque efficaciter neque inefficaciter. Sic ergo potest dici, quod si restitutio data sit, etsi competat rescissoria, quod tunc rescissoria tollatur; sin autem non sit data, tunc tollatur inpetratio rescissoriae. Verumtamen verbo uno generali posset responderi *Legibus* omnibus pro *Ia.* (*Iacobo*) et *P.* (*Placentino*) adlegatis, scilicet ut rescissoria efficaciter non competat ante restitutionem, et ita intelliguntur omnes *Leges* pro *Iac.* (*Iacobo*) et *P.* (*Placentino*) adlegatae, id est competat, tamen mero iure et de iuris subtilitate, et inefficaciter, et ita intelliguntur pro *Io.* (*Ioanne*) et *P.* b) (*Placentino*). Item posset isto modo responderi, scilicet ut aliud sit in rescissoria, quae datur minori, ut illa competat ante restitutionem etiam, sed inefficaciter, ut in *Legibus* pro *Io.* (*Ioanne*) introductis. In in integrum restitutionibus quandoque plus licet maioribus, quam minoribus, ut *D. de Minoribus* (4, 4, L.) *Auxilium* (37.) et *D. Quib. ex cau. maio.* (4, 6, L.) *Si qua militi* (40.), licet arg. contra sit *C. de Temp. in int. rest.* (2, 53.) *L. Supervacuam* (ult.) in *f.* Sed ibi quod dicitur: „*in hac parte etc.*", contrarietatem tollit et pro his facere potius videtur, quia quum dicat „*in hac parte etc.*", videtur notare aliis quandoque dissimile. Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 380. c)

§. 381.

Praedicto Titulo d) (4, 6, 15, §. ult.).

§. 382.

D. de Petit. her. (5, 3.) *L. Si quis libertatem* (7.).

---

§. 380. *Supra* §. 51. Cf. §. 378, not. z.
§. 381. *Supra* §. 52. Cf. §. 378, not. z.
§. 382. *Cod. Chis.* §. 52.

b) Cod. Bamb.: *bo.*
c) Inscriptio §phi deest in Codd.
d) Ita Cod. Cantabr. In reliquis codicibus deest omnis inscriptio.

§. 383.

D. Eodem (5, 3.) *L. Regulariter* (9.) e).

Hereditatis petitio in quem instituatur?

Item differunt in debitore hereditario. Nam distinguit *Io.* (*Ioannes Bassianus*) f), quod quum aliquis est debitor hereditarius, aut est debitor ex contractu vel quasi, aut ex delicto vel quasi. In primo casu, scilicet quando debitor est ex contractu vel quasi g), subdistinguit, utrum contendat, se heredem esse, et tunc potest conveniri petitione hereditatis, quia ius hereditarium possidet pro herede, quum se putet heredem, aut non contendit, et tunc non convenitur petitione hereditatis; nam tunc ius hereditarium pro herede non possidet, quia se heredem non putat. Item non possidet pro possessore, nam non est praedo; tunc enim responsurus esset nihil aliud, nisi „quia possideo"; imo iustam caussam habet possidendi, puta quia ignorat, petentem heredem esse vel etiam se debere ignorat. Sic h) ergo non tenebitur, quum nullus alius teneatur petitione hereditatis, quam qui pro herede vel pro possessore possidet, ut *D. eod.* (5, 3.) *L. Regulariter* (9.) et *Legibus sequentibus* (10 — 13.). Item expressim dicitur in *Lege* illa *Si debitor hereditarius* (42.) *eod. Tit.* (D. 5, 3.) et *D. Si pars hereditatis pet.* (5, 4.) *L. ult.* in *f.* In secundo vero casu, scilicet quando est debitor ex maleficio vel quasi, sive contendat, se heredem esse vel non, semper poterit conveniri hereditatis petitione, nam hic tamquam praedo cense-

---

§. 383. *Supra* §. 163, not. *n.* *Azo* in Summa C. de Her. pet. l. c. fol. 58[a]., in Lect. ad L. 2. C. eod. l. c. p. 215. et ad L. 11. C. eod. l. c. p. 218. *Roffredus*, Ordo iud. Part. IV. Rubr. de Her. pet. l. c. p. 205., Part. VI. Rubr. Si (ex)heredatus sit etc. l. c. p. 406. Gloss. v. *Menecratis* L. 2. C. de Her. pet. Gloss. v. *Non tenetur* L. 42. D. eod. Casus et gloss. v. *Refert* L. 14. D. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 9. D. cit. l. c. fol. 220[a]., sup. L. 2. C. de Her. pet. l. c. fol. 176[a]. et sup. L. 11. C. eod. fol. 178. sqq. *Lauterbach*, coll. pand. Lib. V. Tit. 3. §. 9 — 14. Vol. I. p. 468. sqq. *Glück* l. c. T. VII. p. 519. sqq. *Thibaut* üb. d. Verhältniss des Beklagten bei der Erbschaftsklage (Archiv f. d. Civil. Praxis, T. VII. p. 224. sqq.).

e) §. 163.: *Sed utrum* (14.) *eod.*

f) §. 163.: *Item d. in D. eod. tit.* (5, 3.) *L. Sed utrum* (14.) *Nam d. Io. in deb. hereditario, quod.*

g) vv. *In primo — quasi* desunt in Cod. Cantabr.

h) §. 163.: *Is ergo*, et mox *expressum.*

tur et pro possessore possidere videtur [i], prout probatur *D. de Petit. her.* (5, 3.) *L. Item veniunt* (20.) §. *Quam praediximus* (4.) et *Infra de Servo corrupto* (11, 3.) *L. Haec actio* (13.) §. *ult.* Nec obstat, quod legitur *D. de Pet. her.* (5, 3.) *L. Sed utrum* (14.). Nam quod ibi dicitur: „*nihil interest, utrum ex delicto, an ex contractu debitor sit*", intelligendum est, dummodo debitor ex contractu se contendat heredem; alias enim petitione hereditatis non tenetur, et in hac sententia est etiam dominus *Azo.* Audivi tamen dominum *Py.* (*Pillium*) in cathedram constitutum dicentem et adserentem [k]: nihil interest, si debitor sit ex contractu vel ex maleficio vel utrobique, sive neget se heredem, sive contendat se heredem, semper dicebat teneri et conveniri posse hereditatis petitione, et inducebat pro se quod dicitur in illa *Lege Sed utrum* (5, 3, 14.). Item quod dicitur *D. Famil. herc.* (10, 2.) *L. Fundus, qui dotis* (51.) in *f.* Secundum *Az.* (*Azonem*) quod ibi dicitur: „*per hereditatis petitionem consequeris*", intellige, si se contendebat debitor ex contractu heredem vel quasi, etiamsi erat debitor ex maleficio. Item dicebat *Py.* (*Pillius*), non obstante sibi, quod dicitur in *Lege* illa *Si debitor hereditarius* (D. 5, 3, 42.). Nam quod ibi dicitur: „*non tenetur hereditatis petitione*", intelligebat, non tenetur, scilicet *solvere*, antequam probet heredem se, qui ab eo debitum exigit. Item pro se inducebat *Legem* praedictam *Haec actio* (D. 11, 3, 13.) §. *ult.*, unde magis pro *Aliorum* sententia ʒ *Lege* [l].

§. 384.

D. Eodem Titulo (5, 3.) *L. Nec ullam* (13.) §. *Quid* (4.).

§. 385.

D. Eodem Titulo (5, 3.) *L. Si a domino* (36, §. 3.).

An in hereditatis petitione malae fidei possessor naturali rei interitu a praestatione rei liberetur?

Item differunt in *D. eod. Tit.* (5, 3.) *L. Si a domino* (36.)

---

§. 384. *Supra* §. 161. *Vet. Coll.* §. 34. *Rog.* §. 4.
§. 385. *Supra* §. 164. Gloss. v. *Si praedo* L. 36, §. 3. D. de

i) In v. *videtur* desinit §. 163.
k) Memorabilis locus, qui aetati opusculi definiendae lucem adfert.
l) Codices: ʒ *L.* Vid. *Supra*

§. *Si praedo* (3.). Dicit *Bul.* (*Bulgarus*), speciale esse illud in petitione hereditatis, scilicet quod praedo liberetur naturali interitu rei, nisi petitor erat forte distracturus; alias autem malae fidei possessor ab initio et ex post facto, si lite contestata res periit sine dolo et culpa eius et eo modo, quo peritura fuisset, si restituta fuisset, tenetur ad pretium praestandum, licet petitor non fuerit distracturus, ut *D. Quod metus caussa* (4, 2.) *L. Si cum* (14.) §. *Quatenus* (10.) et *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. Generaliter* (78.) et *glossula* eiusdem *Legis* et *D. de Leg. I.* m) *L. Quum res* (47.) §. *ult.*, et si obiiciatur de depositario et commodatario, respondet, ideo non tenetur de naturali interitu post litem contestatam, quia ab initio voluntate domini possidebat. Sed *Iac.* (*Iacobus*) contra, et dicit, omnem malae fidei possessorem liberari naturali interitu rei, nisi petitor fuerat distracturus, excepto fure, invasore, abigeo, raptore et eo, qui convenitur actione quod metus caussa, nisi res perierit mm) intra tempus iudicationis: tum enim a rei praestatione liberatur, quia poenam tripli satisfacere cogitur, ut *D. de Condict. furt.* (13, 1, L.) *In re furtiva* (8.) et *L.* 3. et *D. de Vi et vi armata* (43, 16.) *L.* 1, §. *Rectissime* (34.) n) et *D. Quod metus caussa* (4, 2.) *L. Si cum* (14.) §. *Quatenus* (10.). *Al.* (*Albericus*) dicit idem. Malae o) fidei vero possessor ab initio tenetur semper, etiamsi eodem modo res esset peritura apud dominum, ut *D. de Leg. I. L. Quum res* (47.) §. *ult.*; quod si postea coepit esse malae fidei possessor, semper tenetur, praeterquam si res eodem modo erat peritura apud dominum.

§. 386.

Praedicto Titulo (D. 5, 3, 25, 7.).

Her pet. *Odofredus* in Lect. sup. L. 36, §. 3. D. de Her. pet. l. c. fol. 228 b. *Lauterbach* l. c. Lib. V. Tit. 3. §. 16—18. Vol. I. p. 472. sq. *Glück* l. c. T. VII. p. 556. sq.

§. 386. *Supra* §. 160.

---

§. 21, not. e. §. 23, not. f. §. 35, not. q. §. 246, not. x.

m) Cod. Cantabr.: *de Leg. III.*

mm) §. 164.: *caussa. Ubi res perierit.*

n) Ita Cod. Cantabr.; reliqui Codd.: *de Vi bonor. rapt.* (47, 8.) etc.

o) §. 164.: *idem, quod Iac. Malae etc.* In gloss. commemorantur *Ir.* (Irnerius) et *M.* (Martinus).

§. 387.

Praedicto Titulo (5, 3.) *L. Utiles* (39.).

B. f. possessorem inpensas voluptuarias in hereditatis petitione tantum tollere posse oo).

R o g. (*Rogerius*) dicit, quod bonae fidei possessor in petitione hereditatis voluptuarias inpensas tantum tollere potest. *I a.* (*Iacobus*) et *V.* (*Hugo*) dicit, quod habet exceptionem, ut *D. de Petit. her.* (5, 3.) *L. Utiles* (39.) *p*).

An fructus fructuum veniant in speciali in rem actione?

M. (*Martinus*), alias *R.* (*Rogerius*), dicit, quod fructus fructuum veniunt in speciali actione, ut *D. de Petit. her.* (5, 3.) *L. Illud* (40.) §. *Praedo* (1.). Sed *B.* (*Bulgarus*) contra. Dominus *ooo*) subsidio forsan, quod *M.* (*Martinus*) dicebat, adserit *D. de Rei vind.* (6, 1, L.) *Si hominem* (17.).

§. 388.

D. Eodem (5, 3.) *L. Heres furiosi* (51, §. 1.).

Num usurae fructuum in hereditatis petitione praestentur a possessore pp)?

Item differunt in *D. eod. Tit.* (5, 3.) *L. Heres furiosi* (51.) §. *Fructuum* (1.). Dicit *M.* (*Martinus*), quod in primo casu loquitur de bonae fidei possessore et ideo non praestat usuras fructuum. In secundo loquitur de malae fidei possessore et ideo non est mirum, si usuras fructuum praestat. Sed *B.* (*Bulgarus*), *V. de Ca. q*) (*Wilhelmus de Cabriano*) et

---

§. 387. *Supra* §. 166. et §. 315. *Vet. Coll.* §. 20. *Rog.* §. 68. *Hug.* Dist. LXX. in Adc. II. §. 19.b.

§. 388. *Supra* §. 165. *Azo* in Summa Tit. C. de Hered. pet. §. 24. l. c. fol. 58b. et in Lect. ad L. 1. C. eod. l. c. p. 214. Gloss. v. *Fructuum*, v. *Perceptorum* et v. *Percepti* L. 51, §. 1. D. eod. Gloss. v. *Usuras* L. 1. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 1. C. de Hered. pet. fol. 175b. v. *Savigny* l. c. T. IV. p. 397, not. 5. p. 405, not. 6.

oo) Ita Cod. Cantabr.

ooo) Quis?

p) §. 166.: *Item differunt in D. eod. Tit.* (5, 3.) *L. Utiles* (39.). *Dicit B., quod — tantum abradet. Iac. et V. contra, et dicunt, quod istas retinet per exceptionem — Utiles.* Sequentia desunt.

pp) Ita Cod. Cantabr.

q) Ita omnes Codices; sed §. 165.: *W. de Ca.* Memorabilis locus, ex quo intelligimus, unde nascatur commutatio siglorum *V.* (U) et *W.* Cf. *Supra* §. 50, not. *n.*; §. 51, not. *t.*; §. 79, not. *q.*; §. 87, not. *p.*; §. 118, not. *k.*; §. 160, not. *l.*

Al. (*Albericus*), *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et dicunt, quod in utroque casu loquitur in bonae fidei possessore, et adsignant rationem talem, quare non tenetur in priore casu de usuris, sed in posteriore tenetur, quia post petitam hereditatem fructus petiit ex necessitate, quia tenetur de percipiendis, sed ante petitam non ex necessitate, sed ex voluntate percepit, quia non tenetur de percipiendis, et sic ubi magis adstringitur, plus relevatur, et ubi minus, plus oneratur r). Idem dicit *Azo.* Sed *Quidam* totum intelligunt in malae fidei possessore.

§. 389.

Praedicto Titulo s).

An dominus arborem vindicare possit, quae in alienum solum translata coaluit?

Item *M.* (*Martinus*) in rem actionem utilem dari et t) contra eum, qui dolo malo transtulit arborem, quae in alienum translata coaluit et radices inmisit, ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L.* 6, 7, §. *de Arbore* u), sicut Proculus v) et Nerva dicebant, et inducebat arg. *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. In rem* (23, §. 5.), ubi dicit: „*ea, quae cedunt solo loco adcessionis, non possunt vindicari, quamdiu cohaerent; sed potest agi ad exhibendum, ut separentur et postea vindicentur*". Sic in isto casu potest vindicari, et nec obstat, quod dicitur in *Inst. de Rer. div.* (2, 1.) §. *Si Titius alienam plantam* (31.) et *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) *L. Adeo* (7.) §. *fin.* Nam licet ibi dicatur, quod eius efficiatur, in cuius solo radices egerit, non tamen dicit, isti denegari actionem. Nam ille dominus efficietur directo, at iste dominus remanebit utiliter, et sic utiliter directo praefertur, ut vides arg. *D. de Rei vind.* (6, 1, L.) *Si post acceptum iud.* (18.). Item ut *D. de Donationibus int. vir. et ux.* (24, 1.) *L. Si mulier ex pec.* (29.) §. *fin.* et *L. Utilem* (30.) et *D. de Procuratoribus* (3, 3.) *In caussae* (27.) in *f.* et *C. de Rei vind.* (3, 32.) *L. Certum* (22.) et *D. de Mort. cau. don.* (39, 6.) *L. Si alienam* (13.). Item non obstat, quod di-

---

§. 389. *Vet. Coll.* §. 25. *Rog.* §. 71.

r) Sequentia om. §. 165.

s) Leg. *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Idem* (5.) §. *de Arbore* (3.).

t) Leg. *Item M. dicit, in rem. a. u. d. contra.*

u) In editis est *L.* 5, §. 3. *D. cit.*

citur *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) *L. Sed si meis* (26.) §. *Arbor* (2.). Nam quod ibi dicitur: „*non ad priorem dominum revertitur etc.*“, verum est. Nam directum dominium ad eum non revertitur, non tamen ideo negatur, quod inutile *x*) sit penes dominum priorem. Item non obstat, quod ibi dicitur, scilicet quod *alia arbor est effecta alio terrae alimento;* verum est quoad quid, id est ad directam actionem; eadem tamen permanet quoad utilem actionem. Inprobe tamen desiderabat petitor fructus aestimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, verbi gratia, quia his diebus potuisset lucrari sex imperiales et non est lucratus aliquid, quod possessor ille malae fidei non curabat *y*). Hoc retro erat, quod propinabatur sibi vinum vel faciebat aliquid per domum. Sed videtur, quod non inprobe, imo probe petitor desiderabat etc., quia possessor iste malae fidei erat; ergo tenetur de perceptis et percipiendis, sicut malae fidei possessor fundi. Dicit dominus *Azo*, quod non bonum simile est de fundo ad servum *y*), nam novam formam, ut possessor dedisse, sed vero *yy*). Non enim semper fuit paratus servus porrigere vel dare fructus, sed fundus semper paratus fuit porrigere fructus vel dare. Si opponitur esto, quod aliquis exstirpavit vel roncavit nemus vel removit gressus *z*) de monte, ergo non tenetur de percipiendis, quia mos iste, aut servus ex aliquo accidenti vel ex scientia, quam ipsam docui, vel artificio, secundum *B.* (*Bulgarum*) et *V.* (*Hugonem*) negatur, quia quum *Lex* aliquid in praeteritum indulget, in futurum vetat, ut *D. de Legibus et senatusc.* (1, 3.) *L. Quum* (22.). *Iac.* (*Iacobus*) dicit, actionem in rem dari per interpretationem, scilicet ad aestimationem arboris sequendam. Dominus *Al.* (*Albericus*) dicit idem, quod *B.* (*Bulgarus*), *M.* (*Martinus*). Dominus *Io.* (*Ioannes Bassianus*) hodie non dat, quia alia arbor esse intelligitur, ut *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) *L. Sed si* (26.) §. *Arbor* (2.). Item dicit dominus *Azo* et *Ir.* *a*) (*Irnerius*).

---

v) Cf. *Vet. Coll.* §. 25, not. *l.*

x) Leg. *utile.*

y) In sequentibus complura desunt.

yy) An *dedisse videtur?*

z) De v. *roncare* i. e. exstirpare et v. *gressus*, quod significat lapidem ad pavimenta, cf. *Du-Fresne* l. c. T. III. P. I. p. 825, 855. et T. II. P. I. p. 524. *Esto*, olim Italicum, nunc Hispanicum vocabulum. Sequentia mendose scripta sunt.

a) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *Io.* (Ioannes Bassianus).

§. 390.

D. de Rei vindic. (6, 1.) *L. Si post acceptum* (18.).

An usucapio litiscontestatione interrumpatur?

Differunt in *Rei vind.* (6, 1.) *L. Si post accept. iud.* (18.). Dicit enim dominus *Y.*, *alias Yr.* b), et dominus *Al.* (*Albericus* et *M.* (*Martinus*), quod usucapio hodie interpellatur litiscontestatione, ut *C. de Ann. exc.* (7, 40.) *L. Ut perfectius* (2.). Sed *V.* (*Hugo*) contra *Al.* (*Albericum*) et *Iob.* (*Ioannem Bassianum*), ut *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Si hominem* (17.) in *f.* et *L. Si post acceptum* (18.) et *D. Pro emt.* (41, 4.) *L.* 2, §. *fin.* et quod dicitur in *C. de Ann. except.* (7, 40, L.) *Ut perfectius* (2.), speciale est ibi favore illarum personarum, ut etiam denuntiatio sola inducat interruptionem plenissimam.

§. 391.

Praedicto Titulo (6, 1, 47.).

§. 392.

Eodem Titulo (D. 6, 1, 62, §. ult.).

An ab initio bonae fidei, deinde malae fidei possessor de fructibus percipiendis teneatur?

Dicunt c) *Quidam*, quod bonae fidei possessor ab initio, ex post facto malae fidei tenetur de omnibus fructibus, quos perci-

---

§. 390. *Vet. Coll.* §. 12. *Rog.* §. 61. *Cod. Chis.* §. 41. *Supra* §. 56. i. f. §. 125, 335. *Odofredus* in Lect. sup. L. 18. D. de Rei vind. *Azo* in Lect. ad L. 26. C. de Rei vind. l. c. p. 227. *Brunnemann* ad L. 10. C. de Adquir. poss. l. c. p. 850. *v. Buchholz* üb. d. Unterbrech. d. Verj. durch Litiscontest. (Versuche über einz. Th. d. Theor. d. heut. röm. Rechts. Berlin 1831. 8. p. 129. sqq.).

§. 391. *Vet. Coll.* §. 15. *Rog.* §. 64.

§. 392. *Cod. Chis.* §. 139. *Supra* §. 173, 160. *Vet. Coll.* §. 81. *Rog.* §. 84. *Azo* in Lect. ad L. 22. C. de Rei vind. l. c. p. 226., ad L. 2. C. de Fruct. et lit. exp. l. c. p. 592., et ad L. 10. C. de Adquir. poss. l. c. p. 570. Gloss. v. *Possessorem* L. 10. C. de Adquir. poss. Gloss. v. *Percipiendos* L. 25. D. de Usur. Gloss. v. *Universos* L. 22. C. de Rei vind. Gloss. v. *Generaliter* L. 62, §. ult. D. eod. Gloss. v. *Non habendam* i. f. L. 35. D. eod. Gloss. v. *Accepit* L. 2. C. de Fruct. et lit. exp. *Brunnemann* ad L. 2. C. de Fruct.

b) Cod. Par.: *V.* (Hugo), *alias* Yr.

c) §. 173.: *Item differunt in eod. Tit.* (C. 3, 32.) *L. Certum est* (22.). *Dicunt.*

pere potuit, etsi non percepit, ut *C. de Fruct. et lit. expens.* (7, 51.) *L.* 2. Item malae fidei possessor ab initio et ex post facto [d]) tenetur de omnibus, quos vetus possessor percipere potuisset, si ei licuisset, ut *D. de Rei vindic.* (6, 1, L.) *Si navis* (62.) §. *ult.* et *C. Unde vi* (8, 4.) *L.* 4. Dicunt *Quidam*: bonae fidei possessor, id est, qui scientiam rei alienae non habet, semper facit fructus suos lite iam contestata contra eum, qui adhibuerit scientiam rei alienae. Unde si lis contestata fuerit usque ad biennium et in fine tantum, alias triennii, sciverit [e]) rem alienam, nihilominus fructus antecedentis temporis suos facit, et hoc dicunt ex illo verbo, quod dicitur in *C. de Fruct. et lit. expens.* (7, 51.) *L.* 2., et non cogitur eos restituere. *Arrianus*, *M.* (*Martinus*). *Alii* dicunt, quod fructus suos facit quantum ad exceptionem, quum ipsa re cogitur eos restituere; sed quantum ad effectum fructus suos non facit. *B.* (*Bulgarus*), *Al.* (*Albericus*) [f]).

§. 393.

D. de Servitutibus praed. urb. (8, 2.) *L. Foramen* (28.).

§. 394.

D. de Rebus cred. et si cert. pet. (12, 1.) *L. Certi condictio* (9.).

§. 395.

D. Si certum pet. (12, 1.) *L. Principali* (33.).

§. 396, 397.

D. de Condictione furtiva (13, 1.).

§. 398.

D. de Condictione furtiva (13, 1.).

---

et lit. expens. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 59. p. 47. sq. *Glück* l. c. T. VIII. p. 265, 269, not. 88. p. 293. sq. p. 298.

§. 393. *Vet. Coll.* §. 84. *Rog.* §. 87. *Supra* §. 179.

§. 394. *Vet. Coll.* §. 28. *Rog.* §. 73.

§. 395. *Cod. Chis.* §. 120.

§. 396, 397. *Supra* §. 204.

§. 398. *Vet. Coll.* §. 21. *Rog.* §. 69. *Supra* §. 205.

d) Ita codices.

e) Cod. Chis.: *Unde etsi* — *tantum* (deest *alias triennii*) *sciverit.*

f) Cod. Chis.: *Alii dicunt, si fructus s. facit* (desunt vv. *quantum — restituere*), *sed — facit* (om. *B.*) *Al.*

§. 399.

D. de Condictione triticaria (13, 3.) *L.* 1.

§. 400.

Praedicto Titulo (D. 13, 3.) *L. penult.* ff).

Cuius temporis aestimationem recipiat res condictione triticaria petita?

Differunt in *L. penult. D. de Condict. trit.* (13, 3.), ubi dicitur, quod spectatur tempus rei iudicatae. Opponitur, quod dicitur *D. Commodati* (13, 6.) *L.* 3, §. *In hac* (2.) et *D. Si cert. pet.* (12, 1, L.) *Vinum* (22.). *B.* (*Bulgarus*) hoc respondet: distinguitur, sit bonae fidei iudicium, an stricti iuris. Si bonae fidei, inspicitur tempus rei iudicatae, nisi mora vel id, quod habeatur pro mora g), si stricti iuris, semper tempus rei petitae, ut *D. Si cert. pet.* (12, 1, L.) *Vinum* (22.) et *L. sequent.* Quid ergo est, quod hic dicitur, quum triticaria gg) sit stricti iuris, inspicitur tempus rei iudicatae? Responde hoc: tanti fuit res tempore rei iudicatae h), quanti fuit tempore rei petitae. *M.* (*Martinus*) idem i) in bonae fidei et in stricti iuris iudiciis, et distinguit, descendat ex contractu stricti iuris, an bonae fidei. Si ex contractu bonae fidei, inspicitur rei iudicatae tempus et in hoc casu loquitur *Lex* ista *Commodati* (13, 6.) *L.* 3, §. *In hac* (2.). Si vero ex contractu stricti iuris, inspicitur tempus rei petitae, ut *D. Si cert. pet.* (12, 1, L.) *Vinum* (22.). Sed opponitur in petitione hominis in *eod. Tit.* (12, 1.) *Quum fundus* (31.). Responde: verum est, nam et

---

§. 399. *Cod. Chis.* §. 49. *Vet. Coll.* §. 28. *Rog.* §. 73.

§. 400. *Hugonis* Dist. LVII. (*v. Savigny* T. IV. p. 424.) *Hugolini* Dist. LXXXI. Adc. II. §. 20. *Roffredus*, Ord. iud. Part. IV. Rubr. de Certi condictione triticaria l. c. p. 221. Gloss. v. *Morae* L. 3. D. de Cond. trit. Gloss. v. *Quanti*, v. *Quamvis* et v. *Litiscontestatae* L. 3, §. 2. D. Commodati. Gloss. v. *Quanti tunc* et v. *Quum petitum esset* L. 22. D. Si cert. pet. *Odofredus* in Lect. sup. L. 3. D. de Cond. trit. l. c. fol. 47 a. *Fachineus* l. c. Lib. II. cap. 74. p. 165. *Glück* l. c. T. XIII. p. 271. sqq. *Gans* l. c. p. 58. sqq. *Keller* l. c. p. 186.

ff) Cod. Par.: *D. de Condict. trit. L. penult.* Cod. Bamb.: *D. de Condict. trit. L. ult.*

g) Leg. *nisi mora adhibeatur vel pro mora aliquid praecessit.* Cf. gloss. v. *Morae cit.*

gg) vv. *si stricti — quum triticaria* des. in Cod. Stuttg.

h) vv. *semper tempus — rei iudicatae* des. in Cod. Cantabr.

i) Add.: *dicit.*

quum iudicati agitur, tanti [k]) est res, quanti erat, quum petebatur; vel aliter, quod est subtilius: hic deventum est ad aestimationem et sic petitur ibi [l]) in quantitate et non specie quasi aestimatio, et sic non obviat.

§. 401.

Eod. Tit. (D. 13, 3.) *et cit. Lege* (3.).

§. 402.

D. de Pignoratitia act. (13, 7, 22, 2.).

§. 403.

D. de Peculio (15, 1, 3, §. 8.).

§. 404.

D. Quod iussu (15, 4, 1.).

Actio quod iussu quando locum habeat et an concurrat cum aliis actionibus?

Variant dicunt circa actionem quod iussu [m]). Distinxit enim *Pla.* (*Placentinus*), utrum intercedat iussus in rem dominicam, ut tunc habeat locum mandati actio, ut *C. Mandati* (4, 35.) *L. Si tibi* (8.), an in peculiarem, et tunc locum habeat quod iussu, ut *D. Quod iussu* (15, 4.) *L.* 1. Hoc idemque dicebat, actionem quod iussu non posse habere locum cum actione mandati. Sed *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra, et [n]) dicit, eas quandoque concurrere, quandoque non. Dicit

---

§. 401. *Cod. Chis.* §. 50.

§. 402. *Vet. Coll.* §. 26. *Rog.* §. 72.

§. 403. *Vet. Coll.* §. 44. *Rog.* §. 13.

§. 404. *Placentinus* in Summa Tit. C. Quod cum eo l. c. p. 158. et in Summa Tit. C. eod. *Azo* in Summa eiusd. Tit. C. l. c. fol. 104. Casus et gloss. v. *Quod iussu* et v. *Actio erit* L. 5, §. 2. D. de In rem verso. Casus et gloss. v. *Qui iubet*, v. *Ex caussa fideiussionis et* v. *Si ratum habuerit* L. 1. D. Quod iussu. Gloss. v. *Ex ea obligatione* L. 8. C. Quod cum eo, qui in al. pot. Casus et gloss. v. *Licet* §. 4. Inst. eod. Gloss. v. *Pupillos* L. 8. C. Mandati. *Thibaut* über die actio quod iussu (in d. Archiv f. d. civil. Praxis, T. XII. p. 183. sqq.).

k) vv. *est — tanti* des. in Cod. Cantabr.

l) Cod. Par.: *tibi;* Cod. Cantabr.: *ubi.* In gloss. v. *Morae cit.* commemorantur *Ir.* (Irnerius), *Placentinus* et *Ioannes Bassianus.*

m) Leg. *Varia dicunt etc.* Cod. Stuttg.: *V. c. a. d. q. i.*

n) Cod. Cantabr.: *mandati, ut Iob. contra, sed contra et.* Cod. Bamb. et Par.: *mandati vel e contra. Sed Iob. c. et.*

enim, eas quandoque concurrere, quum iussus est directus contrahere in peculiari, vel in re peculiari nn), vel in re dominica; non autem dicit eas concurrere, quum ad servum iussus dirigitur, et idem dicit *Azo*, quod et *Iob.* (*Ioannes Bassianus*). Unde dicit *Azo*, quod si vere iussus dirigatur ad servum sive ad contrahentem cum servo, semper datur actio quod iussu, et hoc propter generalia verba *L.* 1. istius *Tituli Quod iussu* (15, 4.). Nam sive mandavit, sive ratum habuit, quod fecit servus, sive in contractu servi subscripsit, dabitur quod iussu actio; nec tamen ibi desideratur, quod loquitur cum contrahente, vel etiam quod contrahens de hoc facto suo aliquid sciat o). Unde etiam dominus *Azo* dicit, quod si aliquis liberam peculii administrationem servo suo committat, quod tenetur quod iussu circa principium. Item in alio casu, quando mandat, vel iubet, vel ratum habet, vel etiam subscribit, et datur actio quod iussu in eodem casu. Etiam cum praedicta actione quod iussu dicit *Azo* quandoque dari aliam, puta de in rem verso, et hoc in eo casu, quando contrahit in rem dominicam voluntate domini vel patris, ut proxime dictum est; sed in peculiari agitur quod iussu, ut probatur *D. de In rem verso* (15, 3.) *L. Si res domino* (5.) *Quod servus* (2.) et (L.) *Quidam fundum* (16.) et *Tit. Quod iussu* (D. 15, 4.) *L.* 1. Dominus autem *R.* (*Rogerius*) voluit dicere et distinguere, nam sine delectu loquor p), sive dominico sive suo nomine servus negotium gesserit, domini ratihabitione sequente, ad eum, qui cum servo contraxerit, voluntate porrecta, quod iussu, ut hic et infra, dicitur agi; ad servum autem facta habitatione rati, rati intererit servo q), an domini nomine quid gesserit servus, ut in domini gessit, talis ratihabitio de in rem verso extranei gestoris obligatur exemplo, ut scilicet dominum obliget, et unde illa *Lex* r) *Si res* (D. 15, 3, 5, §. 2.) et *L. Quidam* (16, eod.).

---

nn) Gloss. v. *Qui iubet: iussus ad contrahentem dirigitur in re pec.* (om. vv. *in pec. vel*).

o) Cod. Bamb. et Par.: *desideratur cum loq. contra heredem v. e., q. contra heres etc.* Cod. Stuttg.: *actio tantum ibi.* Cod. Cantabr.: *aliquid faciat.* Supra leg. *Azo, quod sive iussus dirigatur.*

p) Cod. Cantabr.: *dicere vel distinguere, nam sive deletu locorum.* Leg. *Non sine delectu locorum.*

q) Leg. *facta ratihabitione intererit servo.*

r) Sequentia mendose scripta sunt. Vv. *ut in domini gessit* bis exstant in Cod. Bamb. In eod. Cod. et in Cod. Par. repetuntur vv. *extranei — in rem verso.* Leg. *ut;*

Sed illi, quod dicitur in *Lege* illa *Si res* (5, §. 2.) ibi: „*de in rem verso*", respondet *Azo* et dicit: et nihilominus, quod iussu inter alia quaedam etc. Non obstat, quod ibi habebat quod iussu, licet etiam non intenta vero s). Pro peculiaribus vero negotiis, servi nomine gestis, ultra quam t) de peculio, nec post talem ratihabitionem non dominus obligaretur, quum inter dominum et servum habita seu remota voluntas pro servi negotiis peculiaribus gerendis, tributoriae actionis caussa excepta, quo magis minusve dominus obligaretur, minus operatur, ut *D. de Tribut. act.* (14, 4.) *L.* 1. et *Supra de Peculio* (15, 1.) *L. Si quis servum* (29.) §. *fin.* et in *Inst. Quod cum eo* (4, 7.) *Praeterea* (4.). Fuerunt et *Alii*, qui dixerunt u), utrum filius vel servus gerat negotium peculiare, ut tunc, si dominus ratum habuerit, quia ratihabitio mandato comparatur, quod iussu actio nascatur, et ita intellexerunt, quod dicitur *D. Quod iussu* (15, 4.) *L.* 1, §. *Si ratum* (6.), an et gerat negotium domini, ut tunc, domino ratum habente, de in rem verso competat, et ita intellexerunt, quod dicitur *D. de In rem verso* (15, 3, L.) *Si res* (5.) §. *Quod servus* (2.). Item dicit *Azo*, quod non aliter habeat locum quod iussu actio ex ratihabitione domini, nisi habeat ratum contractum et contractui consentiat ut dominus. Secus autem, si dominus ratum habeat et consentiat ut extraneus, ut probatur hoc *C. de Evict.* (8, 45.) *L. Exceptione* (11.) *D. Quod iussu* (15, 4.) *L.* 1, §. *Quid ergo* (5.).

§. 405.

D. Depositi (16, 3.) *L. Si in Asia* (12.).

§. 406.

D. de Contrah. emt. (18, 1.) *L. Si in emtione* (34.) §. *Item si emtor* (3.).

Emtor sciens rei gravamen ad quid re evicta agere possit?

Differunt *D. de Contrah. emt.* (18, 1.) *L. Si in emt.* (34.)

---

§. 405. *Cod. Chis.* §. 23.

§. 406. *Cod. Chis.* §. 13, 84. *Supra* §. 295. *Hug.* Dist. CXLVII.

si domini nomine gesserit, tali ratihabitione — obligetur exemplo etc. — ut in illa L. Cod. Bamb.: *ut Supra dom. obl.*

s) Cod. Cantabr.: *Licet enim.* Locus corruptus. Fortasse legendum: *quod ibi locum habeat quod i., l. eam non intentaverit.*

§. *Item si emtor* (3.), quia, si malae fidei emtor fuerit stipulatus duplam, re evicta non agitur ad duplam sed tantum ad simplum, arg. *C. Comm. de leg.* (6,43.) *L. ult.*, §. *ult.*, et hoc *M.* (*Martinus*). Sed respondent: illud speciale favore ultimae voluntatis, quod voluerit hic emtor subvertere, ut in tantum puniatur, semper agit de evictione *uu*) secundum *B.* (*Bulgarum*). Nam emtori, scienti rem ecclesiasticam, competit tamen actio de evictione, remota diversitate illius verbi positi in *Auth.*, quod est *de Sacros. eccles.* (1, 2.) *Qui res iam dictas* (L. 14.), quia vario modo exponitur et quia *v*) illud non reperitur in *Corpore Authenticarum vv*), tamen quia utiliter, denegatur contra ecclesiam et non contra alienatorem, ut ibi dicitur. Hoc idem de patre vendente res filii. Item de marito vendente *x*) rem dotalem constante matrimonio eamque uxor vindicaverit *xx*).

De interpretatione ambiguae venditionis.

Alb. (*Albericus*) *xxx*) §. *Licuit*, si in emtione fundi de alio venditor, de alio emtor *y*), eum deberi, quem venditor *yy*), super illo verbo: „*nihilominus venditio constat.*" *Infra de Verb. oblig.* (45, 1.) *L. Inter stipulantem et promittentem* (83.) §. *Si Stichum* (1.). Solutio: ibi certum erat, quod stipulator de alio et promissor de alio senserat; sed hic dubium erat et idcirco tenet emtio. Nam si certum esset, de alio venditorem, de alio emtorem sensisse, nulla esset venditio. Super illo verbo: „*eum deberi, quem venditor senserit*", contra *Supra Labeo eod.* (D. 18, 1, 21.), *Supra eod. Veteribus* (D. 2, 14,

in Adc. II. §. 33. et Dist. CL. in Adc. II. §. 34 a. Gloss. v. *Senserit* et v. *Intellexerit* L. 34, pr. D. de Contr. emt. Gloss. v. *Dicere* L. 21. D. eod. Gloss. v. *Nocet* L. 33. D. eod. Gloss. v. *Legem* L. 39. D. de Pactis. Gloss. v. *In contrahenda* L. 172. D. de Reg. iur. Gloss. v. *In ambiguis* L. 96. D. eod. Gloss. v. *Nihil actum* L. 83, §. 1. D. de Verb. obl. *Glück* l. c. T. IV. p. 161. sq. T. XVI. p. 16. sqq. *Thibaut* über d. Wirkung des Irrthums bei Verträgen (Cf. *eiusd. Versuche* T. II. p. 116. sq.)

t) Cod. Cantabr. *utitur* pro *ultra*. Leg. *non alia actione utitur, quam.*

u) Leg. *distinxerunt.*

uu) Locus et hic et in Cod. Chis. corruptus. Leg. *quod si voluerit — puniatur, alias semper a. ad id, quod convenit.*

v) Cod. Bamb.: *et tamen quia.*

vv) Cf. *Cod. Chis.* §. 13, not. *p*.

x) *Supra* §. 295. et *Cod. Chis.* §. 13.: *Item: si maritus vendidit rem etc.*

xx) Cod. Chis. desinit in v. *vindicaverit.*

xxx) H. l. nonnulla videntur excidisse.

y) Add.: *senserit.*

yy) Sc. *intellexerit.*

39.), *Infra de Reg. iur.* (D. 50, 17, L.) *In contrah. emt.* (172.). Solutio: Quorumdam ambiguitas aut vertitur in principali aut adcessoria. Si in principali, est prout dicitur in illis *Legibus Labeo* (D. 18, 1, 21.), *Veteribus* (D. 2, 14, 39.), *In contrahenda emtione* (D. 50, 17, 172.), et haec z) loquitur de adcessoria. Sed huic solutioni repugnat et in *Lege*, quae in adcessorio loquitur, et tamen fit interpretatio contra venditorem, et est nulla haec solutio. *Aliorum* est solutio: utrum venditor an emtor verbum ambiguum dixerit, ut contra eum, qui dixerit, fiat interpretatio, et hoc ideo, quia apertius potuit dicere. Unde dicunt, emtorem dixisse, Stichum adcedere, et ideo contra eum interpretatur, et haec est sententia *Io.* (*Ioannis*), et dicunt, nihil referre, utrum aliquid dixerit, vel eius gratia ambiguum verbum interpositum fuerit, quia semper contra eum interpretatur, quia in culpa fuit, qua re non fecit apertius dici, ut *D. de Contrah. emt.* (18, 1, L.) *Comprehensum* (60.).

§. 407.

Praedicto Titulo (18, 1.) *L. Pacta* (72.).

§. 408.

D. de Periculo et commodo rei venditae (18, 6.) *L.* 1.

§. 409.

D. de Action. emt. et vend. (19, 1.) *L.* 1. zz).

Utrum venditor praecise teneatur ad rem tradendam?

Dissentit *M.* (*Martinus*) ab omnibus *Aliis*, utrum venditor teneatur praecise ad rem tradendam, quam vendidit, et dicit, quum res exstat et possibilitas est tradendi, cogitur venditor eam tradere, nec est audiendus, si vellet interesse praestare, et probat ex *L.* illa *D. de Act. emt.* (19, 1.) *Ex emt.* (11, §. 2.), quae dicit: „*inter emtorem et venditorem nihil convenit: unde non tenentur praestare nisi ea, quae naturaliter insunt*

§. 407. *Vet. Coll.* §. 52. *Rog.* §. 21.
§. 408. *Cod. Chis.* §. 147.
§. 409. *Vet. Coll.* §. 60. *Rog.* §. 30.

z) Sc. *L.* 34, *pr. cit.* et mox leg. zz) Cod. Cantabr. *L.* 2. Leg. *L. repugnatur in lege* aut *repugnat Ex emto* (11.) §. 1. *et* 2. *ipsa lex.*

huius iudicii potestate et in primis praestare venditorem rem oportet"; quod scilicet verbum necessitatem in se talem continere, ut quum res exstat et tradi potest, cogatur venditor omnino rem praestare, ut *Inst. de Action.* (4, 6.) §. 1., licet ex a) *Lege eiusd. Tit.* (19, 1.) *L. Qui rem* (46.), quae dicit: „*si quis rem alienam vendidit et medio tempore heres domino exstiterit, inplere cogitur venditionem*", et ex multis aliis et quia alias obligatus sit venditor ad rem tradendam, non dicit, eum posse liberari praestando interesse. Quid enim, si panem mihi vendideris et te non tradente me mortuo fame, quid interesse poterit praestari? Legitur alias *D. de Hered. vel act. vend.* (18, 4.) *L. Venditor* (21.), utique rem esse praestandam. Contrarium *D. de Rei vind.* (6, 1.) *L. Qui restituere* (68.). Ibi enim dicitur: „quum quis ante convenitur, convictus est aa) rei vindicatione, ut eum, qui habet necesse restituere rem, aut si nolit eam restituere, si compareat, manu militari esset ei auferendum". Sed haec sententia generalis est, sive agatur in rem sive in personam. Item facit pro *Mar.* (*Martino*) *D. de Cond. ob turp. cau.* (12, 5.). *L. fin.*, §. 1. Ibi dicitur b): „si venditor accepit pecuniam, vel actione ex emto vel condictione ob turpem caussam, quod non faceret, id est non tenetur restituere, si praecise ad rem tradendam non tenetur". *Alii* respondent: si noluerit rem venditam tradere vel interesse praestare, habet locum, quod ibi dicitur, si vero paratus fuerit interesse praestare et emtor pecuniam dedit, ut rem ipsam tradat, in isto casu non tenetur ad restitutionem pecuniae. Sed *V.* (*Hugo*), alias *Yr.* bb) (*Irnerius*), et *Alii* consentiunt et ita respondent illi *Legi* et dicunt, multum interesse, utrum quis agat personali actione rei suae; item puta si res sit commodata vel deposita, an non. Nam si agat rei suae sive commodatae, tunc locum habet, quod hic dicitur: „*ut, si res non restituatur, manu militari etc.*" et quod *Inst. de Donat.* (2, 7.) §. *Perficiuntur* (2. med.) legitur, „quemadmodum inponitur necessitas tradendi venditori, sic ad exemplum venditionis donatori nostra constitutio neces-

a) Leg. *quod verbum, scil. oportet, n. in se t. c. dicit, ut* — *Action. et hoc ex.*

aa) v. *ante* deest in Cod. Bamb. et v. *convictus* in Cod. Par. Haec aeque ac sequentia corrigenda sunt ex *L.* 68, *pr. cit.*

b) Sequentia corrigenda sunt ex *L. fin.*, §. 1. *cit.*

bb) Cf. §. 238 (p. 208, not. *b.*), §. 204 et 397 (p. 403, not. *g.*), §. 423 (p. 534, not. *r.*), §. 427 (p. 246, not. *r.*).

sitatem inponit traditionis"; quare dicit, quod venditor teneatur praecise ad rem tradendam. Item legitur in *C. Unde vi* (8, 4.) *L. Si quando* (9.) „*quod iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condemnare oportet*", et hoc facere debet ex necessitate. Unde ex his et aliis rationibus manifeste colligitur, quod verbum illud *oportet*, quod est in *D. de Act. emt.* (19, 1.) *L. Ex emto* (11.) continet in se omnimodam necessitatem traditionis. *B.* (*Bulgarus*) et *Ia.* (*Iacobus*) quod dicunt, adprobant de multis *Legibus*. Nam si res vendita non tradatur, ad interesse agitur emtoris, ut *D. de Act. emt.* (19, 1.) *L. Ex emto* (11.) et *C. eod.* (4, 49.) *L. Si traditio* (4.) et *D. de Evict.* (21, 2.) *L.* 8., quas et his similes dicit *M.* (*Martinus*) in eodem casu loqui, quum res non exstat, quod falsum est, ut *D. Quib. mod. pign. v. hyp. solv.* (20, 6.) *L. Voluntate* (10.) et *C. de Fide instrum.* (4, 21.) *L. Contractus* (17.). Ibi enim dicitur, „*quod necessitas inponitur venditori, vel contractus venditionis perficere, vel quod interest, solvere*"; quare ad rem tradendam praecise non tenetur, sed ad hoc, ut rem praestet vel interesse, nec illud *oportet* continet necessitatem absolutam, sed caussativam significat, veluti: servum oportet accusare interfectorem domini sui, si velit libertatem obtinere, ut *C. de His, quibus* (6, 35.) *L. fin.* in *f.* Idem dicitur de venditore, quod oportet eum rem tradere, si nolit interesse praestare. Item omnis venditor tenetur ad illud vel aliud ad faciendum, ut *C. de Fide instr.* (4, 21.) *L. Contractus* (17.); ergo eius est electio, quod facere velit, arg. *D. de Iur. dot.* (23, 3.) *L. Plerumque* (10.) in *f.* Nam qui Stichum aut Pamphilum promittit, in eius arbitrio est, quem velit, dare. Nam quum quis damnatur in X aut noxae dedere, obligatus est in X, sed tamen noxae dando liberatur, ut *D. de Re iud.* (42, 1.) *L. Miles* (6.). Similiter et venditor, quamvis in solam rem teneatur et sola res sit in obligatione, tamen praestando interesse liberatur.

§. 410.

Praedicto Titulo (19, 1.) *L. Iulianus* (13.) §. 1.

Venditor rei vitium ignorans an praestare teneatur, quanti emtoris interfuit?

Quidam sunt, qui dicunt, quod non tenetur ille, qui

---

§. 410. *Cod. Chis.* §. 115. *Infra* §. 412. *Vacarius* ed.

ignorans vendidit rem vitiosam, et quod dicitur *D. de Act. emt.* (19, 1, L.) *Iulianus* (13, pr.) dicunt esse speciale in tigno vitioso, pecore morboso et vestimento interpellato[bbb]), et hoc dicunt ex illa *L. Iulianus* (13.) §. 1. et *L. Si sterilis* (21.). *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) contra dicit: quod *Ipsi* dicunt esse speciale in illis casibus, multo magis possunt dicere, quod sit speciale in istis duobus, et maxime quum aperta ratio interveniat, quia ille, qui emit, semper debet eum credere furem; omnes servi fures sunt. Similiter de tributo; nam qui emit praedium, siquidem in provincia, debuit credere, eum debere tributum, si quidem in Italia, minime, licet litera in utroque casu possit legi.

§. 411.

D. Locati (19, 2, L.) *Si fundum* (9, §. 2.) §. *Imperator* (4.).

Quando iudicio locati casus praestetur [c])?

Differunt *D. Locati* (19, 2, L.) *Si fundum* (9, §. 2.) §. *Imper.* (4.). Sed in hac §. potest quaeri, cui loquatur Iurisconsultus, utrum caprario an domino. Si dixeris caprario, male dicitur: „ergo indebitis recuperandis [cc])“. *P.* (*Placentinus*). Caprarius enim mercedes non solvebat, sed potius dominus rei, vel [d]) alias gregem corrigere, si loquitur domino. Male ergo dicitur: „*iudicio locati casum praestare non cogeris*“. Nullo modo casum praestat dominus, etiam si sua fraude grex esset abactus. Si enim damnum intulisset, respondetur, quod potest dici, ut caprario loquatur [e]), nec obstat, quod di-

---

Wenck. Lib. IV. c. 46, n. 170, p. 247. *Azo* in Lect. ad L. 9. C. de Act. emt. et vend. l. c. p. 348. Gloss. v. *Quanto minoris* L. 13, §. 1. D. de Act. emt. et vend. Gloss. v. *Teneri* L. 45. D. de Contrah. emt. *Glück* l. c. T. XVI. p. 128. sqq. T. XX. p. 89. sqq.

§. 411. *Vacarius* ed. *Wenck.* Lib. IV. c. 51, not. 175. p. 248. *Fachineus* l. c. Lib. I. c. 86. p. 66. sq. *Glück* l. c. T. XVII. p. 484. sqq.

bbb) Leg. *interpolato*. Cf. 45. D. de Contrah. emt. et *Calvinus*, *lexicon iuridicum*, v. *Interpolum*.

c) Ita Cod. Cantabr.

cc) Leg. *mercedes*, *ut indebitas*, *recuperabis*. Mox post v. *caprarius* Cod. Cantabr. add. v. *alias*.

d) Cod. Cantabr.: *ei vel alias*. Cod. Bamb. et Stuttg.: *rei*, *ut alias*. Leg. *legem* pro *gregem*. Ceterum haec omnia mendose scripta sunt.

e) Cod. Stuttg.: *intuli*, *sed*. Cod Cantabr.: *intulisset*, *sed resp.*, *quia qui potest etc.*

citur: „*mercedes, ut indebitas etc.*“ Sic enim fuerat, quod locator dominus solverat mihi mercedes totius anni, deinde grex ante finitum annum erat abactus, et sic caprarius reddit domino mercedem per sequentis anni tempus. Dicit ergo, quod recuperabit eas.

Quis dolum vel culpam probare debeat re conducta aut pignore amisso?

Secundo quaeritur *f*): quid est, quod dicitur „*probari potest*“? Numquid ipse caprarius probare debet, se amisisse sine fraude et culpa sua *g*)? Et secundum hoc creditor, qui pignus amisit, debet probare, sine culpa se amisisse. Respondet dominus *B.* (*Bulgarus*) distinguendo, utrum confiteatur, se pignus amisisse *h*), sed dicat culpa sua, id est caprarii, an neget, eum amisisse. In primo casu dominus probare *i*) culpam, in secundo non. Sed *Iob.* *k*) (*Ioanni Bassiano*) sententia *B.* (*Bulgari*) non placet. Dicit enim, quod numquam posset hic creditor hoc probare, quod, licet haberet de eo testes, quod amisisset, non per eos probare posset, quod sine culpa perdidisset sua. *Idem* putat, quod semper habet necesse *l*) dominus probare, creditorem vel caprarium culpam contraxisse, et quod hic dicitur „*probari potest*“, sic intelligitur: eo ipso probat in contrarium, vel forte ideo probat hic, quia praesumtiones contra eum faciebant. Sic enim respondetur *L.* 1. *m*) *de Except. rei iudic.* (D. 44, 2.) et omnibus similibus.

§. 412.

D. de Redhibitoria (21, 1.) *L. Ob quae vitia* (4.).

§. 413.

D. de Eviction. (21, 2.) *L. Si rem* (29.).

---

§. 412. *Cod. Chis.* §. 115. *Supra* §. 410.
§. 413. *Vet. Coll.* §. 46. *Rog.* §. 15.

f) *Vet. Coll.* §. 86. *Rog.* §. 89. *Cod. Chis.* §. 98. *Supra* §. 225.

g) Cod. Par.: *cum fraude.* Post v. *sua* complura desunt. Cf. §. 225.

h) *Respondet* — *amisisse* desunt in Cod. Cantabr.

i) Add.: *debet.*

k) Cod. Cantabr.: *Io.*

l) v. *necesse* om. Cod. Stuttg.

m) Leg. *L. Si rem* (17.).

§. 414.

D. de Usuris (22, 1.) *L. In fideicommissi* (3.).

§. 415.

Eod. Tit. (D. 22, 1, L.) *Qui semisses* (13.).

§. 416.

Eod. Tit. (D. 22, 1.) *L.* (35.).

§. 417.

Eod. Tit. (*D.* 22, 1.) *L. Fructus* (45.).

§. 418.

D. de Probat. (22, 3.) *L. Circa* (14.).

§. 419.

Praedicto Titulo (D. 22, 3.) *L. Quidam* (15.).

Quis probare debeat, si dubitatur, sitne possessor hereditatis defuncti filius?

Item differunt in *L. sequenti* (D. 22, 3, L. 15.), ubi talis ponitur casus: „Quidam quasi ex Seia susceptus a Gaio defuncto, quasi eius filius ex eius *n*) mandato legatum Gaio Gaii *o*) solvit, ab eis suscepta cautione de reddendo, si plus, quam libet per Legem Falcidiam *oo*). Quaerebatur, an possint postea heredes ab eo vindicare, non obstante cautione, tamquam filio emissa. Et respondetur, quod debent ipsi probare, eum filium non esse, cautione obstante. Ex qua *Lege* dicit *Ia.* (*Iacobus*), quod confessio extra ius facta praeiudicat, ut arg. *C. de Probat.* (4, 19.) *L. Non epistolis* (13.) et

---

§. 414. *Vet. Coll.* §. 75. *Rog.* §. 78.
§. 415. *Cod. Chis.* §. 26.
§. 416. *Vet. Coll.* §. 56. *Rog.* §. 26.
§. 417. *Cod. Chis.* §. 168. *Supra* §. 174.
§. 418. *Vet. Coll.* §. 47. *Rog.* §. 16.
§. 419. *Azo* in Lect. ad L. 13. et 14. C. de Probat. l. c. p. 282. *Roffredus*, Ord. iud. Part. II. Rubr. de Interd. quor. bon. l. c. p. 87. Gloss. v. *Probari debere* L. 15. D. de Probat. Gloss. v. *Coniungitur* et v. *Pro coherede* L. 13. et gloss. v. *Detege* L. 14. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 15. D. cit. fol. 162 a. et sup. L. 13. C. cit. l. c. fol. 223 a. *Glück* l. c. T. XXI. p. 318. sqq.

n) Ita Cod. Cantabr.; reliqui codices: *quasi Seius filius et eius.*

o) Leg. *fratribus Gaii.*

oo) Add.: *ad eos perveniret.*

L. Non nudis (14.). *Alii* contra, arg. *D. de Interrogationibus* (11, 1.) *L.* 1. in *f.* et *L. ult.* Sed illud intelligitur, quando quaeritur, an heres sit. Item *Isti* respondent, quod ideo est, quia erat in filiationis possessione, et ita omnibus respondent *Legibus*, quas pro se inducit, et arg. *D. Fam. herc.* (10, 2.) *L. Quum putarem* (36.).

§. 420.

D. de Testibus (22, 5.) *L. Penult.*

§. 421.

D. de Optione legata (33, 5, 1.).

§. 422.

D. de Regula Catoniana (34, 7, 1.).

§. 423.

C. de Pignoribus (8, 14, 14.) *Auth. Hoc ita.*

De exceptione excussionis personali.

p) Nam dabitur creditori licentia intendendi q), utrum pignus vindicare, an personali actione velit debitorem convenire. *V. Vgo* r) (*Hugo*). *Alii* dicunt, sc. summi *Arriani* s), similiter, *Auth. de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.) non esse correctum, et respondent ei, quod dicitur *de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.), quod ibi vendiderat, nominatim ut de pretio satisfieret creditori, quod quia factum non est, creditor ab emtore vindicare potuit. Unde curiosus debet esse emtor in hac parte, in quo pecunia vertatur, et in hoc casu deterior esset conditio emtoris, quam esset alias, et sic sum-

---

§. 420. *Vet. Coll.* §. 18. *Rog.* §. 66.
§. 421. *Cod. Chis.* §. 20.
§. 422. *Cod. Chis.* §. 19.
§. 423. *Cod. Chis.* §. 136. *Supra* §. 207. Ponenda est haec quaestio post §. 354. In Cod. Bamb. desunt huius et sequentium §phorum inscriptiones.

p) H. l. complura excidisse, perspicitur ex v. *Nam.* Cf. *Cod. Chis. l. c.*

q) Leg. *eligendi.*

r) Gloss. v. *Possessores* Auth. Sed hodie: *I.* Gloss. v. *Personalibus* Nov. 4, c. 2. et gloss. v. *Vindicare* Nov. 112, c. 1.: *Ir.* (Irnerius). Cf. §. 409 (p. 529, not. *bb.*).

s) Cod. Par.: *summa nam.* Cf. *Cod. Chis.* §. 118, not. *g.*

mus *Arrianus*, *M.* (*Martinus*), *Azo.* *Alii* dicunt similiter: *Auth. de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.) non corrigitur. Respondent ei, quod dicitur *de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.), multum referre, utrum emtor rei obligatae caussam a debitore habeat, quo casu poterit venditor, alias creditor, pignus ab eo vindicare, et hoc magister ss) *Albericus* t). Vel *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.) loquitur, ubi creditore postulante iudex denuntiavit debitori, ut vel solveret vel pignus praestaret, et post denuntiationem, licet creditor dicat vitio litigiosi contractus subiacere alienationem, permittitur debitori pignus u) suum ex pretio satisfacere et vendere v), quo non satisfaciente creditor potest pignus vendere. Denuntiatione vero non facta locum habet *Auth. de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.). Istud, quod sequitur, extra adiungitur, scilicet quod *Alii* dicunt, aliud esse in expressis hypothecis, aliud in tacitis. In x) expressis sit convenire creditor, quem y) velit, vel possessorem vel debitorem. In tacitis debitorem et fideiussorem primo etc.; vel ad hoc additum extra adiungitur scilicet; sed *Alb'.* (*Albericus*) z) dicit, quod istud *Auth. de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.) non est correctum, et dicit, *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.) loqui post litem contestatam, et idcirco creditor potest vindicare ab emtore. Alioquin si venderet debitor ante litem contestatam, primo esset conveniendus debitor. Hoc idem *Io.* (*Ioannes Bassianus*) et eius *Sequentes.* *Alii* dicunt, quod aliud *Auth. de Litigiosis* (Nov. 112, c. 1. med.) intelligitur, sed illud *de Fideiuss.* (Nov. 4, c. 2.).

§. 424.

D. de Damno infecto (39, 2.).

---

§. 424. *Vet. Coll.* §. 49. et §. 22. *Rog.* §. 18. *Supra* §. 142.

ss) *v. Savigny* l. c. T. III. p. 154, 187. sqq.

t) *Cod. Chis. l. c.* et *Supra* §. 207.: *Aldri.* (Aldricus).

u) vv. *et post — pignus* bis exstant in Cod. Par.

v) vv *quo non — vendere* desunt in Cod. Stuttg.

x) vv. *esse — in* desunt in Cod. Cantabr. Sequentia corrupta sunt.

y) Leg. *sit licentia creditori conveniendi, quem etc.*

z) Aut supra legendum est *Aldricus*, ne eiusdem *Alberici* duae diversae sententiae exhibeantur, aut h. l. *Azo*, cuius haec sententia est. Cf. *Eius* Summa de Pignoribus.

§. 425.

D. de Donation. (39, 5.) *L. In aedibus* (9.) §. *ult.*

An res aliena donari possit?

Differunt. Dicunt *Quidam*, rem alienam dari [a]) non posse, quia donari non potest [b]), quod fit eius, cui donatur; quum ergo res a non domino donata donatarii non fiat, donari non potest, ut *D. de Donat.* (39, 5.) *L. In aedibus* (9.) §. *fin.* *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) dicit, rem alienam donari posse. Quum usucapiatur *Tit. pro Donato*, constat, quod res aliena donari potest, ut *D. de Donat.* (39, 5.) *L.* 1. Item, quum promittitur de evictione, de ea agitur, constat, quod donari potest, ut *C. de Evict.* (8, 45.) *L.* 2., et quod dicitur, „*donari non posse, nisi quod eius fit, cui donatur*", [c]) quum agitur, ut hoc eius fiat, et ita non posse donari dicitur, scilicet ut dominium transferatur. Saepe enim pro vero ponitur, quod ad opinionem refertur.

§. 426.

Praedicto Titulo (39, 5.) *L. Si patronus* (20.).

§. 427.

D. de Adquir. rer. dom. (41, 1, 55.).

§. 428.

D. de Vi et vi armata [cc]) (43, 16.).

Quatenus usuario, usufructuario et similibus personis interdictum unde vi competat et an plures eamdem rem in solidum possidere possint?

Differunt. Dicunt *Quidam*, quod usuarius et usufructua-

---

§. 425. *Azo* in Summa Tit. C. Pro donato l. c. fol. 213[a]., in Lect. eod. l. c. p. 565. et ad L. 2. C. de Evict. l. c. 658. Gloss. v. *Non potest* L. 9, §. ult. D. de Donat. Gloss. v. *Tradita est* L. 1. D. Pro donato. *v. Savigny* üb. d. Lex Cincia (Zeitschrift f. gesch. Rechtswissensch. T. IV. p. 40. sq.). *Unterholzner* l. c. T. I. p. 391, 534.

§. 426. *Cod. Chis.* §. 67.

§. 427. *Cod. Chis.* §. 169.

§. 428. Quaestio mendose scripta et hic et in *Cod. Chis.* §. 16. *Azo* in Lect. ad L. 1. C. Uti poss. l. c. p. 621., ad L. 7. et 8. C. Unde

a) Leg. *donari.*

b) Add.: *nisi.* Cf. *L.* 9, §. *ult.* cit.

c) Add.: *ita intelligit.*

cc) An *L. Possidere* (3.) §. *E contrario* (5.) *D. de Adq. poss.* (41, 2.)?

rius et consimiles et clandestinus possessor quamdam etiam civilem habent possessionem, et dicunt: quod si fuerint expulsi, habebunt interdictum iuste [d]. Sed unus iuste, alter iniuste, quum uterque sit civilis possessor, potest possidere. *V.* (*Hugo*). *Alii* dicunt, tantum possidere [e] et habent interdictum tantum propter naturalem possessionem. Nam si dicas, eos civiliter possidere, ergo dices, eamdem possessionem penes duos esse et in solidum, quod esse non potest, ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Possideri* (3, §. 5.), et e contrario si tantum diceres, unum iuste possidere, alium iniuste, per consequentiam plures iuste possunt possidere; quod ita procedit, si uno absente possessore alter adfirmans, fundum ad se pertinere, vendidit bonae fidei emtori et ei non tradidit, ut non sit vitiosa possessio, si demonstraverit ille, bonae fidei intraverit [f], et sic de pluribus poterit contingere. Sic ergo plures possidebunt iuste. Sed huic obiectioni respondetur, quod haec talis possessio non videtur iusta, propter illius malam fidem, qui vendidit ad emtorem fore translata, quia [g] videtur adeptus esse possessionem et sic illi tradidisse. Secundum *Io.* (*Ioannem*) [gg]. Dicit ergo secundum hoc: eadem possessio potest esse apud plures, de quo reprehenditur Trebatius *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Possideri* (3.) §. *E contrario* (5.) [h]. Item non esse dicit mirum, si civilis et naturalis caussa inpediat, quo minus liber homo possideatur.

Quomodo creditor possideat?

Item quod creditor possideat civiliter et naturaliter *Io.* (*Ioannes*) et *Alii* dicunt. *R.* (*Rogerius*): tantum naturaliter

---

vi l. c. p. 616. sq. ***Roffredus***, Ord. iud. Part. III. Rubr. de Int. unde vi l. c. p. 95. Gloss. v. *Ex contrario*, v. *Possidere non possunt*, v. *Possidere*, v. *Eadem possessio* L. 3, §. 5. D. de Adquir. poss. Gloss. L. 6, §. ult. D. eod. Gloss. v. *Ingressus fuisset* L. 44, §. 2. eod. Gloss. v. *Retineo* L. 1, §. 45. de Vi et vi arm. Gloss. v. *Non admisit* L. 3, §. 14. D. eod. Gloss. v. *Si duo* L. 3, pr. D. Uti possidetis. Gloss. v. *Dominium* L. 5, §. 15. D. Commodati. *v. Savigny*, d. Recht des Besitzes p. 532, p. 136. sqq. praecipue p. 159. sqq.; p. 49. sqq. *v. Buchholz* Vers. p. 88. sqq.

d) Cod. Chis.: *interdictum unde vi, quia dicitur, duos in solidum possidere non posse, scilicet iuste.*

e) Leg. *naturaliter possident.*

f) Leg. *se bona fide intravisse.*

g) Leg. *forte translatam, qua.*

gg) De *Martini* sententia cf. *Azo* l. c.

h) H. l. complura desunt.

possidet creditor. Sed contra *Istos* facit *D. de Pign. act.* (13, 7.) *L. Si pignus* (37.). Item *Alii* dicunt, quod usufructuarius habet interdictum utile non ratione possessionis, sed iuris, quod habet.

An quis ignorans possessionem amittat?

Item *Alii* dicunt, quod quis ignorans amittit possessionem, quum per alium amplius detinere voluerit, sive alii possidere voluerit [i]), ut *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L. Peregre* (44.) §. *Quibus* (2.). *Alii* dicunt, ignorantem non amittere possessionem, [ii]) ad alium pertinuerit vel pervenerit. Unde quod in praedicta *Lege* dicitur, intelligunt, *Legem* illam in colono veram esse, ut non eo solo, quod sibi possidere voluerit vel possidere coeperit [k]), sed tamen intulisse emtori, quum intulit et per eum fecisse videtur vel dicitur vim. *Iac.* (*Iacobus*), *Alb'.* (*Albericus*), *Iob.* (*Ioannes Bassianus*) [l]).

§. 429.

Praedicto Titulo (41, 2, 3, 7.).

§. 430.

Praedicto Titulo (41, 2.).

§. 431.

D. de Vi et vi arm. (43, 16.) *L.* 1. (§. 9.).

§. 432.

Praedicto Titulo (43, 16, 1, 3.).

§. 433.

Praedicto Titulo (43, 16, 1, 9.).

---

§. 429. *Cod. Chis.* §. 17.
§. 430. *Cod. Chis.* §. 25.
§. 431. *Cod. Chis.* §. 15.
§. 432. *Cod. Chis.* §. 103.
§. 433. *Cod. Chis.* §. 104. *Supra* §. 431.

i) Cod. Chis.: *quum per alium detinet vel aliis possidet, per quem detinere noluit, sive alii possidere noluerit* In gloss. *Placentinus* concinit cum *Rogerio*.

ii) Add.: *si.* Cod. Chis.: *nisi.*

k) Sequentia corrupta sunt.

l) De extrema quaestione cf. *Vet. Coll.* §. 4. *Rog.* §. 53. *Cod. Chis.* §. 126. *Supra* §. 319, 321, 322.

§. 434.

D. de Act. et oblig. (44, 7.) *L. Filius* (9.).

§. 435.

D. de Acceptilationibus (46, 4.) *L. An inutilis acceptilatio* (8.).

An inutilis acceptilatio in se habeat utile pactum?

M. (*Martinus*). Dicit *Al.* (*Albericus*), *B.* m) (*Bulgarus*), inutilem acceptilationem habere in se utile pactum, nisi in contrarium actum sit, ne haberet, ut *D. de Accept.* (46, 4.) *L. Acceptilatio* n) et *D. de Pactis* (2, 14.) *L. Si unus* (27.) §. *penult. M.* (*Martinus*) contra *B.* (*Bulgarum*) dicit, quod non habet in se pactum, nisi hoc actum sit, ut haberet, ut *D. de Except.* (44, 1.) *L.* 8. et *L. ult. Iob.* (*Ioannes Bassianus*) o) distinguit, utrum sit inutilis ratione ineptae conceptionis verborum, an ratione contractus, super quo fit. Si ratione ineptae conceptionis verborum, nullum habet in se pactum, nisi p) hoc inter eos agatur. Si ratione contractus, ut puta, si fuerit super contractu, qui re contractus est, non valet acceptilatio, quia solum quod verbis contractum est, verbis tollitur. Valet tamen ut tacitum pactum, ut *D. de L.* 1, 2. q) et *D. de Rebus dubiis* (34, 5.) *L. In ambiguo* (3.) et *D. de Rescind. vend.* (18, 5.) *L. Quum emtor* (5.). ***Ego*** autem dico referre, utrum creditor debitorem omnino liberare voluerit, verum quia competentiorem modum putaverit per acceptilationem, alias r) libérare heredi convenerit, quod semper praesumito, ubi iusta caussa fuerit liberandi, pone, qua convenerat; vel a testatore, ut liberaret, damnatus fuerit animo deliberandi, quum putaverit vel cogitaverit tantum volens per acceptilationem. In primo casu semper habet, alias exceptionem pacti, acceptilatio pactum, in secundo nequaquam, arg. *D. de Donat.*

---

§. 434. *Vet. Coll.* §. 23. *Rog.* §. 24.
§. 435. *Vet. Coll.* §. 11. *Rog.* §. 60. Quaestio mendis laborans.

m) Leg. (om. v. *M.*) *Dicunt Al.*, *B. etc.*

n) Leg. *An inutilis acceptilatio* (8.).

o) De *Azonis* sententia cf. gloss. v. *Et nisi* L. 8. D. cit.

p) Cod. Par. h. l. corrupte scriptus est.

q) A Cod. Par. abest 1. Leg. *D. de Constit. pec.* (13, 5.) *L.* 1, §. *Eum* (4.).

r) An *aut?* Sequentia mendosa sunt.

(39, 5.) *L.* 1, §. *ult.*, ut *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1.) *L. Quum in corpus* (36.) *D. Si certum pet.* (12, 1.) *L. Si ego* (42.) *Py.* (*Pillius*).

§. 436.

D. de Furtis (47, 2.) *L. A Titio* (64.).

§. 437.

D. de Furtis (47, 2.) *L. Si vendidero* (80.) §. *Quum raptor* (3.).

§. 438.

D. de Vi bonorum raptorum (47, 8, 2, pr.).

§. 439.

Eodem Titulo (47, 8.) s).

De beneficio competentiae.

Differunt, qualiter intelligatur, scilicet „*in id, quod facere possunt*". Dicunt *Quidam* secundum *Io.* (*Ioannem*): habita ratione, ne egeat, arg. *Infra de Reg. iur.* (50, 17, L.) *In condemnatione* (173.) et *Infra de Re iud.* (42, 1.) *L. Quum ex caussa* (30.). *Alii* dicunt: quatenus habent, non habita ratione eius, ne egeat, arg. *Inst. de Action.* (4, 6.) §. *Item si de dote* (37.). Sed ad hoc respondet *Io.* (*Ioannes*): eatenus patiuntur facultates, quatenus est eis facere, vel facere facile intelligitur. Si facile, esset usque habita ratione, ne egeat, arg. *D. de Verb. sign.* (50, 16.) *L. Nepos Proculo* (125.).

§. 440.

D. de Maioribus (4, 6.) *L. Ab hostibus* (15.) §. *ult.* t).

---

§. 436. *Cod. Chis.* §. 14.

§. 437. *Vet. Coll.* §. 74. *Rog.* §. 77.

§. 438. *Vet. Coll.* §. 89. *Rog.* §. 92.

§. 439. Gloss. v. *In condemnatione* L. 173. D. de Reg. iur. Gloss. v. *Possunt* L. 16. D. de Re iudic. Gloss. v. *Ex integro* §. ult. Inst. de Act. Gloss. v. *Quatenus* L. 49. D. de Pactis. *Glück* l. c. T. XIV. p. 290, 291. sq. *Mühlenbruch*, doctr. pand. (ed. III.) Vol. I. §. 154. p. 289, not. * et 2. *v. Wening-Ingenheim*, Lehrb. d. gem. Civilrechts (ed. IV.) T. II. §. 198. p. 36, not. *p.* et *q.*

s) Leg. *D. de Reg. iur.* (50, 17.) *L. In condemnatione* (173.).

t) Controversiae inter glossatores motae nullum exstat in hac §pho vestigium; qua de caussa §phum, quae cum §. 441. cohaeret, induximus.

§. 441.

Praedicto Titulo (4, 6, 15, §. ult.).

De in integrum restitutione absentis adversus usucapionem completam.

Obiiciunt *Quidam*: qualiter dabitur restitutio, usucapione completa in praesentia, pro eo tempore, quod currit in absentia, quum in eo tempore non fuerit laesus, ut *C. de Restit. mil.* (2, 51.) *L.* 1.? Quod ex eo adparet, quia adhuc suo iure vindicare poterat. Responde: licet tunc non poterat dici, ipsum esse laesum, quum erat in absentia, tamen vere [u]) dicitur, ipsum fuisse laesum in absentia. Quod ex eo adparet, quia ubi abfuit per triennium, totum triennium ei datur, quasi in toto sit laesus; nec enim extrema die tantum vel momento dicetur laesus, ut *D.* (4, 4.) *L. Denique* (3.) §. *Si quis cum min.* (1.), sicque ex post facto, quid fuerit in praesentia [v]), declaratur, ut *D. de Solut.* (46, 3.) *L. Qui res* (98.) in *f. P.* [x]) (*Placentinus*) respondet ad *L. D. Aquil.* (9, 2.) *L. Huic* (15.) §. *Si servus* (1.), licet *Quidam* dicant, etiam ante triennium dari posse restitutionem. Nam licet non [y]) sit laesus in amissione rei suae, adhuc tamen laesus est, et hoc tempus computatur in usucapione et pro hoc induci potest *D. de Adquir. her.* (29, 2.) *L. Pantonius* (86.). Istud nota dignum, quod aliquis non est laesus et potest petere restitutionem. Quid ergo est? An inputabitur, sed [z]) statim quum est reversus, etiamsi finita non sit usucapio, quod restitutio non petitur? Responde: non, quia meo [a]) iure petere non potest, licet de aequitate possit, ut ex praedicta *Lege* probatur, nec ei debet nocere, quod est sui favore introductum, ut *C. de Leg. et constit.* (1, 14, L.) *Quod favore* (6.); vel melius ibi etiam de aequitate non petit restitutionem, quam de communi iure potest petere, ut *D. de Adquir. her.* (29, 2.) *L. Pantonius* (86.). Nam ibi heredes communi iure non poterant admitti, licet defunctus potuisset, et ideo restituuntur

---

§. 441. Quaestio longa et mendis depravata. *Vet. Coll.* §. 31. *Rog.* §. 1. *Supra* §. 53, 377. i. f., 378. i. f.

u) Cod. Cantabr.: *crimen vero.*
v) Cod. Bamb.: *in pretium.*
x) Cod. Par. et Bamb.: Y. (Irnerius).
y) v. *non* deest in Cod. Stuttg.
z) Cod. Bamb.: *si.* An *scilicet?*
a) Leg. *mero.*

Profecto interim, dum erat in absentiâ, in rei amissione laedebatur, quia verum est, usucaptam rem completo triennio. sicut dicitur, domum fieri, antequam sit completa, licet dialectici non insubtiliter moti dicant, in possessione esse, illam actionem exerceri, in qua composito tempore exigitur. Unde hanc negant, hoc aedificant, hoc usucapiunt, hoc comedit. Sed arg. contra est *D. de Usufructu* (7, 1.) *L. Arboribus* (12.) §. *Idem tractat* (4.). Completa autem non dicitur facta extremo momento, quod esset absurdum, sed forte per C dies. Sic dicitur exire aper de silva, etsi pedem adhuc extra silvam non posuit, quum tamen ad id properat. Sic de eo, qui domum egreditur vel Romam destinat pervenire. Sed restitutionem non posse dari, nisi in praesentia completa est usucapio, videtur inconvincibiliter posse probari. Primo sic: quadriennium, quod datur ad restituendum, computatur a die reversionis, ut *Infra de Temporibus in int. rest.* (C. 2, 53.) *L. Supervacuam* (ult.) et *D. Quod vi aut clam* (43, 24.) *L. Semper* (15.) §. *Si quis reip.* (6.) §. [b]. Sed illud satis bonum, an esset in anno usi [c]; nam quum utile sit tempus, vero tempus debet, nisi potestatem sit experiundi, an quadriennio, quod hodie continuum est, bonum non videtur, arg. *ead. L.* (43, 24, 15, 6.) et *D. Ex quib. caus. maior.* (4, 6.) *L. Nec non* (28.) §. *Si quis saepius* (3.). Ponamus, quod in praesentia adfuit per annum: revertitur intra continuum quadriennium, cessat restitutio, utpote quum nondum venerit laesio. Post cessat similiter, praescriptione finita in praesentia, quae petitur, id est post quadriennium. Responde: quod dicitur, quadriennium computari post reversionem, intelliges, quum laesus est in absentia; alioquin computabitur a die laesionis, quae in praesentia contingit, arg. *D. Quando act. de pec. ann.* (15, 2.) *L.* 1, §. *Annus* (2.) *D. Ex quib. caus. maio.* (4, 6.) *L. Nec non* (28.) §. *Sed si quis saepius* (3.). Acrius adhuc potest opponi nomine caussam reipublicae absenti in ea praescriptione, quae hodie ei currit, XXX annorum. Ponatur ergo sic: rem Titii possedi per XXX annos, una die vel duabus antea decessit et ei minor XXV annorum exstitit heres, qui per illam abfuit reipublicae caussa. Revertitur intra paucos dies. Intra XXX annos restitui non potest, quia suo

b) §. non indicatur in Codd. Sequentia sensu carent.

c) Cod. Bamb.: *tisi.* Cod. Par.: *risi.* An *utili?*

ıre petere potest. Post triginta annos restitui non potest, uia *d*) elapsum est quadriennium, quod computatur, postquam XXV. anni dies inluxerit, ut in praedicta *Lege Supervacuam* C. 2, 53, ult.) continetur. Respondet *Io.* (*Ioannes*), quod in oc plus subvenitur maioribus, quibus computatur tantum a ie laesionis et reversionis, quam minoribus, quibus etiam lias subvenitur, ut *D. eod.* (4, 6, L.) *Si qua militi* (40.) et). *de Minoribus* (4, 4.) *L. Auxilium* (37.). Sed et quandoque ılus ipso iure servatur inlaesus, quamquam, ut mihi videtur, ıosset dici quadriennium in praedicto casu a die laesionis computari. Quod enim dicitur, computari post XXV. annum, erum est, quum laesio contingit in minore aetate. Sed obicitur utrique opinioni factae. Responde: post. Quod enim licitur, usucapione completa in praesentia, dum restituitur, verum est, quum brevius tempus cucurrit in praesentia ad complendam usucapionem, quam sit tempus anni utilis et tunc dabitur restitutio in reliquum anni tempus computandi a die reversionis, ut rescindatur usucapio (et per hoc secundum *Bulgarum* et *Placentinum*) et XX di. f. c. b. R. h'. b. n. p. *e*) *Mar.* (*Martinus*), et adserunt et aliud, et *Al.* (*Albericus*) praesentis *Legis* casum exponit ita: scilicet ut usucapio completa fuerit in absentia, et medium tempus vocat annum utilem in usucapione. Ideoque ultimum dicunt medium, quia est inter utramque praesentiam, quum usucapio nullam habet adfinitatem. Sed certe secundum hoc quidquid est, medium dici potest, quia et ante se et post se aliquid est. Pro iure autem videtur facere *L.* illa *Ab hostibus* (4, 6, 15.) §. *Si quis* (ult.). Quod autem sequitur: „*Nam eum, qui differt restitutionem, non esse audiendum etc.*“, *Idem* ita exponit: bene dico, dandam restitutionem, ut intra modicum tempus vel in absentia completa est usucapio. Nam si completa est in praesentia, non est audiendus volens restitui. „*Ante*“, subaudi „petere res suas ante inpletam usucapionem“. „*In praesenti*“ vero subaudi sive responde: „nuper“, scilicet quo minus proponat rei vindicationem, quod est, quum sint in absentia. Sed etsi angustia temporis eos inpedivit, quia tam breve supererat tempus eo reverso ad usucapionem, quod litem conte-

---

d) vv. *suo* — *quia* desunt in Cod. Cantabr. De h. l. cf. *Supra* §. 47.

e) Ita codices. Sensum siglorum adsequi non possumus.

stari non poterit, subvenitur hoc, quod arbitrio praetoris reservabitur, an agnoscere ante litem contestatem potuerit. Sed certe restitutionem deferre non videtur, quod, si vellet petere, non posset, utpote quum nondum sit laesus. Quum ergo inputari sibi non possit, sibi denegatur restitutio vel auxilium, ut *C. de Ann. except.* (7, 40.) *L.* 1, §. *fin.*, et *Auth.*, quae indistincte loquitur, contra *Mar.* (*Martinum*) esse videtur, ut in *Auth. Ut sponsal. larg. Coll. IX.* (Nov. 119.) §. *de Praescriptione* (c. 8.) et *Const.* 2. *C. Quibus non obiicit. longi temp. praescr.* (7, 35.). Unde dicendum est, omne tempus duci de medio, primum sit et medium ultimumve. Secundum *Az.* (*Azonem*).

§. 442.

Praedicto Titulo Quotiens (D. 4, 6, 26, 8.).

Laesum una die in qualibet parte quadriennii in integrum restitutionem petere posse? ee).

Item quaeritur, an debeat dari restitutio qnadriennii, quum una die tantum laesus erat, quod *Quidam* dicunt, scilicet ut in qualibet parte quadriennii possit inpetrare, ut subducatur de usucapione haec dies. Hoc iuvare videtur primo generalitas illius *L. Supervacuam* (7.) *de Temporibus in int. rest.* (C. 2, 53.).

§. 443.

Praedicto Titulo (4, 6, 28, 3.?).

De quadriennio in integrum restitutionis.

Item sicut olim quis laesus anno continuo haberet utilem annum, ut *Supra eod.* (C. 2, 51, L.) *Quod tempore* (3.) diximus, *D. eod.* (4, 6, L.) *Nec non* (28.) §. *Si quis saepius* (3.), ita hodie habebit quadriennium, quum in locum anni utilis sit substitutum, arg. *D. de Donat. int. vir. et ux.* (24, 1, L.) *Si donatae* (36.) §. *Sponsus* (1.) et *L. Si mulier* (37.) et *D. de Conditionibus et demonstrationibus* (35, 1.) *L. Filiae* (28.) §. *f.* Eadem ergo ratione, etsi laesus sit minore tempore con-

---

§. 442. *Vet. Coll.* §. 32. *Rog.* §. 2. *Supra* §. 53.
§. 443. *Supra* §. 46.

ee) Ita Cod. Cantabr.

inui anni, debet intra quadriennium restitui. Praeter hoc, uum verum sit, quod etiam si maiore tempore quadriennii it laesus, non tamen habet nisi quadriennium, ergo et si miore sit laesus, quadriennium erit ei datum, arg. *C. de Solut.* 8, 43.) *L. Quum pro pecunia* (24.) et *de Usuris* (C. 4, 32.) *L. Si ea lege* (17.). Siquidem eadem est ratio contrariorum, it *D. de Vulg. et pupill. subst.* (28, 6.) *L. Etsi contra tabulas* 35.). *Az.* (*Azo*) et tantummodo *Azo.*

§. 444.

Praedicto Titulo f) (4, 6, 28, §. 3.?).

§. 445.

Praedicto Titulo g).

§. 446.

Inst. de Rer. div. (2, 1.) §. *Quum* (25.) *h*).

§. 447.

Inst. Eod. Tit. (2, 1, 25.).

§. 448.

Inst. Eod. Tit. (2, 1, 25.) *i*).

§. 449.

Eodem Titulo k) (Inst. 2, 1, 29. et 30.).

---

§. 441. *Supra* §. 46, 51, 380.
§. 445. *Vet. Coll.* §. 82. *Rog.* §. 85.
§. 446—448. *Cod. Chis* §. 87.
§. 449. *Cod. Chis.* §. 73.

f) In hac §. proponuntur duae quaestiones, librariorum incuria corruptae. De priore vid. *Supra* §. 46., de posteriore *Supra* §. 51.

g) Leg. *L. ult. D. de Magistr. conv.* (27, 8.).

h) Hac §. incipiunt Dissensiones Dominorum de locis Institutionum.

i) §§. 446 — 448. unam tantum efficiunt §. (87.) in Cod. Chis.

k) Inscriptio §. deest in Cod. Stuttg. et Bamb.; Cod. Cantabr.: *Praedicto tit.;* Cod. Par.: *D. Quib. alien. lic. vel non.* An *Inst. Quib. alien. lic. vel non* (2, 8.) *pr.?*

§. 450.

Inst. Eod. Tit. (2, 1, 33.).

§. 451.

Praedicto Titulo (Inst. 2, 1, 34.).

§. 452.

Inst. Quib. alien. lic. vel non (2, 8.).

§. 453.

In Inst. Per quas pers. nob. adquir. l) (2, 9, 1.).

§. 454.

Praedicto Titulo m).

§. 455.

Inst. de Fideic. hered. (2, 23.) §. *penult.* n) (fin.).

De herede legatum infitiante et de iureiurando a legatario ei deferendo o).

Dissentiunt in *Inst. de Fideic. her.* (2, 23.) §. *penult.*, ubi dicitur: „*si testator* p) *fidei heredis sui commiserit, ut hereditatem vel speciale fideicommissum restituat, et neque ex scriptura neque ex quinque testibus probari possit, et heres perfidia tentus negavit, et iusiurandum delatum fuerit, quod heres tenetur aut subire iusiurandum, quod nihil tale a testatore audiverit, aut legatum solvere*". *Quidam* sunt, qui dicant, sive voluit facere testamentum sollemniter, sive codicillum, id est minus

---

§. 450. *Vet. Coll.* §. 50. *Rog.* §. 19.
§. 451. *Vet. Coll.* §. 51. *Rog.* §. 20.
§. 452. *Cod. Chis.* §. 141.
§. 453. *Cod. Chis.* §. 57.
§. 454. *Cod. Chis.* §. 22.
§. 455. *Cod. Chis.* §. 163. *Supra* §. 292.

l) Inscriptio §phi deest in Cod. Cantabr.

m) Ita Cod. Cantabr., in reliquis Codd. exc. h. §. inscriptio. Leg. *Inst. de Leg.* (2, 20.) §. *Si generaliter* (22.).

n) §. 455. corrupte scripta est in Cod. Par.

o) Ita Cod. Cantabr.

p) In v. *testator* desinit Cod. Stuttg.

·llemniter testamentum, semper potuit legatarius decurrere l fidem heredis q) et ei deferre iusiurandum, eo primo iumte de calumnia. Sed *Iac. r*) (*Iacobus*) et *Alii* contra icunt, quod tunc potuit deferre iusiurandum, quum non sol-:mniter voluit testari et negavit legatum s), hanc poenam ati ex sua infitiatione, et hoc totum perpenditur ex ista *L.* 'z. (2, 23.) in qua dicitur: „*si heres perfidia tentus*" t) (§. ult.), rg. quod dicitur in *L. fin. D. de Rei vind.* (6, 1.); nec si ostea confiteatur, proderit sibi, quo minus praestet legata, uum ab initio negaverit et quod noluit, potuit. Item alia atione reprobatur sententia *Priorum*, quia quod potuit, ıoluit.

§. 456.

Praedicto Titulo (Inst. 2, 23, §. ult.).

Hoc iusiurandum an etiam absenti heredi deferatur tt)?

Item dissentiunt in delatione eiusdem iurisiurandi. Dicunt enim, quod habet locum delatio huius iurisiurandi ibi, ubi is u), qui defert, adfuerit. Si ergo non adfuit, non delatio; et hoc innuitur ex illo verbo, quod dicitur: „*nihil a testatore audivisse etc.*", et hoc secundum *P.* (*Placentinum*). Sed *Al.* (*Albericus*) dicit: sive adfuit sive non, habet locum haec sacramenti delatio.

§. 457.

Eodem Titulo (Inst. 2, 23.) §. *ult.*

Continuatur quaestio §. 456.

Item differunt in *eod. Tit.* (Inst. 2, 23.) §. *ult.*, ubi dicitur: „quod si decurrat ad sollemnitatem iuris ille, a quo relinquitur, statim cogendus est solvere".

---

§. 456. *Cod. Chis.* §. 163. *Supra* §. 292.

q) v. *heredis* deest in Cod. Par.

r) Cod. Cantabr. *I.*

s) Leg. *quum testator non — et heredem, qui neg. leg.*

t) vv. *si h. p. tentus* des. in Cod. Par.

tt) Ita Cod. Cantabr.

u) Leg. *cui defertur* et mox *non habet locum delatio.*

§. 458.

Inst. de Heredit. quae ab int. def. (3, 1, 8.).

De bonorum possessione unde liberi.

Item differunt in illo *Tit. de Heredit. quae ab int. def.* (Inst. 3, 1.) §. *Plane* (8.), ubi dicitur: „*quod si conceptus sit aliquis et natus post mortem avi et mortuo patre suo, deserto postea avi testamento suus heres avo non exsistet*". Heres avo ut quasi agnatus, sed ut consanguineus. Sed *U.* (*Hugo*) dicit, quod succedit habita differentia, sed sola naturali caussa inpleta [uu]).

§. 459.

Inst. Quib. modis (3, 14, pr.).

§. 460.

Inst. de Contrah. emt. (3, 23.) §. *Pretium* (1.).

De venditione in arbitrium tertii collata.

Differunt in *Inst. de Contrah.* [uuu]) *emt.* (3, 23.) §. *Pretium* (1.), ubi dicitur, „quod si venditio sit commissa in alterius arbitrium". Sed quid, si definitur inique? *Quidam* distinguunt, ut, si quidem minus dimidia iusti pretii, valeat arbitrium, sed ultra dimidiam non valet, sicut de ipsis contrahentibus dicitur, ut *C. de Rescind. vend.* (4, 44.) *L.* 2. Sed *Quidam* contra dicunt non adhibita praedicta differentia, et dicunt, quod si inique definierit, decurrendum esse ad arbitrium boni viri, ut in partibus societatis legitur, ut *D. Pro socio* (17, 2.) *L. Si societatem mecum* (6.) [v]).

---

§. 458. Gloss. v. *Attigit* §. 8. Inst. de Hered. quae ab int. def. *Glück* Erört. d. Lehre v. d. Intestaterbf. p. 353.

§. 459. *Vet. Coll.* §. 72. *Rog.* §. 41.

§. 460. *Azo* in Lect. ad L. 13. l. c. 337. *Roffredus*, Ord. iud. Part. I. Rubr. de Actione in factum l. c. p. 51. Gloss. v. *Definierit* §. 1. Inst. de Emt. et vend. Gloss. v. *In proposita* L. 78. D. Pro socio. Gloss. v. *In vendentis* L. 13. C. de Contrah. emt. et vend. Gloss. v. *Perveniat* et *Pro nihilo* L. ult. C. eod. *Odofredus* in Lect. sup. L. 13. C. cit. l. c. fol. 259 b. sq. *Glück*, Erl. d. Pandecten T. XVI. p. 79. sq.

uu) In gloss. v. *Attigit* commemorantur *Placentinus* et *Ioannes Bassianus*.

uuu) In Edd. om. v. *Contrah.*

v) In gloss. v. *Definierit* commemorantur *Azo* et *P.* (Placentinus).

§. 461.

Inst. de Oblig. quae quasi ex contr. (3, 27, §. fin.).

§. 462. vv).

An condictione indebiti repeti possit, quod per errorem non debitum ex L. Aquilia solutum est?

Idem intelligit *Azo*, quando aliquis solvit, credens, se eneri ex L. Aquilia, quia dicitur, etiamsi nullum damnum edit, sive ius ignorans sive factum solvat, quod x) inibitur epetitio, ut in *Praedicto Tit.* (Inst. 3, 27, 7.) et *C. de Cond. nd.* (4, 5.) *L. Ea quae* (4.), dum tamen ab aliquo sit damnum latum. Nam si damnum datum non esset, quum ista duo int paria, scilicet confessio et solutio, et confessio non noceret, sic ergo nec solutio. Adparet ergo, quod repeteret, ut *D. ad L. Aquil.* (9, 2.) *L. Inde Neratius* (23.) §. *ult.* et *L. seqq. Al.* (*Albericus*) intelligebat *Legem* praedictam *Ea quae* (C. 4, 5, 4.), quando solum iuris ignorantia. Sed contra *Eum* est *D. Ut in poss. leg.* (36, 4.) *L.* 1. in *pr.*

§. 463.

Praedicto Titulo y).

§. 464 — 467.

In Inst. de Poena temere litigantium z).

---

§. 461. *Vet. Coll.* §. 69. *Rog.* §. 40. *Azo* in Lect. ad L. 4. C. de Cond. ind. l. c. p. 265. et in Summa C. eod. l. c. fol. 86ᵃ. Gloss. v. *Confessoriam actionem* L. 23. i. f. D. ad L. Aquiliam. *Brunnemann* ad L. 4. C. de Cond. ind. l. c. p. 355.

§. 462. Gloss. v. *Ex L. Aquilia* §. ult. Inst. de Obl. quae quasi ex contr. Gloss. v. *Ab ignorante* L. 4. C. de Cond. ind. Gloss. v. *Confessoriam actionem* L. 23. i. f. D. ad L. Aquiliam. Gloss. v. *Dupli* L. 23. in f. D. de Cond. ind. *Odofredus* in Summa L. 4. C. de Condict. ind. l. c. fol. 210ᵃ. sq. *Glück* l. c. T. XIII. p. 93. v. *Wening-Ingenheim* Lehrb. etc. §. 293. T. II. p. 293. sq.

§. 463. *Vet. Coll.* §. 61. *Rog.* §. 31.

§. 464 — 467. *Cod. Chis.* §. 140.

vv) Inscriptio h. §phi non exstat in Codd.; leg. *Inst. de Obl., quae quasi ex contr.* (3, 27.) §. *ult.* In gloss. v. *Confessoriam actionem cit.* commemorantur *Martinus* et *Ioannes.*

x) Leg. *negabitur* aut *non dabitur.*

y) Haec inscriptio deest in Cod. Bamb. et Par. Leg. *Inst. de Obl., quae ex del.* (4, 1.).

z) Cod. Par.: *P. t.* Leg. *de*

§. 468.

Praedicto Titulo [a]).

§. 469.

D. de In ius vocando [aa]) (2, 4, 2.).

§. 470.

Praedicto Titulo [b]).

An advocati in caussa, cui patrocinium praestiterunt, testimonium dicere possint? Idem quaeritur de exsequutoribus negotiorum, mediatoribus et similibus personis.

Quidam ponunt casum §phi [bb]) per *Legem D. de Restit. L. fin.*, ubi dicitur, quod exsequutor vel advocatus non debet praestare testimonium in illa caussa, in qua praestat patrocinium [c]). Sed **Ego** dico, quod *Lex* non loquitur de talibus, sed loquitur de meatoribus [d]) proxeneticis alicuius contractus, sicut Gallo Persius vel Rusticus hoc Ellio [e]). Item reprobatur positio *Illorum* praedictae *Legis fin. D. de Restit. f*), quam

---

§. 468. *Cod. Chis.* §. 78. *Supra* §. 175.

§. 469. *Vet. Coll.* §. 67. *Rog.* §. 38.

§. 470. *Pillius*, Ord. iud. l. c. P. IV. cap. de Testibus. Gloss. v. *Praestiterunt* et v. *In exsequutoribus* L. fin. D. de Testibus. Gloss. v. *Prohibitione* Nov. 90, c. 8. Gloss. v. *Adnumeratorem* Nov. 73, c. 7, §. 1. Gloss. v. *Interrogari* L. 18, §. 8. D. de Iure fisci. Gloss. v. *Propositis* Nov. 123, c. 7. Gloss. in cap. 3. X. de Testibus in VI. *Odofredus* in Lect. sup. L. fin. D. de Testibus l. c. fol. 169[a]. *Christinaeus* l. c. Vol. I. dec. 83. p. 89. sq. Vol. II. dec. 103. p. 107. *Walch* l. c. p. 762. *Glück* l. c. T. XXII. p. 161. sq.

Oblig. quae quasi ex del. nasc. (4, 5, pr.). *Hug.* unam Codicis Chisiani quaestionem (140.) in quattuor distribuit §phos (464—467.).

a) Leg. *Inst. de Act.* (4, 6.) §. *Praeterea quasdam* (31.).

aa) Haec quaestio ponenda est post §. 366.

b) Ita Cod. Cantabr.; in Cod. Par. et Bamb. deest omnis inscriptio. Leg. *D. de Testibus* (22, 5.) *L. fin.* Ponenda est haec quaestio inter §. 420. et §. 421. In Cod. Cantabr. maior h. §phi pars temporis iniuria exstincta est.

bb) Cod. Cantabr.: *Quidam differunt* **** *m* §.

c) Cod. Bamb.: *non debet ferre testimonium* et mox *hic* pro *lex*.

d) Cod. Par.: *talibus*. Leg. *mediatoribus pr.* Cf. Nov. 90, c. 8.

e) Cod. Cantabr.: *si *tgllo pressius de rusti. hoc alb.* Cod. Par.: *sicut Gallo pressius vel rusti. elli.* Locus corruptus.

f) Cod. Cantabr.: *de tran** Leg. *de Testibus* (22, 5.).

legem dominus *Alb.* (*Albericus*) ita intelligebat, quod advocatus pro sua parte testimonium g) dicere non possit, sed pro adversaria, si postulaverit gg), possit, et hoc tali ratione, quia, quum illud edictum de testibus sit prohibitorium et tantum pro sua parte, pro herede, et non pro altera, ergo si altera pars velit eum inducere testem, potest; quod non placet *Mihi.* Quum quis in testem inducitur, debet iurare tam pro sua parte, quam pro ea, quae eum non induxit. Sic iste admittetur dicere pro sua parte testimonium, et quod pro utraque parte dicere testimonium debeat, probatur h) *Supra de Sanctiss. episc.* i) (Nov. 123.) §. *Nulli* (c. 7.), et quod dicitur in illa §. *Quoniam vero proposuimus legem etc.* (Nov. 90, c. 8.) intelligas, ut loquatur de Legis gratia, per quam non cogebatur dicere testimonium, et id erit speciale in eis, sed alias quis cogitur, ut dixit *Azo D. de Restit.* k) *L. fi.* et *D. Quib. ex cau. mai.* (4, 6.) *L. Sed etsi* (26.) §. *fin.* „*Proposuimus*", hoc est interpositio usque ad illud verbum „*Sancimus*". „*Abutuntur hoc*", scilicet verbo Legis, quae dicit, eos non esse compellendos ad ferendum testimonium. Vel „*hoc etc.*", subaudi „*Legis privilegio*" et hoc secundum *Al.* (*Albericum*). „*Ab eo*" vel „*ab ea*", subaudi „*patre*" l). „*Testimonium dicere*" sive „*perhibere*", videtur quod eius testimonium nullum sit, ut *C. eod.* (4, 20, L.) *Iuris* (iur. 9.) et *D. de Quaestionibus* (48, 18.) *L. Maritus* (20.). Responde: illud est propter utriusque consensum. Quid, si una pars vult mediatorem inducere, alia contra dicat, numquid admittetur eius testimonium, si fuerit solus? Responde: utique, si tamen consentiat et non contradicat. Non dico, quod faciat legitimam probationem, sed praesumtionem. Sed debet tamen deferri iusiurandum ei, si dicat et iurat, se scire veritatem, ut dicitur *C. de Reb. cred.* (4, 1.) *L. In bonae fidei* (3.). Si vero quaedam m) contraria, si vero astu, id est, quod unus propter astum alterius dicit parem alterius dici iuravit. Sed quomodo possum dicere astum, quum semper anteferant testimo-

---

g) Cod. Par. constanter *testamentum* pro *testimonium.*

gg) Cod. Par.: *postulare.*

h) Cod. Cantabr.: *debeat praestetur* et desunt vv. *et quod — testimonium.*

i) Cod. Cantabr.: *de Sacros. eccl.*

k) Leg. *de Testibus* (22, 5.).

l) Leg. *parte.*

m) Add.: *dicit* Cod. Cantabr.: *quidam.* Sequentia mendose scripta sunt.

nium? Responde: forte hic praestabat sacramenta in publico coram partibus. Quod inputabit sibi, quod non poterit n) inducere postea testes, quum didicerit testificata, vel forte quia testis sciebat, quae dicturus erat illius testis o) propter verba praecedentia, forte quia dixerat, quod taliter diceret, vel forte, quia p) amicus erat illius, pro quo ferebat testimonium; unde dixi ego contra ei q), quod dixit ille testis.

EXPLICIUNT DIVERSITATES SIVE DISSENSIONES DOMINORUM r).

---

n) Cod. Par. et Bamb.: *poterunt.*

o) vv. *quia* — *testis* desunt in Cod. Cantabr.

p) vv. *dixerat* — *quia* desunt in Cod. Cantabr.

q) Leg. *id.*

r) Haec subscriptio operis deest in Cod. Bamb.

ADCESSIONES.

NUNC PRIMUM EDITAE.

ADCESSIO I.

EXCERPTA E ROGERII SUMMA CODICIS.

---

§. 1.

De precibus imperatori offerendis (1, 19.).

Hug. §. 5.

— De his rebus supplicare licet, in quibus crimen supplicanti indulgetur vel supplicanti prosit et alium penitus non laedit, veluti si petat moratoriam praescriptionem. Nam si alias contra ius vel utilitatem publicam rescriptum inpetratum sit, praecipimus, ab omnibus iudicibus refutari, et nisi sit rescriptum indulgens aliquid simile his rescriptis, quae posita sunt in *Libro imperialium constitutionum*, vel nisi evidens sit ratio, quare a iure scripto recedatur. Nam si rescripta inveniantur devagantia tempore istius *Legis* vel post hanc *Legem* inveniantur inpetrata contra ius publicum vel utilitatem vel non consentanea iuri, sed per mendacium, carere effectu non dubitatur; vel si preces porrectae sint ante sententiam, post sententiam vero datum sit rescriptum, non valet; vel si post provocationem inpetratum sit, non valet. —

§. 2.

De edendo (2, 1.).

Hug. §. 7.

— Reus autem actori volenti suam intentionem probare edere non cogitur, nisi ex caussa, veluti si aliquis scripsit, se suscepisse rem a me, amisit instrumentum incendio vel alio fortuito casu, (et) simile instrumentum exstat apud eum, officio iudicis cogitur ipsum exhibere. Sed si velit adiuvare intentionem per replicationem in probanda replicatione actori reus cogitur exhibere. Caussa editionis est probatio seu de-

fensio. Sunt alii, qui gerunt publicum officium, veluti argentarii, nummularii, qui conscribunt rationes de acceptis et datis, qui ex edicto actione in factum rationes coguntur exhibere, sive agatur cum ipsis sive cum aliis. Consocius sive procurator, curator, negotiorum gestor, quia tenentur privata actione, neque ex officio iudicis neque ex edicto coguntur edere.

§. 3.

De ordine iudiciorum (3, 8.).

Hug. Dist. LXI. (in Adc. II. §. 17.).

Quum vero ambae sint criminales, aut utraeque (*sunt*) criminales aut civiles, aut una criminalis aut una civilis. Quum utraeque sunt criminales, si pares sunt, qui prior appellat, prior agat. Si inaequales, maior quaestio praefertur minori. Si ambae sunt civiles, qui prior appellat, prior agat. Si una civilis, alia criminalis, si publicum est crimen, semper criminalis civili praefertur. Si extraordinarium, qui prior appellat, prior agat. Sic regula, quae dicit: qui prior appellat, prior agat, ibi locum sibi vindicat, ubi utraeque sunt principales, et civiles vel criminales et pares, vel una civilis et alia criminalis de extraordinario crimine competens.

§. 4.

De collationibus (6, 20.).

Vet. Coll. §. 78. *Rog.* §. 81. *Cod. Chis.* §. 58. *Hug.* §. 153, 277.

— In successione intestati collatio erat facienda, sed hodie ex *nova Constitutione* (Nov. 18, c. 6.) tam ex testamento, quam ab intestato et inter omnes liberos, qui quolibet iure succedunt, nisi specialiter a parente prohibitum est, collatio facienda est ex omnibus iam dictis caussis, videlicet ut in tantum conferatur, quanto tempore mortis parentis in bonis habent vel dolo fecerunt, quo minus habeant, illis tamen exceptis, quae aliis debentur. Quod onus in heredes quoque eorum ab utraque parte transit. Hi vero, qui extero iure ex voluntate aliquid capiunt, non etiam iure universitatis succedunt, ad collationem non arctantur.

§. 5.
De usucapionibus generaliter.

Vet. Coll. §. 19. *Rog.* §. 67. *Hug.* §. 314, 316.

Inpletur enim usucapio ex temporis continuatione, sive per eumdem, sive per diversas personas res possideantur. Coniunguntur enim tempora inter emtorem et venditorem et ceteros, qui in locum alterius ex iusta caussa succedunt. Usucapio enim coepta recte completur a successore, si ex ea caussa succedat, ex qua dominium transire soleat. In heredibus vero eatenus speciale est, ut, etiamsi heres sciat, rem alienam esse, usucapio tamen coepta a defuncto initio inspecto inplebitur. Item et vacuum temporis ante aditam hereditatem et ante adeptam possessionem procedit heredi ad usucapionem, si medio tempore a nullo possessa sit. Et hoc ideo, quia tempora continuantur inter heredem et defunctum. — Pro herede etiam usucapio admissa est, quum quis forte extraneus heres est et putat, rem ex hereditate esse, quum non sit, vitio tamen rei cessante. In suis enim heredibus usucapio recepta non est, quum vitiorum successores sint, et ideo quodammodo in his titulus non est. Error tamen falsae caussae usucapionem non parit; dum tamen, si procuratori mandatum est, ut rem aliquam emeret et ex ea caussa rem tradat, quia dominus putat, veram esse, quum non sit, traditio ex ea caussa falsa sufficit, ut pro suo usucapere possit, quum iustissima caussa erroris interveniat, quae et in aliis obtinet.

§. 6.
De contrahenda et committenda stipulatione (8, 38.).

Hug. §. 355.

Si pure quid promittitur, statim contrahitur et committitur stipulatio. Item quod in diem promittitur, statim debetur, sed peti, nisi quum dies venit, non potest. Quod autem sub conditione promittitur, statim quidem concipitur stipulatio, sed non committitur nisi per eventum conditionis. — Si a conditione incipit stipulatio vel legatum, statim tenet obligatio, sed tamen ante moram solvendo, quod est in conditione, contingit liberatio. Post moram vero praecise in

poenam tenetur. Item qui sub poena promisit, certo tempore se aliquid daturum et facturum, nisi ultro offeratur, nemine interpellante, poenae praestationem non evitat. Si vero non temporis adiectione aliquid stipulatus fuerit et poenam *(promisit)*, si contra factum fuerit, tunc controversia progressa et lite mota committi poenae stipulationem dicimus.

ADCESSIO II.

HUGOLINI DISTINCTIONUM SPECIMEN E COD. BAMB.

§. 1.

Dist. VI. ad *L.* 5. *C. de Leg. et const. princ.* (1, 14.).

Vet. Coll. §. 66. *Rog.* §. 37. *Hug.* §. 36. *Infra* Dist. CXLIV.

V. *Sacramentum* in *f. L.* 5. *cit.* Sed redeo ad oppositionem super hoc verbo „*Sacramentum*". Nam videtur contra *Infra Si advers. vend.* (C. 2, 28.) *L.* 1., ad quod distinguo cum *B.* (*Bulgaro*), licet *M.* (*Martinus*) contra senserit, ut si alienatio sit facta sine decreto, tunc potest venire contra, etiamsi praestitit sacramentum, si autem cum decreto, si quidem non praestitit sacramentum, potest venire contra, sed non nisi per in integrum restitutionem. Si autem praestitit, non potest. Unde sic per elegantia verba loquitur *B.* (*Bulgarus*): „Non tibi tuum, sed tibi suum praetor denegat auxilium". Sed hodie haec distinctio non sibi vindicat locum propter *Constitutionem novam Frederici:* „*Sacramenta puberum super alienationibus rerum suarum inviolabiliter custodiri praecipimus.* Sed *Io.* (*Ioannes*) ad evitandas omnes has oppositiones dicit: *Legem* istam *Non dubium* (L. 5. cit.) habere locum tantum, quum statur in finibus prohibitionis et non proceditur ultra. — Sed praedictae *Leges* oppositae procedunt et statuunt poenas hoc modo, illo modo illis, qui veniunt contra, et hanc solutionem colligit ex ipsa litera; nam saepe dicitur *prohibente*, *prohibuisse*, *prohibentur*, et sic videtur loqui de illis tantum, quae non procedunt ultra. — Sed contra *Eum* litera facere videtur.

§. 2.

Dist. XIII. ad *L. Editam C. de Edendo* (2, 1, 3.) et ad *L.* 1. *D. eod.* (2, 13.) *pr.*

Cod. Chis. §. 150, 151. *Hug.* §. 6.

— Item nota, quod bene potest inmutari vel emendari actio ante litem contestatam, si modo sit salvum editionis beneficium reo, alioquin dabuntur novae induciae secundum *P.* (*Placentinum*). Secundum *B.* (*Bulgarum*) non, sed tenebitur actor reo ad expensas, quas forte fecerat reus, et ad interesse —. et dabuntur de novo induciae, ut possit deliberare — et hoc, quod dico de mutatione, quod mutari possit, verum est, nisi fuerit talis actio, quae electione tollitur. Post litem autem contestatam non potest emendari vel mutari, nisi proponat (actor) consimilem — et est notandum, quod *Quidam* dicunt, quod etiam post litem contestatam usque ad definitivam sententiam potest quis mutare vel emendare actionem, nec aliae dabuntur amplius induciae. *Alii* dixerunt, quod licet mutare, sed aliae dabuntur de novo induciae. *Alii* dicunt, quod nullo modo licet post litem contestatam mutare nec cum dilatione, nec sine dilatione. Sed contra istam sententiam est *Inst. de Act.* (4, 6.) §. *Si minus* (34.). (*In eadem Dist. Hugolinus mentionem facit Summae, quam de Codice scripsit.*)

§. 3.

***Dist. XIV. C. de Pactis* (2, 3.) *L. In bonae fidei* (13.) et *D. de Pact.* (2, 14.) *L. Iuris gentium* (7.) §. *Adeo* (6.).**

Vet. Coll. §. 53. *Rog.* §. 22. *Hug.* §. 10.

— Sic ergo secundum quae dicimus, substantialia, sive fiant in continenti sive ex intervallo, valent et pariunt actionem et exceptionem et videtur esse recessum a priori contractu, si in contrarium probetur. Sed *M.* (*Martinus*) dicebat, non esse recessum a priori contractu, nisi in contrarium probetur, imo primum et ultimum valere et ex utroque agi posse. Posset tamen satis probabiliter distingui, ut, si fiat pactum ex intervallo, verum sit, quod dicimus et quod dicebat *B.* (*Bulgarus*) et *Iob.* (*Ioannes Bassianus*), si vero in continenti, verum sit, quod dicebat *M.* (*Martinus*). — Natu-

ralia sive accidentalia seu extranea, si quidem fiant in continenti, pariunt novam actionem, scilicet praescriptis verbis — et informant veterem. — — At dominus *P.* (*Placentinus*) voluit distinguere, fiat pactum ad agendum, an ad excipiendum. (Si ad excipiendum) non parit actionem, sed tantum exceptionem — Si ad agendum, utrumque, quod *Iob.* (*Ioanni Bassiano*) non placet, sed semper parit et actionem et exceptionem. — Item *Py.* (*Pillius*) distinguere nititur, an fiat super re in primo contractu, an omnino in re extranea; ut si super re, quae devenit in priori contractu — ibi pariat novam (actionem) praescriptis verbis et informet veterem; si omnino in re extranea, ibi parit novam praescriptis verbis, sed non informat veterem. Et haec, quae dicta sunt, intelligas regularia, nam quandoque pactum in continenti adpositum non parit actionem, nec informat veterem, quod est invenire in tribus casibus, ut *C. de Usuris* (4, 32, L.) *Quamvis* (8.) et *C. de Iure dot.* (5, 12, L.) *Avia* (6.) et *D. de Relig. et sumt. fun.* (11, 7, L.) *Quod si locus* (11.); si autem fiat ex intervallo pariunt tantum exceptionem. Idem intelligamus in contractibus stricti iuris, et hoc voluit *B.* (*Bulgarus*), quum dixit, ut idem dicatur in stricti iuris. — Sed quandoque pacta ex intervallo adposita, licet sunt nuda, pariunt actionem. — Item pacta quandoque adponuntur in contractibus innominatis, quandoque in contractibus nominatis. Quando in contractibus nominatis, intellige, quae supra dicta sunt; quando in innominatis, tunc datur condictio ob caussam ex pacto. Sed *M.* (*Martinus*) contra, dicens, condictionem dari ex pacto adposito in contractibus nominatis, ut *D. de Act. emt.* (19, 1, L.) *Ex emto* (11.) §. *Is qui vina* (6.). Sed dico, id esse speciale in contractu arrharum, qui est contractus per se. — Pacta autem in continenti vel ex intervallo non pariunt rei vindicationem — nisi quum alias non eras venturus, nisi contemplatione eius rei, quae devenit in pactum — tunc tamen non concedo, dari rei vindicationem, sed actionem ex eo contractu, licet *Quidam* contra senserint. Item hoc verum, nisi in tribus casibus, scilicet in pacto legis commissoriae — et in diei addictione et *D. de Contrah. emt.* (18, 1.) *L. Si quis sub hoc* (56.).

§. 4.

Dist. XVI. C. de Pactis (2, 3.) ***L. Si pacto, quo poenam*** (14.).

Vet. Coll. §. 57. *Rog.* §. 28. *Cod. Chis.* §. 158. *Hug.* §. 11, 12, 355, 356, 369, med. *Adc.* III. §. 15, 18.

— Et nota, quod illud, quod dico, quod committit, quum potuit facere et non fecit, si incipiat a praecedente pactione, sic est intelligendum, ut tunc committatur, ubi fuerit in mora, et quae sint necessaria ad hoc, ut quis sit in mora, alibi plene dicuntur —. *M.* (*Martinus*) autem dicebat, quod tunc dicitur, quum quis potuit facere et non fecit, quum lis est contestata. — *Alii* dixerunt ita simpliciter, quum potuit facere et non fecit, et ita in commissione poenae tres fuerunt sententiae. Sed primam cum *B.* (*Bulgaro*) et *Io.* (*Ioanne*) adprobamus. Sequitur igitur de morae purgatione, an purgari possit. Et quidem super hoc similiter tres fuere sententiae. Dicebat enim *M.* (*Martinus*), quod semper usque ad litem contestatam purgari potest, et sic si faciat, quod convenit, non tenebitur ad poenam — nisi prius actoris interfuisset, vel eius ius factum esset deterius et nisi post longum tempus postea vellet facere, quae convenit. *B.* (*Bulgarus*) autem cum *Io.* (*Ioanne*) et *Nos* dicimus illud verum in pura stipulatione vel conditionali, quae non sit poenalis; in poenali autem sive conventionali numquam posse purgari, ex quo commissa est, — praeterquam in duobus casibus, id est in his, quae versantur circa iudicia favore iudiciorum, ut *D. Si quis caut.* (2, 11, L.) *Et si post tres* (8.) et *C. de Fideiussor.* (8, 41, L.) *Sancimus* (26.), et praeterquam in arbitris, in quibus distinguimus, ut lex distinguit, ut *D. de Arbitris* (4, 8, L.) *Si quum* (21, 5.) §. *f.* et *L. seq.* (22.) et *L. Celsus* (23.) in *pr.*, et ratio in arbitris et iudiciis est, ne lites ex litibus oriantur. *Alii* dixerunt, quod et *Nos*, si conditio erat caussalis. Si enim mora diceretur purgari posse, stipulator forte de cetero non ageret, quia conditio non exsisteret. Si autem esset potestativa (*H. l. nonnulla videntur excidisse.*). Idem et *Alii* dixerunt. Dominus autem *Py.* (*Pillius*) sic distinxit, quum quis stipulatur aut die adiecta et non poena, aut poena adiecta et non die, aut die et poena adiecta, aut nec die nec poena adiecta. Quum quis stipulatur die adiecta et non poena, poterit reus moram purgare,

quo in casu loquitur lex *D. de Verb. obl.* (45, 1.) *L. Si ita quis* (135.) §. *Seia* (2.). Ubi poena et non die, idem, ut *D. de Arbitris* (4, 8, L.) *Si quum* (21, §. 5.) §. *fin.* Ubi poena et die adiecta, non purgatur postea, ut *C. de Contrah. stip.* (8, 38.) *L. Magnam* (12.) *D. de Act. et obl.* (44, 7.) *L. Traiectitiae* (23.) *D. de Arbitris* (4, 8.) *L. Celsus* (23.) in *pr.* Ubi nec poena nec die, semper purgari potest usque ad litem contestatam, ut *D. de Verb. obl.* (45, 1, L.) *Si insulam* (84.). Sed contra hanc distinctionem est *D. Si quis caut.* (2, 11, L.) *Si post tres* (8.), nam ibi et dies et poena adponitur et tamen postea purgari potest.

§. 5.

Dist. XXII. *C. de Transactionibus* (2, 4.) *L.* 1.

— Sed pone, quod divisa fuit (sc. administratio) a iudice vel a defuncto, sed tutores uni commiserunt gestionem; primo conventum est et transactum cum eo, numquid conveniuntur ceteri? Responderi posset, quod non, ut *D. de Administr. tut.* (26, 7.) *L. Si pupillus* (45.). Sed *Io b.* (*Ioannes Bassianus*) contra, quia non gesserunt, gessisse videntur; unde teneri debent, ut *D. de Administr. tut.* (26, 7, L.) *Ita* (5.) §. *Gessisse* (1.).

§. 6.

Dist. XXV. C. eod. (2, 4.) *Sive apud acta* (28.).

Dicebat *B.* (*Bulgarus*), ex transactione ideo non oriri actionem, quia saepe incidit et fere semper in illum contractum innominatum facio ut des. Ex illo non datur nisi actio de dolo. Hic autem non potest dari actio de dolo, quia superest prima actio vetus. Sed et ea intentata, si excipiat, replico, ut hic et Supra *Sub praetextu* (L. 29. eod.). Sed non placet hoc; nam ita bene dicimus, quod incidit in contractum innominatum do ut des, nam qui transigit, dare videtur, id est quod poterat petere per actionem, quam remittit. — Cur ergo, quum sit contractus innominatus do ut des, non nascitur actio de praescriptis verbis? Respondet *Io b.* (*Ioannes Bassianus*), quod iste, qui debet a lite discedere, quamvis discedat, non tamen adinplet contractum ex sua parte, imo oportet, quod perpetuo desistat prius, quum semper

potest adhuc agere, et sic non adinplet caussam, id est contractum ex sua parte, quamvis per aliquantum tempus desistat ante — ergo quum non adinpleat contractum ex sua parte, licet ille alius adinpleat suum, non obligat sibi illum. Sed si convenit, me dare codicem, ut des digestum, statim quum do codicem, te mihi obligo, quum adinpleam contractum, quoniam non possum tibi amplius auferre. Merito ergo mihi statim competit actio praescriptis verbis. Item contra *B.* (*Bulgarum*) est, quod quandoque incertum est, competeret primo actio vel non, et sic non possum ad eam recurrere, quum incertus sum, competeret an non, et nota, quod hoc est generale, quod dixi, quod ex pacto transactionis non nascitur actio, fallit autem in duobus casibus, ut *Supra eod.* (L.) *Quum mota* (6.) et *Infra eod.* (L.) *Si pro fundo* (33.).

§. 7.

Dist. XXVIII. *C. de Procuratoribus* (2, 13.) *L.* 1.

Cod. Chis. §. 11. *Hug.* §. 28.

Quum aliquis dicens se procuratorem vult nomine alterius agere, aut constat, eum habere mandatum, aut dubitatur, aut constat sive certum est, eum non habere mandatum, in quo (leg. In primo) casu non debet satisdare, rem ratam dominum habiturum. — Sed fallit hoc in duobus casibus, ut *D. de Operis novi nunt.* (39, 1.) *L. de Pupillo* (5.) §. *Qui procuratorio nomine* (18.) et *D. ad Senatusc. Trebell.* (36, 1, L.) *Qui ita* (66.) §. 1. *Io.* (*Ioannes*) dicebat, in illis casibus posse dici, non esse speciale, et posse dici, quod ibi dubitabatur de mandato, et hoc dicebat *B.* (*Bulgarus*). Verum *Io.* dicebat sibi videri, quod in illis casibus, etiamsi constet de mandato, tamen non sufficere, nisi interveniat cautio de rato. In secundo casu distinguebat *B.* (*Bulgarus*), utrum conventus negaret, eum habere mandatum, et tunc procurator debet probare, se habere mandatum, an simpliciter diceret, se dubitare, et tunc procurator debet satisdare de rato, et de hoc dicebat loqui *L.* 1. *C. de Procuratoribus* (2, 13.). *P.* (*Placentinus*) autem dicebat, semper in electione conventi esse, utrum vellet, illum probare mandatum, an satisdare de rato —. Sed *Nobis* neutra distinctio placet, imo sive conventus neget, sive dicat, se dubitare, an habeat ille mandatum, semper in

electione procuratoris est, utrum velit probare, se habere mandatum, an satisdare de rato, quia eo solo, quod ille negat, dubium est —. Secundum *P.* (*Placentinum*) contingeret, quod, si procurator velit probare, se habere mandatum, non audiretur, si conventus velit, eum satisdare, quod dicere est absurdum. Item pro *Nobis* est *D. de Damno inf.* (39, 2.) *L. Inter quos* (39.) §. *penult.* Unde dico, quod debet procurator in stipulatione de rato adiicere, se nolle teneri ex ea, si adparuerit, eum habere mandatum, ut ibi dicitur, *et* hoc ideo, ne teneatur ad sumtus litis, si postea dominus petat. Dominus dico, a quo mandatum suscepit. — In *tertio* casu non admittitur, etiamsi velit de rato satisdare, nisi in quibusdam personis et in illis ita demum, si constet, eos non experiri contra voluntatem illius, cuius nomine agunt — et tunc demum admittuntur, si caveatur de rato. — At procurator rei non debet satisdare de rato, sed solum iudicatum solvi, etiamsi constet, eum habere mandatum. Item admittitur etiam sine mandato —.

§. 8.

Dist. XXXIII. *D. de Negot. gest.* (3, 5, L.) *Si pupilli* (6.) §. *Idem ait*, *si Titii* (10.) et *C. eod.* (2, 19.) *Si pecuniam* (9.).

Vet. Coll. §. 6. *Rog.* §. 55. *Cod. Chis.* §. 74. *Hug.* §. 167, 168.

— et dicimus, quod ita demum potest quis ratihabitione suum facere negotium, quod dicitur ratihabitione alienum, si suo nomine sit gestum; nam quod meo nomine gestum non est, non possum habere ratum, ut et dicebat *B.* (*Bulgarus*), — nisi in subsidium re peremta vel usucapta vel praescripta — nisi in uno casu, ut *C. de His, qui a non dom.* (7, 10.) *L.* 1., et cave, qualiter dicas, non posse haberi ratum, scilicet ut inter eos sit actum negotium. Sed bene potest habere ratum in suum praeiudicium, ut non amplius possit venire contra. *M.* (*Martinus*) tamen cum *suis Sequacibus* bene dicebat posse haberi ratum negotium non suo nomine gestum, et quantum ad dandam actionem negotiorum gestorum est notandum, quod *Quidam* dicunt, in hoc negotio, quod tuum est ratihabitione, si utiliter sit gestum, non conveniri te posse, si ratum habere nolis. *Alii* contra, dicentes, te posse cogi iudicis officio,

it ratum habeas. *Nos* dicimus, non cogi, sed perinde debet haberi apud iudicem, ac si ratum haberes, ut *D. eod.* 3, 5, L.) *Pomponius* (9.), ubi dicit: „*Quemadmodum*", et erit hoc verum, quum procurator utiliter gessit, item quando non potest haberi contra alium regressus nisi contra eum, cuius nomine gessit. Si autem inutiliter gessit, secundum *Omnes* non agit nisi ratihabitatione sequuta; — et nota, quod negotium, quod est re ipsa alienum, oportet quod sit gestum alterius contemplatione, sive illius, cuius est in veritate, sive alterius. Sed si non alterius contemplatione, sed putans, meum esse, tunc haberem solam retentionem, non actionem, licet *M.* (*Martinus*) voluerit dare utilem actionem negotiorum gestorum —. Sed *Nos* non damus actionem —. Sed in negotio, quod ipso gestu sit alienum, sive alterius contemplatione sive non, sed putans, meum esse, datur actio negotiorum gestorum utrique, quicumque ratum habeat, cuiuscumque nomine sit gestum, cuiuscumque contemplatione gestum sit.

§. 9.

Dist. XL. *D. Quod met. cau.* (4, 2, L.) *Si cum* (14.) §. *Quid si homo* (11.).

Ante sententiam et post primam, quia statim est in mora, si perierat res omnimodo, tenetur ad eius aestimationem; si res non erat peritura eodem modo apud dominum, et ad tripli poenam; si erat peritura, tantum ad tripli poenam post secundam. Infra quadrimestre tempus si pereat, nullo modo tenetur ante primam ad eius aestimationem, sed ad tripli poenam. Si autem post quadrimestre tempus, omni modo tenetur ad eius aestimationem et ad tripli poenam. Ante primam sententiam si pereat, sive erat peritura sive non, tantum ad eius aestimationem et non ad poenam tripli, quia non potest aestimari contumax; ad rei aestimationem ideo, quia semper in mora est — et ita dixerunt *Quidam*, et satis adprobo hoc. Sed secundum *Alios* ante primam sententiam, id quod Supra dixi. Post primam usque ad secundum si pereat, omni modo tenetur ad eius aestimationem et ad tripli poenam, sicut interdicto unde vi et quod vi aut clam. Si autem post secundam et infra quadrimestre tempus, distingue, an fuerit eodem modo peritura apud dominum, an non; ut, quando

fuit, ad tripli poenam tantum teneatur; quando non fuit, et ad poenam et ad aestimationem. Si autem post quadrimestre tempus, et ad aestimationem et ad tripli poenam, et haec supradicta dicenda sunt, quum sine dolo et culpa res periit.

§. 10.

Dist. *XLV.* *C.* *Si advers.* *vendit.* *pign.* (2, 29.) *L.* 1.

Hug. §. 39.

Si pignus incepit a minore, etiam pro modico damno restituitur adversus venditionem factam —, si autem incepit a praecedente persona, tunc ita demum restituitur, si patiatur enorme damnum — vel consilium fraudis emtor participaverit — quo casu et maior restitueretur. — *Alii* autem distinguunt, quod et *Io.* (*Ioanni*) satis placuit, utrum pignus sit praetorium, an iudiciale, an conventionale. In primo dicunt, ut *D.* *de Minor.* (4, 4, L.) *Si ex caussa* (9.) *pr.* In secundo idem, quod *Nos*, si incipiat a minore, ut restituatur pro modico damno, et nota, quod non dico, pro modica re. Nam pro modica re vel summa non restituitur, si praeiudicetur maiori rei vel summae, ut *D.* *de In int. rest.* (4, 1, L.) *Scio* (4.). Si autem incipiat a praecedente persona, ad hoc ut restituatur, exigatur utrumque istorum, ut patiatur enorme damnum et quod interveniat fraudis consilium a creditore. *Nos* tantum alterum. Quid plura? Tot sunt distinctiones super hoc, quot fere fuere *Doctores.* Sed prima inventa fuit a *B.* (*Bulgaro*) et confirmata a *P.* (*Placentino*). Item a *G.* (*Irnerio*) dicta. Item a *Io.* (*Ioanne*). *Alii* dicunt, si incipiat a minore, restituitur propter enorme damnum tantum; si a praedecessore, propter fraudis consilium tantum et tunc etiam propter modicum damnum, scilicet quum intervenit fraudis consilium. *Alii* dicunt, quod, si incepit a minore, idem est, quod *Tertii* dicunt, si a praedecessore, restituitur propter enorme damnum, et si fraudis consilium (intervenit). *Alii* dicunt, quod, quum incepit a praedecessore, idem etiam, quod esset in aliquo maiore, — si a minore, restituitur propter enorme damnum vel fraudis consilium, et potest incipere vel ab emtore vel a creditore. Sed quum incepit a praedecessore, est incipiendum a creditore, eo non exsistente solvendo, recurritur ad possessorem, et in hac

sententia fuit *B.* (*Bulgarus*), licet *Quidam* eam aliter recitent.

§. 11.

Dist. XLVII. *C. Si adversus delictum* (2, 35.) *L.* 1.

Minor aut deliquit ex culpa, aut ex scientia, puta ex dolo. In primo casu, sive civiliter sive criminaliter conveniatur, habet beneficium restitutionis. In secundo, si civiliter conveniatur, cessat beneficium restitutionis; sed si conveniatur de damno dato, quum posset confiteri, maluit negare, restituetur ad hoc solum, ut habeatur pro confesso, et similiter, si potuit damnum pro fure decidere et non fecit, restistituitur, ut habeatur pro transacto. Si autem conveniatur criminaliter, cessat beneficium restitutionis, nisi quatenus miseratio aetatis produxerit iudicem ad mitiorem poenam. — Dic ita: aut deliquit ex culpa, aut ex animo. In primo casu, ut dixi in pr., si ex animo, aut crimen extraordinarium, et tunc observatur, quod dicitur *D. de Minor.* (4, 4, L.) *Si ex caussa* (9.) §. *Nunc* (2.), aut privatum, et tunc observatur, quod dicitur *D. eod.* (4, 4. L.) *Auxilium* (37.) §. *fin.* At *M.* (*Martinus*) distinguit, utrum delictum procedit ex animo, an non. Si procedat ex animo, cessat restitutio; si non, non. Item in eo casu, quum deliquit ex animo, non convenitur civiliter. Distinguunt *Quidam*, an in omittendo deliquit, — aut in faciendo. In primo casu restituitur in totum; in secundo, ut *Nos*, quod non placet *Nobis* nec *Iob.* (*Ioanni Bassiano*). Nam in primo casu ipso iure servatur inlaesus.

§. 12.

Dist. LII. D. Ex quib. caus. maio. (4, 6.) *L. Ab hostibus* (15.) §. *Sed quod simpliciter* (3.).

— „*Nam eum, qui differt etc.*“ — referas ad eum casum, quando usucapione completa est dubium postea. Sed secundum *M.* (*Martinum*) sic exponitur, id est eum, qui exspectat, ut compleatur usucapio in praesentia, dudum postea differt, statim quum est completa, inpetrare in integrum restitutionem, non esse audiendum. Dico, ad hoc, ut subducatur omne tempus usucapionis, quod fluxit in absentia, sed est audiendus ad hoc, ut restituatur et tollatur de medio

tempus usucapionis, quod fluxit in absentia tanto minus, scilicet quanto post usucapionem completam ipse distulit inpetrare in integrum restitutionem. Si ergo distulit per duos vel tres dies vel octo, tot accipiet minus de anno forte, quo fuit absens et sic residuum illius anni ab istis octo diebus tolletur de medio de usucapione.

§. 13.

Dist. LIII. *C. de Rest. milit.* (2, 51, L.) *Quod tempore* (3.) et *D. Ex quib. caus. maio.* (4, 6.) *L. Ab hostibus* (15.) §. *Praetor ait* (3.).

Hug. §. 53, 378. *v. Savigny* l. c. T. IV. p. 201, not. 45.

Si completa est usucapio in absentia vel in modico tempore postea, id est, dum componit sarcinulas, dum quaerit advocatum, secundum *Omnes* restituitur absens; si autem dudum postea sit completa, secundum *M.* (*Martinum*) non restituitur et *eius Sequaces*, scilicet *Lot.* (*Lotharium*), *Aldricum*, *Al.* (*Albericum*) et plures *Alios*, relinquentes domini *B.* (*Bulgari*) opinionem, qui, quum obiicis a *Martino*, respondere nequirent. Secundum *B.* (*Bulgarum*) restituitur et *eius Sequaces*, scilicet *R.* (*Rogerium*) et *Io.* (*Ioannem*) et plures *Alios* et *Nos*, et primo opponitur *Nobis* §. ista „*Sed quod praetor ait* (4, 6, 15, 3.). Sed *Nos* sic dicimus eum restitui, pone: in praesentia eius cucurrisse annum, in absentia eius fuisse persequentem annum et statim eo reverso cucurrisse tertium annum et sic completa est usucapio. Dico, quod si post tertium annum steterit per XV dies, pone, quod tanto minus, id est XV diebus ei restitueretur de anno, qui fluxit in absentia; sed si statim post tertium annum petiisset in integrum restitutionem, restitueretur ei annus integer, qui fluxit in absentia, et unus annus videtur deesse ad complendam usucapionem, et hoc est, quod *B.* (*Bulgarus*) dixit per verba elegantia: „subducam omne tempus usucapionis de medio, primum sit, medium, ultimumve, id est, sive sit primum, sive sit medium, sive sit ultimum in usucapione“. Item ponit *B.* (*Bulgarus*) casum illius §., quum deerat ad complendam usucapionem in praesentia eius tantum una dies, coepit abesse et sic completa est in absentia; revertitur, potest reverti ad illam diem. Sed ille non currit ei nec ei inputatur,

lum quaerit advocatum, componit sarcinulas. Sed si postea differat, saltem per unum diem, ille computatur pro eo, qui fuxit in absentia, et sic non poterit restitui postea et sic dices, eum, qui differt, inpetrare in integrum restitutionem. Sed *M.* (*Martinus*) dicit, restitui, id est restitutionis rei suae postulationem, sive petitionem, quia dicit, completam usucapionem post reversionem, et sic male diceret restitutionem, quum adhuc non posset inpetrare in integrum restitutionem, utpote nondum laesus. Sed opponitur *Nobis*: qualiter, quum iam completa sit usucapio et sarcita, recipiet iterum intra sinus suos? Adhuc aliud tempus non videtur posse esse. Respondet *B.* (*Bulgarus*): de iure civili est completa, sed de iure praetorio fingitur non completa et nemo videtur re exclusus etc. —. Item notandum est, quod si deerat ad complendam usucapionem in praescriptione solus unus dies, coepit abesse et completa est in absentia, reversus postea non restituitur nisi ad unum diem, sed hoc intra totum quadriennium, et hoc secundum *M.* (*Martinum*) et *eius Sequaces*. Secundum *B.* (*Bulgarum*) et *Nos* restituitur ad solum illum diem, et in prima die quadriennii tantum.

§. 14 *a*.

Dist. LVI. *D. de Minoribus* (4, 4.) *L. Interdum* (19.) *et C. de Tempor. in int. rest.* (2, 53, *L.*) *Ea quae* (5.).

Hug. §. 55.

— Secundum *M.* (*Martinum*) et *eius Sequaces* — quum minor succedit maiori, currit ei tempus post aditam hereditatem statim, etiam in minore aetate. — Sed illud est, quum totum contractum est cum defuncto; secus autem in eo, quod postea currit. — *B.* (*Bulgarus*) demum post legitimam aetatem — quia hoc ipso videtur deceptus, quod, quum possit restitui intra tempus statim ex persona defuncti, hoc non fecit. — Sed *Nos* non dicimus, quod ideo petat in integrum restitutionem minoris aetatis, quia hoc ipso deceptus est etc., quasi petat ad hoc, ut possit petere in integrum restitutionem; nam sic sequeretur infinitas et absurditas. — Dico ergo, quod petit in integrum restitutionem ex persona defuncti, quia defunctus deceptus fuit —. (*Desumta est ex*

hac Dist. gloss. v. Fuerat L. 5, §. 2. *C. de Temp. in int. rest.*).

§. 14 *b*.

Dist. LVII. C. Ex quib. caus. maiores (2, 54.) *L. fin.*

Cod. Chis. §. 68. *Hug.* §. 50, 379.

Utilis rescissoria, quae datur his, qui fuerunt absentes, dicunt *Quidam*, quod non competit, nisi petat in integrum restitutionem, et tunc decernitur ei officium (leg. ea officio) iudicis, ut videtur in minore XXV annis. *Nos* dicimus, quod ei competit data (rescissoria) a praetore mortuo, sed est inefficax, nisi insufflet in eam praetor vivus spiritum vitae, id est faciat eam efficacem, quod facit, quum petit in integrum restitutionem et ipse decernit eam. In integrum autem restitutio debet finiri intra quadriennium vel annum utilem olim, — rescissoria autem, quum decreta fuerit, id est facta efficax, competit perpetuo, licet *Quidam* dixerunt contra, dum tamen litiscontestatio fiat supra ea intra quadriennium vel annum olim; alioquin exspiret tanto tempore, quum sit honoraria. —

§. 15.

Dist. LVIII. *C. de Iudiciis* (3, 1.) *L.* 1.

Cod. Chis. §. 27. *Hug.* §. 62.

— *Quidam* dixerunt, quod per sententiam latam in personali actione novatur prior actio, quia tollitur ipso iure —. Sed *Nos* dicimus, quod durat, sicut et actio in rem —. Item nota, quod dici potest et dicunt *Quidam*, quod in actione in rem lata sententia pro actore remanet vetus actio et ex sententia datur actio in factum, — et haec dicta intelligas de sententia iudicis ordinarii vel delegati. Quid de sententia arbitri iuris sit, plene dicitur *Supra de Arbitris* (C. 2, 56.) *L.* 1. et L. *Ne in arbitris* (4.) et *L. penult.* et *D. de Arbitris* (4, 8.) *L.* 2.

§. 16.

Dist. LXI. *C. de Ordine iudiciorum* (3, 8, L.) *Adite* (1.).

Secundum *P.* (*Placentinum*) semper in incidenti quaestione sicut et in principali debet iudex pronuntiare — nisi

npediatur iudex ratione suae personae, quia pedaneus est, el ratione personae litigantium, ut *Infra de Pedaneis iudic.* C. 3, 3, L.) *Placet* (2.). Secundum *B.* (*Bulgarum*) numquam n incidenti est pronunciandum, ut quando civili incidit crininalis vel e contrario. — Sed secundum *Ioh.* (*Ioannem Bassianum*) et *Nos* distingue, utrum sit incidens an emergens. In primo casu idem, quod *B.* (*Bulgarus*). Sed potest non excipi ille casus, quum excipit (leg. incidit) cum civili, ut dicatur, quod una sententia expressim super principali quaestione prolata dirimatur incidens tacite —. Si autem sit emergens, bene potest sicut et de principali de ea pronnntiare, et vocamus illam incidentem, quae ante incidit, quam deduceretur principalis quaestio in iudicium, ut est in pacto de non petendo in exceptione rei iudicatae, doli mali et similibus; emergens, quae contigit, postquam fuerit principalis in iudicium deducta, puta de aliquo teste recipiendo vel non, de dilatione iterum danda vel non danda et consimilibus.

§. 17.

Dist. LXII. C. eod. (3, 8, L.) *Quum civili* (3.).

Vet. Coll. §. 30. *Rog.* §. 75. *Hug.* §. 363. Adc. I. §. 3.

Contingit aliquando duas quaestiones incidere in iudicium et moventur ab eodem aut a diversis. Item ambae sunt principales; aut una incidens, altera principalis. Item aut ambae sunt civiles, aut ambae criminales; aut una civilis, alia criminalis. Quum duae civiles et ambae principales et ab uno eodemque intentantur, utram voluerit, poterit prius intentare, nisi una pendeat ex alia, — vel nisi una ex illis sit petitio hereditatis, quae prius propter auctorem est intendenda. — Si vero ambae sunt criminales, similiter, utram prius velit intentare, poterit. Si vero una sit civilis, alia criminalis, similiter, ut *Infra Quando civil. act.* (9, 31.), nisi pro iniuria egit prius criminaliter, de qua postea non agit civiliter. Si autem simul velit ambas proponere et utraque est civilis, potest —; quod verum est, nisi sint contrariae, — vel nisi una pendeat ex altera, — vel nisi electio tollatur. — Si autem sint ambae criminales, simul proponere potest, quum non sit prohibitum, nisi ex eodem facto sint —. Si vero unam civilem et alteram criminalem quis

simul velit proponere, etiam ex eadem caussa, forte audietur. Dixerunt *Quidam*, sed magis videtur tunc criminalem esse proponendam, — et hoc dicam verum, quum ab eodem plures intentantur. Si autem a diversis intentantur, puta plures nituntur agere contra Titium, aut ambae sunt civiles, aut ambae criminales, aut una civilis, alia criminalis. Si ambae civiles et principales, locum habet ratio *D. de Iudiciis* (5, 1, L.) *Qui prior* (29.), et hoc, si non simul veniunt. Si vero simul, iudex eligere debet et potest etiam minus idoneum. Si autem ambae sunt criminales, adhuc eadem ratio, quae prior, habet locum, nisi altera sit maior. Alia autem par vel minor pari vel minori non praeiudicat — et hoc, quum unus venit primo, alter post. Si autem simul, magis idoneum et iudex eligere debet. — Si vero una sit criminalis, alia civilis, vel sit publicum iudicium, praeiudicat civili; si privatum, non. *R.* (*Rogerius*) distinguit inter possessorium et petitorium, ut si sit possessorium, praeiudicat criminali. — Tertio modo distinguit *Yr.* (*Irnerius*), an criminalis perimat civilem nec ne. Si perimat, praeiudicat civili, alias non, quia, quamvis sit quis criminibus inretitus, non debet sua perdere; nam et post contractum capitale crimen exigere potest a debitoribus suis et donare potest —.

§. 18.

Dist. LXVI. *C. Ubi fideicommiss. peti pot.* (3, 17.).

Si non adparet (ex voluntate testatoris, ubi legatum sit solvendum) — aut legatum est relictum in genere, aut in specie. Si in genere, ibi praestandum est, ubi petitur, id est peti debet; debet autem peti, ubi heres domicilium habet vel ubi maior pars hereditatis est —; si autem in specie, siquidem petitur actione personali, puta actione ex testamento, ibi est praestandum, ubi res est, nisi dolo heredis alio sit translata; nam tunc, ubi petitur, id est peti debet; item nisi, ubi petitur, id est peti debet, velit sibi legatarius eam dari suis expensis —, item ad exhibendum. — Siquidem per in rem actionem, idem est. Potest autem peti rei vindicatione, ubi heres domicilium habet, vel ubi maior pars hereditatis est, item ubi ipsa res est. Sed per actionem ex testamento non potest peti, ubi ipsa res est, nisi ubi habet domi-

cilium vel maior pars hereditatis est. — *Alii* dicunt, quod, quum petitur relictum in specie per actionem in rem, ibi est tantum solvendum, ubi est. Quum per actionem personalem, ubi est, vel ubi maior hereditatis pars est, vel ubi heres habet domicilium. Sed secundum *Py.* (*Pillium*), sive per actionem personalem sive per in rem, semper est praestandum ibi, ubi est.

§. 19.

Dist. LXVII. *C. de Inoff. testament.* (3, 28.) *L.* 2.

Cod. Chis. §. 54. *Hug.* §. 147.

Quaeritur, quam bonorum possessionem petierit hic filius, vel de qua bonorum possessione loquitur *Lex* ista, et dicimus, quod eam petiit, quae adpellatur gratia adgnoscendae litis, quae est extraordinaria et ius non tribuit et facti est —, et dicitur haec bonorum possessio quasi praeambulum querelae —. *Alii* dicunt, quod loquitur de septima extraordinaria, de qua contrectatur in *Inst. de Bon. poss.* (3, 10.) §. *Novissime* (4.). *Alii* dicunt, quod iste petiit unde liberi —. *Alii* dicunt, dari Carbonianam —. *Alii* dicunt, quod petiit contra tabulas ita de facto, sed non de iure, quia de iure non potuit, quum fuerit exheredatus. *Alii* dicunt, quod petiit bonorum possessionem in genere, non descendit ad aliquam certam. Sed nec hoc videtur verum.

§. 19 *a*.

Dist. LXVIII. *C. de Petit. hered.* (3, 31, *L.*) *Cogi* (11.).

Cod. Chis. §. 72. *Hug.* §. 162.

Quum aliquis vult aliquem convenire petitione hereditatis, ante litiscontestationem debet interrogare reum: putas te heredem? Et si adfirmaverit, bene est. Praesumitur enim possidere pro herede. Si negaverit, quaere ab eo: quo titulo possides? Si dixerit et probaverit, non poteris eum convenire petitione hereditatis; si non probaverit titulum, praesumitur possidere pro possessore vel pro herede, et sic convenies eum petitione hereditatis. — Secundum *B.* (*Bulgarum*) debet ab eo quaeri, utrum possideat pro herede vel pro possessore; quod si respondeat: non possideo pro herede vel pro possessore, non poterit conveniri petitione hereditatis; si autem respondet: possideo pro herede vel pro possessore, convenietur

petitione hereditatis —. At secundum *P.* (*Placentinum*) quaeretur ab initio, utrum habeat titulum vel non. Si dixerit, se habere titulum et probaverit, non poterit conveniri petitione hereditatis; si autem non dicat titulum, praesumitur possessio pro herede vel pro possessore et sic convenietur hereditatis petitione. Contra *B.* (*Bulgarum*) est id verbum „*an*", et pro *Nobis* est illud verbum „*praeter*" et contra *B.* (*Bulgarum*). Nam si nemo cogitur dicere titulum et ponitur proprie nomen tituli; secundum *B.* (*Bulgarum*) ponitur pro modificatione quadam, id est civiliter vel naturaliter vel taliter; secundum *P.* (*Placentinum*) proprie, id est titulus emtionis, donationis vel alium quemlibet. Item dicebat *P.* (*Placentinus*), quod si proximus cognatus agat rei vindicatione, cogitur possessor dicere titulum emtionis — vel aliquem alium titulum; si extraneus vel non proximus cognatus, non cogitur; sed si petitione hereditatis agat, cognatus proximus vel non proximus cogitur dicere; si extraneus, nullo modo cogitur.

§. 19 b.

Dist. LXX. *C. de Rei vindicatione* (3, 32.) *L.* 2.

Hug. §. 315, 387.

— Si vero fiant (sc. inpensae), aut fiunt de novo aedificando, aut in reficiendo —. Siquidem in aedificando de novo, aut est bonae fidei possessor, aut malae fidei. Si bonae fidei, exceptionem, si conveniatur, habet omnino, nullam actionem, si cadat a possessione, licet *M.* (*Martinus*) dedit ei ex sua ficta aequitate actionem —'. Sed reprobatur *Eius* opinio, — et hoc si fuit ab initio bonae fidei, et eo tempore, quum aedificavit, erat adhuc. Alioquin si, quum aedificavit, sciebat rem alterius et ab initio tamen fuit bonae fidei, eligitur quaedam media via, ut *D. eod.* (6, 1.) *Iulianus. Si in aliena* (L. 37.). Si vero sit malae fidei, donasse omnino praesumitur, ut nihil omnino repetere possit —, licet et in hoc *M.* (*Martinus*) putet, dari utilem actionem negotiorum gestorum, distinguendo, fecit animo donandi an non, ut *D. de Neg. gest.* (3, 5.) *L. Si pupilli* (6.) §. *Sed et si quis* (3.). Sed certe ibi loquitur eo casu, quando possessor ex aliena materia aedificavit —; si vero fiat in reficiendo, siquidem a bonae fidei possessore, aut necessario vel utiliter, et tunc habet locum doli

exceptio; aut voluntariae (voluptuarie?), et tunc permittitur ei auferre sine laesione prioris status rei —. Si vero sit malae fidei, necessarias inpensas iudicis officio sibi conservat, non per exceptionem doli; et cave tibi, quia hoc iudicis officium non habet locum, nisi is, qui malae fidei est possessor, postea inpensas utiles sine laesione prioris status rei auferre potest —. *Quidam* dicunt, eum posse auferre; *Alii*, quod perdit, quod magis placet; et hoc intelligas *Nos* distinguere in rei vindicatione; nam in petitione hereditatis patet, ut *D. de Petit. her.* (5, 3.) *Plane* (L. 38.) *Utiles* (L. 39.). Verum et ibi potest distingui, de novo fiat, an in reficiendo.

(*Inde a Dist. LXXV. extrema usque ad Dist. LXXVII. paene omnia ita sunt exstincta in Cod. Bambergensi, ut illarum Distinctionum commodus sensus ex reliquiis scripturae non possit elici. In Dist. LXXVII. videtur quaeri de alienatione pacto vel testamento prohibita, et commemorantur Bulgarus atque Ioannes de hac quaestione disputantes.*).

§. 20.

Dist. LXXXI. *D. de Condict. tritic.* (13, 3.) *L. In hac* (3.).

Cod. Chis. §. 50. *Hug.* §. 401, 400.

Quum aliquis petit rem aliquam condictione triticaria, dicunt *Quidam*, aestimationem rei referendam ad tempus condemnationis, id est, quo debuit condemnari, id est ad tempus morae, id est debet fieri aestimatio, quanti plurimi res fuit a tempore morae, et hoc, quum res exstat; si autem desierit esse, dicunt spectari proximum tempus mortis, ut in *L.* ista. Sed hoc est contra literam huius *L.* aperte, ubi dicit: „*in utroque*". Nam refertur ad utrumque casum, scilicet sive exstet res sive non exstet. *Alii* dixerunt, referre, an condictio triticaria proponatur ex contractu bonae fidei, an stricti iuris; si ex contractu bonae fidei, spectatur tempus rei iudicandae, id est, quo debuit iudicari et potuit, id est, tempus morae; si ex contractu stricti iuris, tempus litis contestatae —. *Alii* dixerunt, referre, an aliquis petat speciem, an quantitatem. In primo casu spectatur tempus rei iudicatae —, in secundo tempus litis contestatae. Sed *Illi*, qui in specie dixerunt spectari tempus rei iudicandae, et in quantitate litis

contestatae, contra leges expressis verbis dicunt. — *Alii* dixerunt, ut si condictio triticaria proponatur ex contractu bonae fidei, spectatur tempus definitivae sententiae, nisi prius fuerit in mora reus, vel pro mora aliquid praecessit. Si autem ex contractu stricti iuris, tempus litis contestatae, nisi mora praecessit, vel aliquid pro mora. *Io.* (*Ioannes*) autem dicit, cui adsentio, quod si quis petat speciem vel quantitatem tantum, vel interesse tantum, tam in contractibus bonae fidei, quam stricti iuris, semper morae tempus spectatur — et sic, quanti plurimi res fuerit, vel eius interesse fuit, usque ad definitivam sententiam debet fieri condemnatio. Si autem quis petat speciem vel rem et adcessiones, si ex contractu bonae fidei, petere potest adcessiones civiles et naturales, — et fiet condemnatio a tempore morae; si autem ex contractu stricti iuris, civiles adcessiones peti non possunt —. Sed *Frogerius* (*Rogerius*) dixit, peti posse a tempore litis contestatae, arg. *D. de Usuris* (22, 1.) *L.* 2, §. *In his* (L. 3, §. 1.). Sed *Nos* dicimus, eam loqui tantum de naturalibus adcessionibus. Naturales enim bene peti possunt. Sed in hoc distingue, an aliquis petat adcessiones naturales ex re, quae aliquando fuit sua, vel quae numquam fuit, sed est sibi debita. In primo casu veniunt a tempore morae, ut *D. de Usuris* (22, 1.) *L. Videamus* (38.) *pr.* et §. *Faviana* (4.). In secundo a tempore litis contestatae, ut in *L. praedicta*, §. *Si actionem* (7.).

§. 21.

Dist. XC. *C. Si servus extero se emi mandaverit.* (4, 36.).

Hug. §. 251, 252.

„*Etiam mandati de ancilla etc.*" Subaudiebat *P.* (*Placentinus*), scilicet manumittenda; unde videtur casus huius *Legis* esse ponendus, quum servus mandavit, ut emeretur et manumitteretur postea, et contrarias istas actiones ideo intendere non potest, quia per unam ageret, puta mandati, ut rem illi habere non liceret, per aliam, puta ex vendito — ad pretium, ut rem illi habere liceret, quod natura contractus bonae fidei non patitur —. *Idem* dicit, verum esse, quod non potest utramque intentare, nisi quum eius interest

gratia adfectionis. *Nos* contra dicimus; nam respondet mihi *p*. (*Placentinus*): aut interest istius, aut non. Si eius interest, constat, quod non potest, quia haec actio datur, quotiens interest, et tunc demum; — ergo adparet, quod ideo non potest eam intentare, quia eius non interest; non ideo sint contrariae, ut ipse dicit. Dico ergo et subaudio de ancilla, scilicet retradenda vel consequenda, nec pono casum, quod mandaverit de se manumittendo, et hoc innuit copulativa coniunctio, quae sequitur, et illa dictio: „*consequendo*". Item postea illud verbum consequens et est simile bonum. Item obiicit *Nobis*, si iste habet directam mandati ad servum sibi retradendum, ut dicimus. Nam dicimus, eum habere, sicut si servus meus mandasset alicui de aliqua re emenda et ipse emisset; nam daretur mihi actio mandati ex persona servi mei, ut mihi res emta traderetur. Si videtur, quod in casu huius *Legis* ille exterus debebat habere contrariam mandati actionem de peculio ad recuperandum pretium, si forte de suo solvit: respondeo, non datur ei contraria, et saepe accidit, quod ab una parte tantum est actio mandati, ab alia nequaquam —. „*Quum ex peculio*". Sed nonne succedit *constitutio*, qua pronuntiatur, eum liberandum, licet *Quidam* dixerint liberatum? Sed contra *Omnes* est *D. de Iudiciis* (5, 1, L ?); igitur videtur, quod sit emtor liberatus. Sed certo, licet succedat, nihilominus manet emtor liberatus, et non liberatur, nisi de suo solverit. *Alii* distinxerunt, utrum servus mandaverit se emendum suis nummis, an simpliciter mandavit se emendum. In primo casu succedit *constitutio* et iste emtor liberatur solvendo peculiares nummos; in alio casu nec succedit nec liberatur emtor. — Praeterea dixit *P*. (*Placentinus*), quod si mandaverit, ut emeret suis nummis et addidit, ubi manumitteretur, succedit *constitutio*. Idem est, si addidit, ut non manumitteretur; sed si simpliciter dixit, ut emeret suis nummis, nihil adiiciens de manumissione, non succedit *constitutio*. Sed *Nos* in hoc casu dissentimus et dicimus, quod succedit; quum enim succedit, quum dixit, ne manumittatur, multo magis succedit, quum nihil dixit.

§. 22.

Dist. XCVII. *C. de Iure dot.* (5, 12.) *L. In rebus* (30.) in *pr.*

Cod. Chis. §. 75. *Hug.* §. 266.

Secundum *M.* (*Martinum*) mulier de iure naturali est domina rerum datarum in dotem inaestimatam. — Secundum *B.* (*Bulgarum*) et *Io.* (*Ioannem*) maritus dominus est de iure civili et naturali.

§. 23.

Dist. CV. (*C. de Bon. poss. Unde liberi* 6, 14, 3.).

Hug. §. 276.

Post avum mortuum negat repudiando. Secus si dicat, non sum heres vel non adeo — (vid. gloss. v. *Negat* L. 3. cit.). „*Facultates*", id est hereditatem, sed videtur posse probari: nihil interest, neget vel non neget se patris heredem. Nam hic filius post avum huius nepotis decedens aut fuit sui iuris, aut in potestate avi tempore mortis avi. Si sui iuris, aut petierat hereditatem sui patris aut non. Si petierat, ergo nullo modo etiam per bonorum possessionem hic nepos, qui se negat heredem patris, potest suscipere avi facultates, quum mixtae sint cum bonis patris sui. Si non petierat, ergo non refert, neget vel non neget. Hoc autem referre ibi dicat. Si dicas: fuit in potestate, sunt ergo commixta utriusque bona et nec per bonorum possessionem, ut dictum est, possum suscipere facultates avi. Fuit enim heres ipso iure, aut si dicas, quod in aliquo casu abstinuerit, similiter non refert, ut dictum est, neget an non, et haec est opinio, quam hic voluit notare *Ot.* (*Otto*) nimis brevibus verbis, sic dicens: aut iste pater erat in potestate avi tempore mortis avi, aut erat sui iuris. Quodcumque dixeris, stare non potest, et respondeat, qui potest, iure scripsit *Ot.* (*Otto*). Sed certe *Ego* respondeo cum *Io.* (*Ioanne*), quod in utroque casu locum habere potest, quod hic dicitur. — Sed potest quaeri, an unde liberi detur patri, moriente filio ab intestato, quod *p.* (*Placentinus*) admittit. Sed quod stare non possit, probo a partibus remotis. Nam aut erat suus aut emancipatus. Si suus, aut habebat castrense peculium vel quasi, aut non. Si habet, aut fecit testamentum et tunc excluditur pater etiam exheredatus et praeteritus; aut non fecit, et tunc pater omnia bona iure

civili occupat, — sed hodie condictione ex *L.* illa (Nov. 118.). Si autem nec castrense nec quasi habeat, nec testamentum (leg. testari) olim nec hodie potest, quum omnia sint patris. Quum vero est emancipatus; aut non est emancipatus contracta fiducia, et tunc nihil habere poterit pater, — aut contracta fiducia, et tunc aut testamentum fecit aut non. Si fecit, si quidem exheredavit patrem, pater habebit querelam; si praeteriit, et habebit bonorum possessionem. Si autem non fecit testamentum, quum alius non praecedebat patrem, habebit bonorum possessionem unde legitimi agnati.

§. 24.

Dist. CVI. (*C. de Collat.* 6, 20, *L. penult.*).

Vet. Coll. §. 78. *Rog.* §. 81. *Cod. Chis.* §. 58. *Hug.* §. 153, 277.

— Videtur, quod semper sit conferenda etiam donatio simplex, nisi parens expressim vetuerit, et sic corrigitur *Lex* illa *Ut liberis* (C. 6, 20, 17.) et *L. penult.* per *Auth.* (Nov. 18, c. 6.), et in hac sententia fuit *M.* (*Martinus*) et *Io.* (*Ioannes*). Sed *B.* (*Bulgarus*) intellexit *Authenticam* in datis ob caussam tantum, scilicet in dote et donatione propter nuptias, sic secundum eum non corriguntur *Leges* praefatae.

§. 25.

Dist. CXII. *C. de Institutionibus et substitutionibus* (6, 25, 9.).

Hug. §. 287.

— et nota, quod tacitam pupillarem *Quidam*, ut *P.* (*Placentinus*) dicunt rariter admitti contra matrem; nam de expressa non est dubium, et hoc dicunt, nisi in casu, puta, quum mater invenitur in aliquo instituta. — Sed *Nos* cum *Io.* (*Ioanne*) dicimus, rariter tacitam, pupillarem numquam admitti contra matrem, etiamsi testator fuit miles —.

§. 26.

Dist. CXIX. *Inst. de Leg.* (2, 20.) §. *Si generaliter* (22.).

Cod. Chis. §. 20. *Hug.* §. 421.

Quum aliquis legat hominem in genere, electio est heredis — nisi forte heres fuerit in mora eligendi; tunc enim transfertur electio in legatarium secundum *R.* (*Rogerium*).

Secundum *B.* (*Bulgarum*) distingue, an leget quis certum de incertis, et tunc electio est legatarii; an incertum de certis, et tunc heredis est electio. Secundum *Iob.* (*Ioannem Bassianum*), si legaverit incertum de incertis, idem, quod *B.* (*Bulgarus*), sed addit, quod debebit legatarius tantum de his, quos habebat testator, eligere, si aliquos habebat; si autem incertum de certis, puta Stichum, quum plures haberet Stichos, electio est heredis. Si autem nullum Stichum habebat et legaverit unum ex his, quos habebat, legatarii est electio —.

§. 27.
Dist. CXXVII.

Distingue, utrum procurator emendo servos, an venditor gestivit adquirere domino, an alter tantum, an neuter. Si alter vel uterque, statim adquiritur domino, et sic loquitur *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1, L.) *Si procurator* (13.) et *D. de Adquir. poss.* (41, 2.) *L.* 1, §. *Haec, quae de servis* (19.) et §. *seq.* (20.) et *D. de Donat.* (39, 5.) *L. Qui mihi* (13.). Si neuter, non statim, nisi ea res tradatur domino, et si (sic) loquitur *D. de Adquir. rer. dom.* (41, 1, L.) *Res ex mandato* (59.) secundum *B.* (*Bulgarum*) et *R.* (*Rogerium*) et *Io.* (*Ioannem*); nec placet distinctio *M.* (*Martini*) dicentis aliud in procuratore speciali, aliud in generali, arg. *D. de Auct. tut.* (26, 8, L.) *Si duo* (7, 1.). Pro *M.* (*Martino*) est *D. de Minor.* (4, 4, L.) *Illud* (25.) §. *Si talis* (1.) cum suis *concordantiis* et *D. de Usucap.* (41, 3, L.) *Si rem* (41.).

§. 28.
Dist. CXXXVI. (*C. Unde vi* 8, 4, 7.).

Cod. Chis. §. 155. *Hug.* §. 347, 348, 377. *Vet. Coll.* §. 38.

—„*Possessionem rerum*", tam mobilium, quam inmobilium.— De rebus incorporalibus, putandum iuribus — magis posset dubitari, puta de servitute itineris, viae, aquaeductus, praebenda alicuius clerici, et dico, quod non habet locum secundum *Io.* (*Ioannem*). — „*Ante eventum etc.*" (Edd.: *adventum*) *Quidam* dixerunt, istam *constitutionem* habere locum ante litem contestatam et ante sententiam definitivam —. *Nos* dicimus, istam generalem *constitutionem* tam ante litem contestatam

quam post, et ante sententiam, item post sententiam. — „*Violenter invasit*", putans, sibi licere, secundum *P.* (*Placentinum*); dixit enim, istam *constitutionem* tunc demum locum habere, quum inducta fuerit in suppletorium interdicti unde vi, quod habet locum, quum dolo quis fecit et in re inmobili, et actionis vi bonorum raptorum, quum dolo quis rapuit et rem mobilem. Sed *Nos* dicimus, istam *constitutionem* esse generalem, sive dolo sive putans, sibi licere, fecerit, et nihilominus dicimus eam inductam in supplementum. Habet enim locum in casu, in quo deficiebat interdictum, item actio vi bonorum raptorum, et in illis casibus, in quibus illa auxilia competebant et illa similiter nihilominus hodie habent locum. Item est contra *P.* (*Placentinum*), quod mitius punitur, qui dolo fecit, quam qui non dolo, sed putans, sibi licere, quod esse non debet. — „*Dominium rei amittat*" ipso iure, secundum *Quosdam* —, sed *Nos* per sententiam —. Item de creditore quaeritur, qui per vim abstulit rem sibi obligatam a debitore, et respondent *Quidam*, *Legem* istam non habere ibi locum, sed *edictum D. Marci* et *D. Quod met. cau.* (4, 2, L.) *Exstat* (13.). *Nos* dicimus, utramque locum habere; sed si agatur *edicto D. Marci*, non agetur ex hac *L.*, quod dicit *Y.* (*Irnerius*) e contrario. Pro *Nobis* est in *D. de Oblig. et act.* (44, 7.) *L. Quotiens* (41.), et sic dicimus, quod et per hanc *constitutionem* ita punitur, qui rem restituit, et ius, quod in re habebat, amittit. Item quaeritur de feudatario et superficiario; sed *Quidam* dicunt, eos nec civiliter nec naturaliter possidere.

§. 29.

Dist. CXXXVII. (*C. eod. tit.* 8, 4, 11.).

Hug. §. 350.

— „*Violentia in oblatam etc.*" Sed *constitutio* illa „*Si quis*" (7.) habet locum, quum violentia est facta, ut ex litera eius adparet, et interdictum unde vi. — Item hoc secundum *W.* (*Wilhelmum*) sic est intelligendum, quum aliquis possidebat civiliter tantum et solo animo, et aliquis intravit eius possessionem et iste postea suspicatus est, posse repelli. Sed tunc videtur habere locum interdictum unde vi utile; nec obstat, si dicat: non feci violentiam. Nam quum familia deiecit, tenetur dominus, nec tamen vim fecit dominus —

multo magis hoc tenetur, quum facto istius amissa sit possessio. Sed *P.* (*Placentinus*) intellexit secundum quod dixit *W.* (*Wilhelmus de Cabriano*), et addidit *P.* (*Placentinus*), quod si non admisit possessio illa istam revertentem habet locum unde vi interdictum, quod esse non potest, quum iste iam amisit possessionem et interdictum non datur nisi ei, qui possidet, quum deiicitur. Item non est vacua possessio tunc, quia semper fuit possessio penes istum vel illum, qui intervenit in possessione. Ponimus ergo casum in absente, qui nec civiliter nec naturaliter possidet, sed amisit possessionem per oblivionem et postea aliquis intravit possessionem, constat, quod non competit interdictum, quia datur ei tantum, qui tunc, quum est expulsus, possidebat. Item non habet locum actio vi bonorum raptorum, quia competit ei tunc, quum quis vi abstulit et rem mobilem. Item *constitutio* illa *Si quis in tantam*, quia competit tantum, quum ille, cui ablata est res, possidebat, sed hic erat vacans possessio.

§. 30.

Dist. CXXXIX. (*C. Qui pot. in pign.* 8, 18, 12.).

Vet. Coll. §. 1. *Rog.* §. 51. *Hug.* §. 352.

Secundum *M.* (*Martinum*) mulier praefertur hypothecaria pro dote omnibus aliis creditoribus. *Alii* distinguunt inter pignus et hypothecam, ut in hypotheca praeferatur omnibus et in pignore non. Sic quandoque distinctio fit inter pignus et hypothecam. Prima non placet, quia *Lex* cum distinctione dicit, eam praeferri aliis creditoribus — secunda non, quia nihil interest, utrum pignus et hypotheca, quantum ad actionem, ut *Inst. de Act.* (4, 6.) §. *Item* (7.). *Plac.* (*Placentinus*). Ergo distinguit *B.* (*Bulgarus*), utrum hypotheca sit expressa, et tunc non praefertur mulier, an tacita, et tunc praefertur, quod sic probo: habens expressam, praefertur fisco —. Sed fiscus si prius contraxerit, quam mulier, praefertur mulieri —, ergo habens expressam praefertur mulieri. — *Quidam* sic: mulier praefertur ei, qui mutuavit in refectione navis —, sed is, qui mutuavit in refectione navis, praefertur habenti expressam hypothecam; ergo praefertur habenti expressam mulier. Sed adsumtio falsa est. —

§. 31.

Dist. CXLI. (*C. de Duob. reis prom.* 8, 40, 2.).

Hug. §. 360.

Dicunt *Quidam*, quod duo rei debendi invicem pro se videntur fideiubere — sed *Nos* contra, nisi expressim hoc inter eos agatur. —

§. 32.

Dist. CXLIV. *Sacramenta puberum sponte facta etc.* (*ad L.* 1. *C. Si advers. vend.* 2, 28.).

Vet. Coll. §. 66. *Rog.* §. 37. *Hug.* §. 36, 38. *Supra Dist.* VI. §. 1.

Sciendum est, quod olim denegabatur restitutio ratione sacramenti corporaliter praestiti, secus si verbotenus — et hoc, ubi cum decreto facta erat alienatio, alioquin secus esset secundum *B.* (*Bulgarum*); minor enim posset suo iure contra venditionem venire, quia praetor non tibi tuum, sed tibi suum denegat auxilium, et sic solvebat *B.* (*Bulgarus*) illa duo contraria *C. Si advers. vend.* (2, 18.) *L.* 1. et *C. de Leg. et const. princ.* (1, 14.) *L. Non dubium* (5.), et in hac sententia erat *Iab.* (*Ioannes Bassianus*). Sed dominus *M.* (*Martinus*) contra, et sic dicebat *Mar.* (*Martinus*), eum non posse venire contra sacramentum corporaliter factum, sive venditio facta fuit cum decreto sive sine decreto, et sic intelligebat praefatam *Legem C. Si advers. vend.* (2, 18.) *L.* 1., et dicebat, non obstare *Legem* illam *Non dubium* (C. 1, 14, 5.), quia illa loquitur in illis, qui habent perpetuam caussam prohibitionis, ac illud constat, alienationem praedii minoris non habere perpetuam caussam prohibitionis, quia permittitur cum decreto. Sed hodie per *Legem* imperatoris *Frederici* hanc, scilicet *Sacram. puberum etc.* hoc quoque deciditur, ex qua *Lege* plures oriuntur quaestiones. — Item pone eum deceptum ultra dimidiam iusti pretii, minorem scilicet, et tunc eum posse restitui dico, ut quilibet maior, qui non iurasset, — ut *C. de Rescind. vend.* (4, 44.) *L.* 2. Sacramentum enim praestitum a minore nihil aliud facit, nisi ut pro maiore habeatur. Secus autem dico in maiore iurante. — Item quod si ita iuravit minor, forte quum contraheret cum Titio, ne contra illam venditionem, quam faceret, veniret,

numquid ex eo sacramento dabitur actio his, qui postea cum eo contrahunt? Respondet *Io.* (*Ioannes*): non, arg. *C. Si adversus vend.* (2, 18.) *L.* 1. —. Sed contra videtur propter generalia verba *C. Si adversus vend.* (2, 18.) *L.* 1.

§. 33.

Dist. CXLVII.

Hug. §. 374, not. *h.* §. 406, et *Infra* CL.

— Quod autem dicitur in *C. de Fideicomm.* (6, 42.) *L. Voluntatis* (7.) „*quod voluntatis defuncti quaestio in aestimatione iudicis est*", intelligendum est de his ambiguitatibus, quae extra testamentum incurrunt, non ex ipsis verbis testamenti —. Quod si non adpareat, quod testator voluit, neque institutio, neque legatum, neque tutoris datio vel libertatis datio ulla est — nisi aequivocatio in nomine propriae rei legatae dubitationem inducat, quo casu valet legatum; est tamen heredis electio vel certe id praestabitur, quod minimum est —. Dominus tamen *R.* (*Rogerius*) dicit, in hoc casu, sicut in aliis, deficere legatum; si vero per verborum generalitatem sive ambiguitatem de qualitate relicti contigerit dubitari, puta nummis indistincte legatis, primo ex legantis consuetudine, deinde religionis, postea ex legatarii dignitate vel caritate. Item praecedentibus vel sequentibus scripturis interpretatio servanda est, quibus cessantibus postremo, quod minimum est, sequimur. — Nunc de contractibus *Nobis* videndum est. In praetoriis stipulationibus idem intelligo et de iudicialibus, si ambiguis sermo (?) inducunt, praetoris erit interpretatio —, alias autem, quum in contractu quoque vel pacto verbum ambiguum ponitur vel obscurum, aut constat, quod de eo senserint contrahentes, et illis standum est, aut constat, quod unus de uno, alius de alio senserit; nec valet, ut puta consensu carens, — aut dubitatur, quod senserit, quo casu subdistinguitur, quia aut secundum unius partis tantum valet intellectum, aut secundum utriusque. In primo casu commodissimum est id accipi, ut res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat —. In secundo autem inspicimus, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet — aut contra eum interpretatur, qui pactum adposuit, quod si non adpareat, pactum illud contra eum, cui profuturum est. — Quod autem ibi dicitur (L. 21. D.

de Contr. emt. 18, 1.), quod de alio emtor, de alio venditor senserat, secus intelligendum est, id est sensisse dicebatur. Nam illud, quod ibi dicitur, locum habet, quum dicatur. *Quidam* tamen in principalibus contra venditorem et locatorem, in adcessoriis contra emtorem et conductorem ambigua verba interpretanda dicunt, sed contra *D. de Contrah. emt.* (18, 1, L.) *Quum in lege* (33.).

§. 34.

Dist. CXLVIII. *C. Quae sit longa consuetudo* (8, 53.) *L.* 2.

Cod. Chis. §. 46. *Hug.* §. 362.

Secundum *P.* (*Placentinum*) per consuetudinem numquam legi scriptae derogatur, et quod dicitur *D. de Leg. et constit. princ.* (1, 3.) *L. de Quibus* (32.), intelligendum est secundum vetera iura, quum populus habebat plenam potestatem condendi iura; sed postquam transtulit omne ius in imperatorem — non potuit. Sed certe non transtulit sic, ut non remaneret apud eum, sed constituit eum quasi procuratorem ad hoc —. Secundum *Alios*, si lex sit adprobata per consuetudinem, tunc non potest abrogari per contrariam consuetudinem, quia duo sunt et consuetudo et lex scripta; si autem non est adprobata per consuetudinem, tunc abrogatur per contrariam consuetudinem —. Item secundum *Alios* in illis casibus potest consuetudo derogare legi, in quibus per pactum aliquis posset — sed si per pactum non posset —, tunc nec consuetudo posset, quoniam consuetudo obtinet vicem taciti pacti —. Sed contra *Eos* est *D. Locati* (19, 2, L.) *Qui ad certum tempus* (14.) — *Supra de Emancipat.* (8, 49.) *L.* 1. et *fin.* et *D. Quod vi aut clam* (43, 24.) *L. Non tantum* (3, §. 3.). Secundum *B.* (*Bulgarum*) et *Io.* (*Ioannem*) distingue, an consuetudo sit generalis, et tunc abrogat legem, an particularis, et tunc, si est inducta ex certa scientia, derogat legi in ea civitate, in qua est inducta, sed alibi non, et sic loquitur *C. Quae sit longa consuetudo* (8, 53.) *L.* 2., licet secundum *P.* (*Placentinum*) principium loquatur in ea consuetudine, quae est secundum legem, finis in ea, quae est contra, sed hoc litera non patitur —. Secundum *B.* (*Bulgarum*) loquitur de consuetudine in genere et non est descendendum ad species; sed contra est *D. de Sepulchris viol.* (47, 12.) *L.* 3, §. *Divus* (5.) —.

§. 34 *a*.

Dist. CL.

Hug. §. 406. et *Supra* Dist. CXLVII.

